The
Robert E. Gross
Collection
A Memorial to the Founder
of the
Lockheed Aircraft
Corporation

Business Administration Library
University of California
Los Angeles

2 Dec 190 (1-3
190a (1-3

Collegij Soc. JESV Monachij. 1663.

CONSILIORUM
CASPARIS KLOCKII JC.
EMINENTISSIMI
COMITIS CÆSAR. PALATINI, &c.

Studio & operâ collectorum

TOMUS III. ET ULTIMUS.

IN QVO

De Successionibus ab intestato & ex testamento,

Legatis, Fideicommissis, Substitutionibus, jure agnitionis & transmissionis, Legitima, Alimentis, pactis dotalibus, gentilitiis & successoriis, petitione hæreditatis, unione prolium, Collatione bonorum, cautione Usufructuaria, Inventarii confectione disseritur; nec non quædam pulchræ ad materiam Interventionis, Compensationis, Retentionis, Moræ Usurarum & Interesse, Legitimationis, Sessionis, Præcedentiæ, Senioratus, Privilegiorum, Immunitatum, Exemptionum, Compromissorum, rei monetariæ, Nunciationis novi operis, Revisionis & Restitutionis in integrum spectantes in foro & praxi cottidiè occurrentes, aliæque graves & arduæ inter Electores, Principes, Comites & Civitates Imperii adhuc gliscentes controversiæ examinantur; ac denique de Injuriis, Delictis & variis Criminibus, putà Læsæ Majestatis, Veneficii, Magiæ, Homicidii, Adulterii, Incestus, violenti stupri, attentatæ pudicitiæ, Sodomiæ, Falsi, Stellionatus, perjurii, prævaricationis, expilatæ hæreditatis &c. eorumque pœnis, Inquisitionibus, indiciis, torturis & processu criminali rectè instituendo, disquiritur, omniaque ex suis ipsius, aliisque excellentissimorum JCtorum manuscriptis, hactenus nunquam luci donatis, succinctâ methodo dilucidè, argutè & nervosè tractantur, atque ad commodiorem Lectoris usum diversitate characterum Epitomis, Breviariis & Indice rerum consummatissimo distinguuntur & adornantur.



FRANCOFURTI
Sumtibus WOLFFGANGI ENDTERI, Bibliop. Norimb.
Anno CHRISTI M. DC. L.

Ex hered. Clar. Dni: D. Melch. Erhart.

Nobilitate ac Generis ſplendore Conſpicuis, Magnificis, Ampliſſimis, virtute, eruditione, prudentiâ, authoritate, multifarioq; rerum uſu Conſummatiſſimis Viris,

DNN. CONSULIBUS, PROCONSULIBUS, CAMERARIIS, TOTIQUE SENATORIO ORDINI

Inclutarum Rerumpublicarum

LUBECÆ,
BREMÆ,
HAMBURGI,
MAGDEBURGI,
BRUNSVIGÆ,
LUNÆBURGI,

NEC NON

SUSATI,

DOMINIS, FAUTORIBUS, AMICIS, & reſpectivè Sympatriotis meis plurimùm honorandis.

SApientum, Viri Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, ſplendore Generis, pietate, authoritate, prudentiâ & magnis in Respublicas meritis eminentiſſimi, Domini, Fautores, Amici, & reſpectivè Sympatriotæ ſingulariter honorandi; Sapientum, inquam, & quidem ſeptem illorum, quos Græcia olim habuit, de Optimo Rege ſeu Principe, Optima Republica ac Civitate, Optima Domo & familia ſententias verè dignas judicamus, quæ moderno adhuc tempore quàm diligentiſſimè discutiantur ac explanentur. Felicem ac clarum ſive Regem ſive Principem Solon æſtimat, qui dominatum ſuum in Reipublicæ formam popularem ſubditis convertit: Rempublicam ac Civitatem eam probat, in qua injuriarum authores non minùs læſi qui non ſunt, atque ii, quibus damnum datum eſt, in jus rapiunt & perſequuntur. Optimam ſibi videri affirmat domum ac familiam, ubi in ea neque opes, neque divitias qui quærunt, injuſtitiæ

Plutarch. in cõvivio Sapient.

Solon.

justitiæ arguuntur; neque qui conservant, diffidentiæ cujusdam insimulantur.

Bias. Alia & prorsus nova est sententia Biantis. Fortunatissimum hic Regem ac Principem eum esse statuit, qui legibus non peregrinis, sed patriis & quidem primus obtemperat: beatam Rempublicam ac Civitatem, in qua omnes legem, ut tyrannum aliquem, metuunt, observant & venerantur: felicem domum, cujus Dominus is suâ sponte domi, qui foris propter leges est. *Thales.* Thaleti verò Rex ac Princeps beatus ille visus est, cui contigit, ut, dum Magistratu fungitur, naturæ ordine atque cursu senex moriatur: probata Respublica, in qua nec divites nimis, nec nimis pauperes reperiuntur: domus tandem illa placuit, cujus Domino plurimùm otii conceditur, hoc est, ut quidam exponunt, in qua Dominus ab aliis occupationibus liber & immunis, rei tantùm familiaris ac suorum curam gerere potest; vel, ut alii malunt, cujus Dominus de victu acquirendo non sollicitus esse debet, sed antè partis tranquillè fruitur. Aliud de *Anacharsis.* Rege, de Republica, de domo Anacharsis fuit judicium: illum scilicet Regem felicissimum esse, qui prudentiâ cæteris maximè præstaret: hanc potissimam Rempublicam, fortunatam pronunciandam, in qua cæteris æquatis, virtus optimam, pessimum vitium judicaretur: Domus denique felicitatem non in ædificii splendore aut exteriorum magnificentia, sed illorum, qui eandem inhabitant, bonitate & probitate consistere. Quid *Cleobulus.* Cleobulus porrò arbitratus est? Regem atque Principem laudavit eum, qui nomini familiarium fidit: Rempublicam ac Civitatem illam celebrari oportere statuit, in qua Subditi probrum magis & reprehensionem, quàm legem reformidant: Domum denique ac familiam eam felicem prædicavit, in qua à pluribus Dominus amatur, quàm metuitur. Succedit *Pittacus.* Pittacus, qui benè illis agi cum Regibus ac Principibus censuit, hoc qui efficiunt, ut non ipsis, sed pro ipsis subditi timeant: florere illas Respublicas & Civitates statuit, in quibus nullus ad Magistratum aditus improbis patet, bonis contrà ac honestis apertus est: optimam sibi videri dixit domum, quæ rem nullam vel supervacaneam requirit, vel necessariam *Chilo,* desiderat. Tandem Chilo Regem ac Principem eum maximè probandum esse voluit, qui nihil caducum, nihil mortale, verùm immortalia cuncta cogitat: Commendandam Rempublicam ac Civitatem, quæ maximè leges, minùs Oratores audit: amandam domum, quæ Civitatem Regi suo parentem æmulatur.

Hæc fuerunt olim Sapientum de Optimo Rege, beata Republica & fortunata domo judicia, quorum Plutarchus in suo convivio meminit. Singula examinare, eorundemque enodationem, quam propter brevitatem atque obscuritatem nonulla necessariò flagitant, multis addere, nostri nunc instituti non est: in *tribus* istis *Consiliorum Voluminibus*, quæ in lucem bono cum Deo hactenus edidimus, nostrum de Optimo Rege seu Principe, optima item Republica ac Civitate sententiam satis superque deprehendi posse nulli dubitamus. Brevissimè hac de re disseremus. Communis Politicorum vox & sententia est, Principem in Regno esse instar capitis, Rempublicam ut corpus, Civitates membra, cives singulos veluti

veluti artus,& ex his membra & totum Reipublicæ corpus coaleſcere. Ut igitur à capite in corpus,in membra,in artus, ſenſus ac motus influit; ita à Principe in Rempublicam & cives ſingulos prudentia,juſtitia & ſua cujusque proba functio. Equidem ex Hiſtoriarum monumentis conſtat, in Regum & Principum electione alios alia ſpectare ſolitos fuiſſe. Familiam Spartani conſiderârunt; non niſi ex Herculea ſtirpe prognatos ad Regium ſceptrum admiſerunt. In Meroë imperare nemo potuit,niſi corpore prævalido ac forti cæteris præſtaret. Curſus velocitatem Lybii, vires & opes Æthiopes, pulchritudinem Cathei, alii alia benè perpendenda eſſe ſtatuerunt. At rectiùs illi ſentiunt, qui in Rege ac Principe, quàm pius ac probus, quàm prudens,quàm juſtus ſit, conſiderant. Per me, inquit Sapientia in ſacris literis,Reges regnant, decernunt Juſta judices, imperant Principes. *Prov. 8, 15. 16.* Malè verò illo agi cum regno Eccleſiaſtes affirmat, cujus Rex puer eſt. *Eccl. 10, 16.* Quando Iſraëliticum regimen magis floruit, quàm cùm ad imperii gubernacula David Rex pius & juſtus, ejusque Filius Salomon, Rex ſapiens & prudens ſedit? Quàm verò converſa fuerunt omnia ſub Rehobeamo, qui nec ipſe ſapuit, nec ſenum ac prudentum Conſiliorum moniti audiens eſſe voluit? *3. Reg. 10. & 12.* Suâ profectò ſtultitiâ, ſuâ,quâ populum opprimere intendebat, injuſtitiâ ille effecit, ut maximâ regni parte exuretur.

Quantnm Imperio Romano inflixit vulnus Caligula? quantam in eo ſtragē edidit Heliogabalus? ſtulti ambo & injuſti: Alter,ut populus Romanus haberet unam cervicē, atq; ita uno ictu omnes trucidari poſſent, quàm ſæpiſſimè & iniquiſſimè optavit. Alter araneas colligere Romæ juſſit omnes,ut urbis inde magnitudinem cognoſceret, itemque decem millia murium & mille muſtelas in ſpectaculo publicè exhibuit. Plura exempla lubens prætereo. Non ad rem vis facit, quæ conſilii expers, mole ruit ſuâ: non opes proſunt,quæ ſtultis & imprudentibus inſtar gladii in manu furioſi ſunt. Ibi ſalus, ubi multa conſilia ſunt: orbis terrarum ſanitas multitudo ſapientum eſt,inquit Eccleſiaſticus. Quæ res movit Salomonem,ut à DEO non dies multos, non argenti acervos magnos,non inimicorum ſuorum animas,ſed cor docile,ſapiens,intelligens peteret,quo populū judicare,quo discernere inter bonum & malum ſuū cuique tribuere rectiſſimè poſſet. Impulit hæc res Philippum, Regem Macedoniæ,ut Alexandrum filium moneret,ſapientiæ ac juſtitiæ ante omnia dandam eſſe operam,ne quando ea committeret, quæ ſeſe feciſſe poſtmodùm pœniteret. Quam ob cauſam Ariſtoteli etiam hunc ſuū filiū erudiendum dedit,ut ſapientior ejus præceptis evaderet. Prudentiâ igitur opus Regi ac Principi,quæ propterea Regum optima cuſtodia ab Iſocrate meritò appellatur. Juſtitia opus eſt, à qua in omne hominum genus leges & jura manant. Illa in intelligendo, hæc in agendo principem locum obtinet. Potiſſimùm verò ad iſtiusmodi virtutum officia pertinet, inter ſuos jus dicere, injuriam depellere, controverſias dirimere, officia & onera communia congruâ proportione distribuere,omnia ad æquitatem & æqualitatē quandam Geometricam,in qua tum pulchritudo Reipublicæ, tum prudentiæ & juſtitiæ decus ſplendidius clareſcit,

Sveton. in Vita Calig. & Michaël Sax. part. 1. Chron. Imperat. p. 37. Cruſius in Annal. Mich. Sax. p. 1. Chron. p. 174.

Eccleſ. c. 33.

3. Reg. 3. v. 6. & ſeqq.

Curt. de Alexand. & Gellius lib. 9. Noct. Attic. c. 3.

felicissimè reducere. Quâ igitur ratione in plerisque causarum Generibus, sive de Regalibus, putà salvi conductus, protectionis & Advocatiæ, armatæ, Homagiorum, Contributionum, Vectigalium, sive de aliorum Tributorum ac onerum civilium juribus dicamus, id fieri debeat, in Primo horum Consiliorum Tomo, ex veris principiis jurisque civilis & Canonici fundamentis ac rationib⁹, nec non ex jure Politiæ Novæ, quantum fas est, & res materiesve poscit, summo studio ac operâ arcessi.

De Republica ut aliquid dicamus, quid quæso aliud ea est, quàm communis omnium Societas, & conjunctio eorum, qui aut naturæ aut institutionis vi unà degunt? Ut ergo in corpore humano benè compositio singularum partium felicitas spectatur; ita in Republica ac civitate, qui certis inter se legibus justisque rerum contractibus devincti sunt, omnium rerum copiâ communiter perfruuntur. *Levit.19,18.* Hoc scilicet Lex divina requirit, ut non secus ac nos ipsos proxi- *1.Cor.10,24* mum nostrum diligamus; non, quæ sunt nostra, sed aliorum, quæramus. Postulat vitæ humanæ condicio, ut, quia illa imbecillior, maturis auxiliis præsidium quærat. Flagitat idem lex naturæ, ut cum civitatis quisque pars sit, cæterorum, atque adeò totius Reipub. curam sibi commendatam habeat. Verè tum, ut Sophocles ait, Respublica ex optimo Statu ad deterrimum ruit, cum pro lubitu quævis, disruptis omnibus contractibus, facere licet, & impunè injuriæ quibusvis inferuntur, uti & illa non propè abesse à ruina videtur, in qua de suis tantùm sive commodis sive damnis quisque curas ac cogitationes suscipit, aliorum ad se nihil pertinere existimat. Dissentiunt inter se Politici, propter quas causas Respublicæ olim institutæ ac urbes conditæ fuerint. Alii vitæ necessitatem, ceu unita multitudo subsidium præbet; alii jucunditatem, cui solitudo obstat; alii securitatem, quam cohabitatio parit; alii utilitatem, quam contractus & commutationes rerum promovent; alii tranquillitatem, ad quam amicorum conjunctione opus est, respiciunt. Præcipuus finis, quique reliquos omnes sub se complectitur, quemque Aristoteles, Philosophorum coryphæus, in primis urget, *lib.3.Polit.* est ratio vitæ honesta ac beata, ut, beluino more abjecto, mores ad honestatem, leges ad vitæ justitiam conformentur, & legitimorum contra- *in lib.de Republ.* ctuum conservetur integritas. Sit, quod Plato requirit, civibus cùræ religio, arx & propugnaculum civitatis, cordi sapientia, temperantia, fortitudo, justitia, amicitiæ & concordiæ studium, quod tamen ibi servari minimè potest, virtus ubi exulat, ubi omnium contractuum sanctitas desinit, ubi omnis vitæ honestas exspirat. Munitum illud sibi oppi- *Plaut. in Persa act.4. scen.4.* dum probè videri dicit Comicus, si incolæ benè morati sint, perfidia & peculatus ex urbe & avaritia si exulârint, quarta invidia, quinta ambi- *NB. nonnulla Exemplaria legunt* tio, sexta obtrectatio, septimum perjurium, octava indulgentia, nona in- *indiligentia.* juria, quod pessimum aggressu scelus: & concludit, hæc nisi Urbe aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est. Neque hoc Urbium atque Civitatum illustrium exemplis plenum facere adeò difficile esset, nisi hæc antè cognita ac perspecta satis viderentur. Ubi nunc Babylon? ubi Troja? ubi Thebæ? ubi Carthago? ubi Corinthus? propter injustitiam,

tiam, propter perfidiam, propter perjurium, aliaque id genus infinita vitia perierunt omnes: Itaque & Romæ olim, & in Græcia virtutum templa fuerunt exſtructa, ut cives venerari eas atque colere facilius aſſueſcerent. Neque immenſa illa Juris volumina quicquam ſpectant aliud, quàm ut honeſtè vivatur, lædatur nemo, ſuum cuique tribuatur, integritas contractuum, ſine quibus ſocietas humana conſiſtere nequaquam poteſt, ſalva maneat, &, uti Cicero ſcribit, recta & à Deorum numine tracta ratio, imperans honeſta, prohibens contraria, palmam ubique obtineat. Conſtat, proh dolor! his perniciosiſſimis bellorum tumultibus, quàm regna hodie non pauca laborent ac periclitentur, quàm res quaſſentur publicæ, quàm privatæ atque familiares fatiſcant! Quid faciendum? ponderatis iſtis Rerumpublicarum difficultatibus ac moleſtiis, utramvis, quod ajunt, in aurem dormiemus, aut ad littus veluti ſecuri ſtantes, tot regnorum, tot Dinarchiarum, tot Rerumpublicarum pericula præſtolabimur? Nihil minus. Quod rerum omnium primum ac maximum eſt, ardentibus à Deo Optimo Maximo iſtud petendum erit votis, ut, quia ſolus ipſe Magiſtratus, Reges ac Principes bonos largitur, ita hos primùm gubernare ac tueri, Respubb. ac Civitates cuſtodire, & omnium denique Subditorum rei domeſticæ benedicere clementiſſimè dignetur. Deinde ea quoque, quæ de Optimo Rege ſeu Principe, de Optima Republica ac Civitate, de Optima Domo ac familia à Sapientibus ſapienter & prudenter dicta ſunt, ante oculos ſemper conſtituenda eſſe exiſtimo. Ut enim non qui hoſtem vidit & fugit, ſed qui vidit & fudit, præmium reportat: ita non qui labores alienos otiosè inſpiciunt, ſed hos obeunt ipſi ac periclitantur, laudem apud bonos inveniunt. Ego quidem, quantum in meis viribus poſitum fuit, divinâ adjutus gratiâ ſemper cogitavi, quomodo tot bellorum tumultibus conquaſſato Imperio, & laboranti Reipublicæ ſubveniendum eſſet, eamque ob cauſam *Tertium Conſiliorum Volumen* jam divulgavi, nullus dubitans, quin hæc aliis inſervire atque emolumento jubeat is, qui cœlum ac terram fecit, nec dat unquam, ut ſuorum pedes moveantur, ſed facit, ut horum conſilia ac conatus benè procedant.

Quod autem, Nobiliſſimi, Ampliſſimi atque Prudentiſſimi Viri, Domini Fautores, Amici, & reſpectivè Sympatriotæ plurimùm honorandi, veſtris nominibus hunc qualemcunque meum laborem inſcribo, cauſæ urgent ſatis magnæ ac prægnantes.

Te, LUBECA, meritò amo, & antequam viderem, amare cœpi, tum ob virtutum plurimum ſplendorem, tum verò propter hoc ſcientiæ juris ornamentum, quo florentem Te ac beatam video, multisque Illuſtribus Imperii Romani Civitatibus anteire. In aliorum laudem, quos LUBECA ſemper vides in ſubſelliis, in roſtris, in curia ſapientiæ princeps, digredi lubens ſuperſedeo, cùm nil opus ſit alieno encomio, quos propria virtus extollit, eorumque famam per ora virûm vehit. Non potui autem facere, quin hoc in loco meminerim Syndici veſtri ſpectatiſſimi, Viri celeberrimi, Dn. *D. Davidis Gloxinii*, ad tractatus univerſales Oſnabrugenſes & Monaſterienſes primùm, & præſenti hoc tempore, ad

arduum istud Pacis Germaniæ negotium bono cum Deo transigendum ab Amplissimo Senatu Noribergam missi Legati, quem donis nunquam satis laudandis divina bonitas instruxit, & quibusvis magnis rebus agendis præparavit. Jamdudum id egi, ut mei in intimè dilectum & observandum Amicum affectûs publicum documentum prostaret; ideo hac vice meo voto tandē satisfacere, simul toti Nobilissimo & Prudentissimo Senatui meam observantiam, & si cubi in meis viribus futurum est, inserviendi studium declarare animus fuit.

Te, BREMA, quam meritò Asylum meum nuncupo, præterire non possum. Etenim cùm Cancellariatus officio olim fungerer in Episcopa Mindensi, factum est quàm sæpissimè, ut turbulentissimis istis bellorum tumultibus, in quibus effusi per vias milites in obvios quisque sine ullo sexus, ætatis, ordinis discrimine invaserunt, ego militum odio & invidiâ ferè consumptus, domus & familiæ solum exilio vertere & alios mihi lares quærere nolens volens cogerer; Quàm lubentissimè tum me recepisti, BREMA, & in tutela collocâsti, quotiescunque sub tuam curam solicitudinemque veni! Quemadmodum viator non potest non sibi gratulari, si in via commodum nactus fuerit hospitium, cujus beneficiis etiam gratâ mente utitur: sic in via hujus vitæ, quæ nihil aliud est, quàm cursus ad veram in cœlis vitam, & in exilio quando constituti sumus, gratis animis agnoscere debemus, si benignissimus Deus talem commorandi nobis assignavit locum, qui ob beneficia in se divinitus collata omnibus facilè sese commendat, quemque plures sibi optant asylum ac domicilium obtigisse. Hanc felicitatem divinæ benignitatis virgulâ mihi quoque pernitiosissimis istis temporibus obvenisse, non sine tacita gratulatione & voluptatis sensu sæpius recordor, eamque ob causam ut gratitudinis meæ vestigia saltem quædam adpareant, Vobis, Nobiliss. ac Amplissimi Viri, hunc qualemcunque laborem meum sacrum esse debere, magnoperè desidero.

Te, HAMBURGUM, quoque appellito. Ecquis hodie tam inaccessus, tam ab omnium hominum consortio remotus in terris locus est, quò non fama Tua pervaserit? In te frequentissimus ex omnibus penè terris mortalium appulsus, commercii causâ, & rerum in toto terrarum orbe nascentium mercator copiosissimus videtur. Bella multis hactenus locis gesta sunt, in quibus agros populatione fœdatos, templa immanitate excisa, ædes & pagos partim desertos, partim eversos, hortos incultos, arbores horrentes, urbes deniq; ipsas penè sedibus suis dimotas & in suorum civium cæde ac sanguine natantes vidimus, audivimus, legimus. At meliori res tuæ, HAMBURGUM, in loco constitutæ per Dei gratiam, turbarumque istarum atque motuum omnium expers tota fuit civitas. Utinam introferre posses oculos in pectora nostra, ac penitus introspicere in intimos amicorum recessus; cerneres profectò, quantum pacificus ille status tuus lætitiæ mihi attulerit. Id tamen ex hac oratione mea, interprete gestientis animi, & hujus Libri dedicatione, si animum potiùs, quàm hoc chartaceum munusculum attenderis, quod humanitas Tua pollicetur, planè cognosces.

Te,

Te, MAGDEBURGUM, prætermittere nequaquam debeo. Bello ac calamitate ſuperioribus annis Tibi illato ad ſtuporem usque dolui, & ploratu Tibi tum temporis juſta perſolvi. Verſantur mihi adhuc ante oculos infeſtæ illæ ac funeſtæ faces, in pulcerrimas domos & antiquiſſima tecta conjectæ, fortunarum direptiones & militum concurſationes: perſtringit adhuc oculorum aciem diſtrictorum acies gladiorum & fulgor multâ cæde rubentium: cerno animo inſepulta corpora civium, fœminarum lamentationem, infantium ploratum, morientium gemitus, barbarorum clamorem, tectorum fragorem ac ſtrepitum. Ecquis tantam atrocitatem ſceleris ſine indignatione, ſine ſuſpirio aſpicere potuiſſet? Nunc autem refloreſcit caro tua, MAGDEBURGUM, nunc renovatur, ut Aquila, juventus tua; nunc, quamcunque circumſpexerimus Reipublicæ partem, multò meliora reperiemus omnia. Ipſa mœnia & tecta è tot calamitatibus everſa quodammodo lætantur & geſtiunt, ut placatus jam atque mitigatus malis DEUS te tandem reſpexiſſe, ſeque ad clementiam & benignitatem revocâſſe videatur. Etenim DEI Opt. Maximi, & Summi Imperatoris beneficio templa lapſa jam erigis, exciſa juſtitiæ ſubſellia jam reparas, everſa tecta è fundamento excitas, prædia depopulata inſtauras, in ditionis ornamentum & incolarum emolumentum. Neſcio, an quisquam tuorum civium tam brevi tempore tanta beneficia ſe eſſe conſecuturum unquam ſperârit? In lætitiam igitur communem irrumpo, pietatis effectu potentior, quàm orationis affectu, atque ut pax iſta & tranquillitas, quam ex ſingulari DEI gratia impetrâſti, firma ac diutina ſit, Teque ad ſummum priſtinæ dignitatis faſtigium rurſus evehat, ex animo precor.

Pax hominum genitrix; pax eſt cuſtodia rerum,
Pax aperit juris juſtitiæ forum.
Gloria pace minor; minor eſt victoria pace,
Atque aliquid peſtis pace triumphus habet.

Te, BRVNSVIGA, quoque, ubi dulcem ingraveſcentis ſenectutis nidum, ſilentio involvere nefas eſt. Quotiescunque enim mens mea reſpicit ſpatium præteriti temporis, & recordatur beneficia, quæ mihi olim, cum Syndici primarii nomine per aliquot annos fungerer in hac Republica, & ad Aulam Cæſariam ablegatus, banni abolitionem, pacisque cum Illuſtriſſimo ac Celſiſſimo Principe FRIDERICO ULRICO, Duce Brunsvicenſi & Lunæburgenſi, Steterburgi transactæ, totque antiquorum Privilegiorum ac Immunitatum confirmationem, DEO clementer nobis annuente, impetrarem, cumulatim exhibita fuêre, non poſſum non omni diligentiâ eniti, ut hic honor grato ac memori homini habitus eſſe videatur. Deprehendi tum temporis & ipſe expertus ſum regimini Civitatis præſeduiſſe viros ætate, prudentiâ & longo rerum uſu ſpectatiſſimos, qui, quod ad vitæ tranquillitatem accommodatum, curârunt ſummoperè, & civium ſalutem omnium ſuorum conſiliorum & actionum legem ſupremam ſibi ſtatuerunt: & adhuc præſidere juſtitiæ cultores ac defenſores vigilantiſſimos, qui totis eò adlaborant viribus, ut Rempublicam patriam, quam à Majoribus florentiſſimam

mam acceperunt,in eodem ſtatu poſteris relinquendo ipſa experientia coram toto mundo luculenter ſatis teſtatur. Te,BRUNSVIGA, mihi elegi in commodiſſimam ſedem, ubi,poſt tot exantlatos labores,integerrimè vivere,& ſolitariam vitam,quam,in declivi provectæ ſenectutis itinere,ſummis ſæpè votis concupivi,& jam tandem virgulâ divinâ conſecutum eſſe autumo,quamdiu DEO meo in his terris viſum fuerit,transire tutò poſſem. Nos itaque cuſtodiat DEUS, Nos potentiſſimè protegat,Nos à belli periculo vacuos,ab incendiis immunes, à vaſtationibus liberos,à ſeditionibus ac discordiis tutos benigniſſimè conſervet, quosq; gratiarum theſauros ac divinas opes in ſinum noſtrum effudit, quàm diutiſſimè perennare jubeat.

Movit me pietas, LUNÆBURGUM, ut tui quoque recordarer, & quod tuis Civibus obtigit divinum præſidium,pleno ore deprædicarem. Etenim Te DEUS ab interitu in hunc usque diem vindicavit potentiſſimè & quaſi è faucibus belli eripuit. Urbes non paucæ quondam florentiſſimæ in hoc bello devaſtatæ adeò ſunt,ut earum jam non corpora, ſed cadavera,non oſſa,ſed cineres tantùm aut ſepulchra, cùm admiratione ſimul & commiſeratione,aſpiciamus. LVNÆBVRGVM capitur, quia capi potuit; non devaſtatur, quia non decuit; in illo fortuna & clandeſtina hominum machinatio, in hoc ſingularis DEI providentia nobis conſideranda venit. Æmœnitas camporum, commoditas fluminis Elmenavi, opportunitas montis Calcarii, qui ſpeculæ inſtar uſui accommodatus eſt,& naturâ ſuâ ſingulare incolis fortalitium largiendo exhibet,ſatis judicio ſunt,quas ob cauſas Hoſtis peregrinus,qui amicitiæ ſpeciem tamen præ ſe ferebat, Te maximo ſuo commodo inſervientem invaſerit,& per clandeſtinas machinationes occupârit. At Te DEUS ab invaſoribus iſtis & violentis Detendatoribus,poſtliminii jure quaſi,liberavit,& ut Pater Patriæ, Illuſtriſſimus ac Celſiſſimus Princeps GEORGIVS,beatiſſimæ memoriæ, alter Achilles Germanicus, Dux Brunsvicenſis & Lunæburgenſis glorioſiſſimus,in anguſtiis Tibi ſuppetias adveniret potiùs, quàm extranei vim ac injuriam diutiùs inferrent, quàm clementiſſimè providit. Manſiſti haud ignobile membrum Hanſaticæ iſtius Societatis,quam ab Imperatoribus,Regibus ac Principibus de jure permiſſam, & privilegiis ac libertatibus donatam eſſe, nemo eſt,ut opinor, qui non ſciat. Etenim tenendum iſtud præcipuè eſt, quòd hæc Hanſatica confœderatio ſit legitima congregatio, & Principum juribus in Civitatem unam alteramve competentibus minimè officiat, eorum Regalia & Superioritatis jura offuſcet; ſed ad liberam commerciorum terreſtrium & maritimorum uſum, utilitatem & conſervationem potiſſimùm inſtituta ſit. Et præterea ſpecies ea defenſionis, quæ tam quoad Vos,quàm perſonas licita & de jure permiſſa eſt. Ita expreſsè dicit Bartolus, Ligas vel Societates, quæ hodie fiunt inter Civitates vel Barones, aut alios recognoſcentes Superiorem, ſi fiant ad ipſorum defenſionem, jure ſubſiſtere.

in Extravag. ad reprimendum in verb. occultò.

Te, LVNÆBVRGVM, DEUS protegat impoſterum, & quas divinas opes in ſinum tuum effudit,diu benigniſſimè conſervet;id quod Tibi Tuis-

Tuisque incolis omnibus ac singulis me ex animo vovere, non oratione meâ tantùm, sed hujus quoque Tertii Voluminis dedicatione testatum lubens meritoque facio.

Tibi tandem, SVSATVM, ô dulcissima Patria, quæ membrum Hansaticæ Societatis haud ignobile æstimaris, tuo propemodum jure, hoc Tertium Consiliorum Opus dico atque offero. Quid amabilius illo loco, ubi genitus, ubi quis in lucem editus? quid honestius esse potest, quàm de patria benè mereri? B. Hieronymus super caput 7. Jeremiæ sic commentatur: Naturale est, ut unusquisque natale diligat solum & nihil dulcius habeat patriâ. Quod desumptum videri potest ex Ovidianis metris; *Hieron. in Comment. super verba: Dirigite vias vestras &c.*

Nescio, quâ natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Neque ab ullo homine mihi vitio verti posse existimo, si in debitam patriæ laudem quæ me nascentem sinu suo excepit, in qua infantia mea vagiit, pueritia lusit, juventus exercita & educata est, in qua longa serie cognatos, sodales & amicos quamplurimos memorare possem, multa hoc in loco præfari vellem. Verùm plura sunt & majora, quæ patriæ huic meæ benignissimus DEUS concessit bona, quàm ut dignè à me possint recensèri, prædicari, æstimari. Tibi, ô dulcissima Patria, hunc laborem meum jam inscribere volui, tum, ut meum erga Te amorem & affectum publicè testatũ redderem, tum, ut pro beneficiis & mihi, & propinquis meis, hactenus præstitis, aliquam saltem grati animi significationem ederem, tum, ut debito illo, quo Tibi jam pridem obstrictus teneor, qualicunque hac monetâ, cùm in officina mea literaria meliorem cudere non potuerim, vel tandem me exsolverem.

Vt concludam denique, & multa paucis comprehendam, abs Vobis, Nobilissimi, Amplissimi ac Prudentissimi Viri, quos ad Rerum istarum tàm splendidarum publicarum communiumque fortunarum gubernacula admovit divina benignitas, in legibus statutisque patriis urgendis laudat severitas, in justitia æquabiliter omnibus administranda miris modis commendat integritas, abs Vobis, inquam, omnibus ac singulis, summâ, quâ par est ac debeo, animi submissione contendo, munera hæc chartacea, quæ dedico atque offero, benignè suscipiatis, adeoque Vestra benivolentia me amplecti ulteriùs dignemini. Si vicissim Vobis gratificandi occasio affulserit, faxo certè, ut intelligatis, mihi si quando facultas defecerit, nunquam tamen animum promptum defuturum. DOMINUS DEUS Noster jubeat annum ineuntem Vobis omnibus felicissimè decurrere, dispergat tandem gentes, quæ bella volunt, pacem optatissimam DEUS Pacis restituat, Respublicas deinde & Vrbes Vestras custodiat, sine cujus præsidio eas qui custodiunt, frustrà vigilant, ipse portarum seras confortet, eaq; bona, quæ in Vos omnes & Cives Vestros hactenus contulit uberrimè, jubeat esse si non perpetua, cùm in rebus humanis nihil sit perpetuum, tamen diuturna, eademque cottidiè augere non cesset. E Musæo meo Brunsvigæ 3. Januarii Anno 1650.

EPI-

EPIGRAMMATA
In Tertium Tomum
CONSILIORUM
D. CASPARIS KLOCKII,
JC^torum PRINCIPIS.

QUi duo jam data sunt, hæc tertia munera, Lector,
Quæ KLOCKI præbet, suscipe, larga manus.
Quisquis eris dubiæ trepidus formidine causæ,
Hæc tibi non dubiam pagina spondet opem.
Utere thesauro Lector, meritoque precare,
Auctori veniat gratia, fama, decus.
O utinam velles memori quoque mente tenere,
Dedecoris quantum turpis abusus habet.
Non justi speciem injusto, rectique recurvo
Indueres, facies sed sua cuique foret.
KLOCKIUS hac una certè mercede laborum
Abs te donari, sedule Lector, avet.

Brandani Dœtrii, S. Th. D. Ecclesiæ
Brunsvicens. Superintendentis.

II.

Verè Nobili, Magnifico & Consultissimo Viro

DN. CASPARI KLOCKEN, JC.
CELEBERRIMO, COMITUM STOLBERGENSIVM

Cancellario meritissimo, Dn. Fautori, & ex Conterraneis Amico colendissimo, tribus Consiliorum Tomis Rempub. Literariam exornanti.

QUi Te, quique tuos venerantur amantque labores,
Magne Vir, à recti tramite non abeunt.
Nempe inter tenebras, & veri oblivia, quæ sit
Æqui, quæ justi formula, nescit homo.
Nunc ultra medium, nunc citra sistit ineptus,
Et variè titubans plusve minusve facit
Hîc opus, ut Pylades non sanum curet Orestem,
Luxque sit in dubiis & Cynosura viis:
Hîc, inquam, Sapiens, casus, causasque subortas
Qui secat, & Calamo Consilioque juvat.
Nec tantum gemini voluit Symplegada Juris,
Sed simul è sacris jura ferenda petit.
Hoc est Consilium à Domino: quo Emblemate gaudent
Consilia in Libris conspicienda tuis.
Nec verò utilior, nec gratior altera, quàm quæ
Hoc sibi præscriptum pagina Nomen habet.
Macte animo tali, Vir Præclarissime, cujus,
Quæ prosint aliis, Musa diserta docet!
Quique bonis mos est, de multis perge mereri:
Quæ venit ex merito Palma, perennis erit.

Ita honoris & boni Affectus
testandi causâ applaudebat
Bertram/Selle D. Consiliarius Hasso Darmstadinus
& Imperialis Reipubl. Goslarienſis p. t. Syndicus.

Actu-

III.

At tulerint in Jure tui, Vir Magne, labores
Augmenti quantum, sat documenta probant.
Nam de COLLECTIS *peracutè, & digna notatu*
Scripsisti, Pax, Mars, quæ coluisse volet!
Atq; utinam caperent omnes, qui jura ministrant,
Non tantum Imperii Civis haberet onus.
Nunc Responsa refers, quæ dum procul esse putabam,
En tua digna fide protulit alma penus.
Et quî aliter fieri poterat? quò magna redirent,
Ibant parva domo, patria quæ fuerat:
Merckelbach, Thomæ, Michaëlis, Biga Virorum
Magnorum? Triga est optima Te Comite.
Hoc tua non æris, Genii Campana celebrat;
Aufugit æresonus, scripta perenne tenent.
Non PARCAS, *Caspar* KLOCKI, *prodesse probatis,*
Digna etenim te sunt, Manibus æqua piis.

Vtriusque Dn. Merckelbach & Michaëlis, Thomas Prænomen. Per transpos. Caspar.

Johannis Ulrici Stieberi,
Cameræ Imper. Advocati.

IV.

Certè inter primos Te, consultissime KLOCKI,
Ut meruit virtus tua, me celebrare decebat.
At remora injecta est mihi, sed quo, nescio, fato.
Dum vero id meditor, mihi talia Phœbus in aurem:
Ingens edit Opus varorum CONSILIORUM
KLOCKIUS, excellens noster Themidosq; Sacerdos,
Cernere mundi oculo mihi quale haud contigit unquam.

Johannis Dörrii, Phil. & Med. D.

V.

JUSTITIAM tollas mundo, Legumque Peritos,
Rex, Dux, Vrbsque *ruent*, Orbis *& ipse ruet.*
Omnia disq; trahent LIS *ac* VIS, *disq; sipabunt:*
Non Pax *ulla foro, non erit ulla toro.*
Salve, sancta THEMIS, Mater Reginaque Pacis!
Tu tribuis rectâ cuiq; bilance suum.
Salve, Magne Comes, *KLOCKI, &* Lux Clara Palatî
Cæsaris, Os, Pectus, Frons & Ocelle Dices!
JURA reflorescent, PAX & rediviva vigebit
Præsidiisq; tuis, CONSILIISq; tuis,
I nunc, Conse Deus, *digito compesce labellum!*
Tuq; i cum tripode, ô Delphice Apollo, tuo!
CONSVS KLOCKIVS est & APOLLO. Oracula nunquam
Quis majora dedit, nec meliora dabit.

Johan. Chemnitii, Medic. D.

VI.

Non tibi jam satis est, trepido responsa clienti
Reddere, non pressos voce levare reos.
Non satis est, rerum dominis impendere curas:
Non satis, urbanum sustinuisse decus:
Singula quæ possint animum lassare capacem,
Et non cessantes impediisse manus.
Victuris gaudes committere plurima chartis,
Quæ quondam post te secula sera legant.

Non prohibent canæ venientia fata ſenectæ:
Non prohibet multo rupta labore quies.
Secula mente agitas ſpatio non clauſa maligno,
Et curam longæ poſteritatis agis.
Haud aliter fructum latura nepotibus arbos
Agricolæ ſeritur ſedulitate ſenis.
Ille ſedens animò naſcentia gaudia læto
Præcipit, & natis poma legenda videt.
Atq; ait, has olim curvabunt pondera frondes;
Et fuerit noſtri, qui feret iſta, memor.
Et tua (ne dubita) dum volvent ſcripta nepotes,
Non moriente tuum nomen honore colent.
Creſcite civiles lauri, frondete per ævum
Germina, quæ KLOCKI conſerit alma manus.
Hæc etiam ſummæ pars eſt non ultima laudis,
E tenebris magnos eripuiſſe viros.
Marmorea cedunt tumuli, fugientibus annis:
Ingenii nunquam tot monumenta cadent.
Compoſiti cineres meliorem ſumite vitam:
Invida nil in vos tempora juris habent.
Lilia de veſtris ſurgunt vivacia buſtis:
Æterno ſurgunt floris honore roſæ.
Quæ tibi pro meritis reddentur præmia, KLOCKI,
Per quem fatali jura negantur heræ?
Si qua fides, nullo tenebris damnaberis ævo:
Hoc pretium tali pro pietate feres.

REINOLDI BLOMI, J.U.Candidati.

VII.

QUamprimùm lex inventa eſt, fraus legis adhæſit,
Et ſenſum evertens ſubdola gloſſa ſimul.
Detegit hanc fraudem mirandâ KLOCKIUS arte,
Et legum ſolers intima ſenſa docet;
Magnificus per Cæſariam Comes inclytus aulam,
Prælucens aliis juris utramq; facem;
Hactenus emiſſis hoc præſtitit ipſe duobus
Libris, quos ſequitur tertius arte pari.
Nocturnâ hos verſato manu, verſato diurnâ,
Qui gemini juris ferre brabea cupis.
Hîc Cynoſuram repperies filumq; Ariadnes,
Quod te per dubium concomitatur iter.
Interea, KLOCKI, pergas extendere famam,
Quæ dudum tetigit Solis utramq; domum.
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt,
Donec erit CODEX, EVNOMIÆq; decus.

M. Joannis Fortumanni, P.L. Comitatus
Wernigerodiani Superintendentis
An. ætatis 74.

VIII.

CRedimus Hiſtoricis, ut fas eſt; multa recenti
Seclo de priſcis Gentibus acta ferunt:
Hæc inter perhibent, melicum quòd grandis Homeri
Magnus Alexander ſic deamârit opus.

Illud

Illud ut, optati quasi fulcra regiminis, ullo
Noluerit manibus deposuisse die:
Imò, perversus noctu ne læderet osor,
Cervicale velut, straverit occipiti:
Nos opis & juris, mundi sub fine, carentes
(O utinam!) magni sic faciamus Opus,
Quod magno cultum studio celeberrimus offert
KLOCKIUS, Ingenio Maximus, Arte Gravis.
Hoc etenim summo candore MEUMq; TUUMq;
Librat, dans æquâ lance cuiq; suum.
O labor! ô meritum! Quod mille Clientibus, arcto
Sub casu, præstat consuluisse modis;
Spernat Humus! Suasor quid Honesti curat abusum?
Huic satis est Superûm complacuisse choro:
Hinc pia Te, KLOCKî, Gens ad astra, rogatq;,
Librorum precium fiat ut Ipse DEUS.

Johannis Gleimii, Brunsvigæ
Pastoris Blasiani.

IX.

QUàm bene tunc floret, KLOCKI, Respublica, munus
Si LEX suum, REX, GREX facit?
LEX ceu Rex mutus, REX ceu lex viva gubernet,
Et GREX utriq; pareat.
Hæc tria civilis fundamina consona vitæ:
Queîs fulta stat Respublica.
Quanta tibi virtus hinc sit, doctrinaq; quanta,
Quis me tacente non videt?
Nam LEGUM tractas mysteria, mente fideli,
Themis Sacerdos inclyte.
Imperet ut bene REX, & lex animata sit ille,
DICE monet Te præside.
CONSILIIS optanda GREGIS quoq; commoda servas,
Et jura reddis civibus.
Lydius ut purum limâ lapis arguit aurum,
Quem Tmolus amnis procreat: Plin. libr. 33. cap. 8.
Sic Tua quæ virtus, quæ sit sapientia mentis,
Id ipsa monstrat Veritas.
CONSILIA evulgas; duo magna Volumina vidit
Dudum Orbis: addis Tertium.
Applaudit Themis, & Themidos simul incluta proles,
Tuis tot excultis libris.
Floreat, exclamant, longum victurus in ævum,
DICTATOR ÆQUI KLOCKIUS.

M. Johannis Schindleri, Pastoris
Brunsvigæ ad D. Andream.

X.

Alcaicum.

PRodire tandem visitur alite
Sat auspicato Tertius hic Tomus
Atque Ultimus, multis redundans
Conciliis ratione doctâ,

Fultis & uſu ſæpe ſalubriter
Rerum probatis, quæ calamus ſagax
KLOCKIQ; mens cernes acutum,
Difficiles dirimens que nodos,
Digeſſit, & nunc ſuppeditat libens
Orbi erudito. Tu, Tome Tertie,
Prodi, ut priores, Gratiarum
Numine te comitante paſſim.
Aſtræa ſervans juſtitiæ decus,
Diceque iniquos vindice perſequens
Linguâ, viam ſternant apertam,
Ut volites trifidum per orbem,
Pallas cerebro quæ Jovis edita,
Summis & imis reddat amabilem
Te dotibus KLOCKI profectò
Ingenii ſapientis auctum.
Applaudat omnis turba novenſilum
Una ſororum, quarum honor inclitus
Hunc per Tomum creſcit vigetque,
Tu reſona quoque Phœbe ſuaves,
Plectro canores, imperiis, foro
Scholisque multum carmine gratulans
Vivaciori, quàm cupreſſus
Aut cedrus eſt libanitis. Et tu
Miranda Peitho, flexanimâ valens
Virtute, quod res eſt, bene ſuggere
Mundi dynaſtis, ut Volumen
Hoc coëmant, ſimul & Senatum
Mandent in aulis volvere ſedulò,
Et civitatum ſacra ſit ancora,
Atque arduâ ſub mole rerum,
Ceu dubiis cynoſura in actis.
Tu CHRISTE verò, juſtitiæ impigrum
Myſten ſalubris, KLOCKIADEN puto,
Poſt ſera vitæ, quæſo, fata
Adſere cœlitibus beatis.

M. Hermanni Gebhardi,
Poet. Laur. Cæſar.

ELEN-

ELENCHUS CONSILIORUM TOMI TERTII.

CONSILIUM CI.

DE CONSVETVDINE FOEMINAS COLLATERALES existentibus masculis à successione fratrum excludente.

In quo Quatuor principales Quæstiones nervosè enucleantur.

I. AN consuetudo fœminas, præsertim collaterales (uti hîc sorores) existantibus masculis à successione fratrum excludens de jure subsistat?

II. An talis consuetudo fœminarum exclusiva non modò inter Nobiles, sed etiam ignobiles & plebeios introduci queat?

III. An hic in facto sufficienter probatum sit, talem consuetudinem in loco, ubi defunctus domicilium habuit bonaq; litigiosa reliquit, existare & vigere?

IV. Anne sororibus exclusis ex fraterna hæreditate dos vel precium bonorum immobilium debeatur?

CII.

In quo

I. Variæ Quæstiones ad materiam ultimarum voluntatum, Testamentorum, Substitutionum, Fideicommissorum, Legatorum pertinentes proponuntur & determinantur.

II. Num Principes, Comites, & Barones Germaniæ absque juris communis solennitatibus Testamenta condere possint?

III. An pacta illustrium familiarum de acquirenda vel conservanda successione valeant?

IV. An Prælegata & Fideicommissa hæredi universali instituto facta, si majorem hæreditatis partem absorbeant, in restitutionem veniant, & de iis, sicut de portionibus hæreditariis judicandum sit? Et quibus remedis Hæres prælegatarius eas portiones à cohæredibus consequatur?

CIII.

Fideicommissum factum in uno casu an extendatur ad casus non expressos ex generali ratione conservandæ agnationis & familiæ? Et quando ratio generalis ampliet vel restringat fideicommissum? Et an verba consecutivè adjecta inducant fideicommissum inter personas diversas, vel referantur ad terminos substitutionum immediatè præcedentium?

CIV.

De Legatis eorumque remissione vel agnitione, incrementis vel decrementis, actione hypothecaria legatorum nomine competenti, & an ea confusione per additionem hæreditatis transmittantur, vel fiant caduca? nec non de legatorum æstimatione, dispositione & divisione paterna inter liberos inæquali, legitima, donationibus, Querela inofficiosi, collatione bonorum, clausula codicillari & substitutionibus fideicommissariis.

CV.

Legatum quibus actionibus & remediis tàm petitorio, quàm possessorio judicio peti possit?

CVI.

I. Parentes an & quando nullis defuncti relictis hæredibus descendentibus in successione collateralibus præferantur?

II. De jure agnitionis & transmissionis.

III. Renunciationem fœminæ condicionalem, deficiente condicione, haberi pro pura, & perinde

inde esse, ac si ab initio non interveniisset; Ideoque fœminam purificatâ condicione ad successionem redintegrandam.

IV. De matrimonio inter impares honestate & dignitate personas contracto.

V. Matrimonium ex quibus probetur, & præsumatur? maximi ad hoc, ut filii ex eo nati, dicantur legitimi? Et per consequens filii ex quibus conjecturis præsumantur legitimi?

VI. De nuptiis fratruæ prohibitis.

VII. De Successione naturalium, illegitimorum, Spuriorum & incestuosorum in bona paterna & materna.

CVII.

I. De testamento tempore pestis apud Acta facto.

II. An tutor hæres institui possit?

III. An Exceptiones Incapacitatis personæ, Nullitatis, falsitatis & similes Immissionem ex L. fin. C. de Edict. D. Hadrian. tollend. impediant?

IV. An testamentum de nocte factum sit nullum?

CVIII.

In materia petitionis & hæreditatis.

I. Quæstio principalis, An Equites Teutonici Ordinis de bonis suis patrimonialibus & fructibus ex commendis quæsitis in pactis dotalibus, aliove modo disponere possint?

II. Cessio jurium quando valida, & an post vel ante litis contestationem opponenda sit?

III. Castitas & mundicies etiam in matrimonio est, nec votum castitatis, paupertatis & obedientiæ Equites Teutonici Ordinis à conjugio arcet.

CIX.

Ex quibus conjecturis Testator videatur recessisse à priori voluntate: Et quando legatum ademptum atq; revocatum censeatur?

CX.

De reciproco conjugum testamento, & an unus ex conjugibus testatis suam dispositionem revocare, vel etiam pactis dotalibus derogare possit? nec non de legitima, & an illa usufructu aliove onere gravari queat? Item de testamento inter liberos &c.

CXI.

Legatum ad conjunctæ personæ interrogationem relictum an valeat?

CXII.

De Testamento quodam ob defectum solennitatum juris civilis, at non ratione voluntatis imperfecto Inventarii confectione, cautione usufructuaria, & acquisitorum communicatione & quomodo in computatione acquisitorum ineunda sit procedendum?

CXIII.

Testamentum conditum ab eo, quem constat ex pluribus signis fuisse dementem, est omnino nullum, præsertim si id sit indiscretum.

CXIV.

I. An pacta dotalia, quatenus de futura successione disponunt, valeant? Et an in vim contractus vel ultimæ voluntatis subsistant? Et an testamento, aliâvè legitimâ dispositione revocari possint?

II. Fidei interpositio an importet juramentum? Et quando per juramentum, Testamenta, aliavè pacta fiant irrevocabilia?

III. De Renunciatione juris nondum delati.

IV. De legitima ascendentium & descendentium.

V. An pacta dotalia jus agnatis irrevocabile tribuant?

CXV.

In materia petitionis hæreditatis.

CXVI.

I. De fiduciariis bonorum possessoribus ac Sequestris sive Curatoribus hæreditati absentis, de cujus vita vel morte dubitatur, à Magistratu dandis.

II. Bellum ingreſſus, quando præſumatur mortuus?

III. Ad centum annos an quis vivere præſumatur?

CXVII.

Juvenis bellum ingreſſus, an & quando præſumatur mortuus?

CXVIII.

In materia Teſtamenti & pactorum dotalium, nec non de lucris conſtante matrimonio acquiſitis, eorumq; diviſione, Cautione uſufructuaria, convectione Inventarii, legitima, detractatione Falcidiæ & Trebellianicæ &c.

CXIX.

I. Statutum, conſuetudo vel pactum communicationem acquiſitorum inter conjuges inducens, an valeat?

II. Divitias & bona plura extare, vel non extare, quando præſumatur? & quando præſumptio fit pro Inventario vel annotatione privata?

CXX.

De Confuſione & communicatione utriusq; conjugis bonorum, eorumq; in concurſu Creditorum Separatione.

CXXI.

In quo

Dnn. Conſiliariorum Illuſtris. Reipublicæ Noricæ ſeptem vota discrepantia inter ſeſe conciliantur: Ad materiam L. Hac edictali C. de ſecund. nupt. Et reformationis Noricæ tit. 28. leg. 8. tit. 29. leg. 3. & tit. 34. leg. 6.

CXXII.

Pacta de futura ſucceſſione, ſive ſuper hæreditate furioſi vel dementis adhuc viventis an, & quando valeant?

CXXIII.

An, & quatenus pactis dotalibus teſtamento derogari poſſit?

CXXIV.

I. Pecunia per ſe conſiderata vel ex feudo redacta, quando jure feudi cenſeatur?

II. An rata & firma ſit conventio, ut pecunia uni ex fratribus aſſignata in emptionem feudi collocetur?

III. Pacta de ſuccedendo inter fratres ad conſervandum bona in familia & agnatione facta, & de rebus certis & particularibus concepta, an valeant? & quid, ſi juramento vallata ſint?

IV. Pecuniæ naturam allodialem an, & quando quis in feudum transmutare poſſit?

V. Pactum, ut pecunia in emptionem feudi convertatur, an ſubſiſtat, & quam actionem contra non implentes producat?

VI. An pacta dotalia, quibus cavetur, ut certa bona poſt mortem alterius redeant ad agnatos, jus irrevocabile tribuant? ubi Zaſii opinio rejicitur.

VII. Alienationis prohibitio inter vivos facta an & quatenus impediat dominii translationem?

VIII. Uxor jure familiaritatis poſſidens, an titulum ſive cauſam poſſeſſionis mutare poſſit?

IX. De legitima, ejusq; ſupplementi petitione, & quænam hoc nomine actiones competant?

X. An mulieri ratione dotis, aliorumq; illatorum jus retentionis detur, donec ſibi fuerit ſatisfactum?

XI. De melioramentorum expenſarumq; probatione, æſtimatione & actionibus illorum ratione competentibus?

XII. An, & quatenus Legitima filiabus ex feudis debeatur? Et an ſtatuto in totum tolli, vel fideicommiſſo gravari poſſit?

XIII. De legitima aſcendentium jure noviſſimo ad trientem aucta; Et an ſingulis ex parentibus hic triens ſit tribuendus?

CXXV.

Teſtator an verbis teſtamenti Behauſung mit der Fahrniß vnd Haußgeräht / *animalia etiam legâſſe cenſeatur?*

CXXVI.

De Renunciatione quadam in ſolenni forma coram Judice facta.

CXXVII.

Si quis moriatur relictis duobus patruis, id est, fratribus sui patris, quorum unus erat patri ipsius defuncti utrinque conjunctus, alter verò ex uno latere tantùm, an ambo succedant, an verò ex uno latere conjunctus excludatur per utrinq; conjunctum?

CXXVIII.

An in casu proposito frater & soror uterini à Testatore cum sororis germanæ defunctæ liberis ad successionem sint vocati?

CXXIX.

An, & quando pater filio, nurui, & nepti alimenta subministrare teneatur?

CXXX.

In materia Moræ usurarum & Interesse.

CXXXI.

In puncto Mandati Immissorialis cum clausula.

CXXXII.

In causa Dotis.

CXXXIII.

I. De materia Interventionis, & ad quem effectum fiat?

II. De jure subfeudi, ejusq; tribus substantialibus Requisitis; & an iis de Consuetudine per Ducatum Brunsvicensem & universam inferiorem Saxoniam sit derogatum?

III. Emptionis ac precii mentio, constitutioni subfeudi adhibita, an simulationis præsumptionem inducat? Et an precium interveniens contractum subfeudi VERE facit simulatum?

IV. Subfeudum an Ecclesiæ, Civitati vel manui mortuæ concedi queat?

V. Intellectus & genuinus sensus c. 1. §. callidis. de prohib. feud. alienat. per Feder. & c. 1. §. sed etsi res, Per quos fiat, investit?

VI. De feudis Francis & liberis in Germania usitatis.

CXXIV.

An Civitas B. sit in possessione vel quasi Collectas Imperiales Imperio immediatè pensitandi?

CXXXV.

I. An & quatenus Hospites & Depositarii ratione Doli, culpæ & negligentiæ actione honorariâ de recepto, vel ex contractu Locati, Depositi, vel etiam officio Judicis conveniri possint?

II. Res per violentiam amissæ an & quando probentur juramento damnum passi? & quomodo rerum ablatarum quantitas, qualitas & bonitas contra Tertium ex alieno delicto & maleficio liquidari queat?

III. De depravatione Monetæ, & an Principi metalla miscere & partem de precio decerpere liceat? ubi multa de Æruscatoribus pecuniarum, & de Seditionibus, bellis, motibusq; ex confusione metallorum & imminutione monetæ concitatis.

IV. Domini Territoriorum & Magistratus vectigalia exigentis, an & quando depræda tis & spoliatis damna resarcire teneantur?

V. Universitas quando delinquere dicatur?

VI. De probatione Doli, culpæ & negligentiæ.

VII. De Inquisitione, & quænam ad processum Inquisitionis legitimè instituendum requirantur?

CXXXVI.

De Exceptione Compensationis & Cessione Debiti alieni ad materiam l. fin. C. de compensat. nec non l. per diversas & l. ab Anastasio. C. mandati.

CXXXVII.

De Salviano Interdicto, & an Creditor in re empta ex sua pecunia aliis Creditoribus præferendus sit?

CXXXVIII.

De præscriptione annuarum præstationum & bonis Ecclesiasticis in alios pios usus convertendis?

An

CXXXIX.

An ad inſtantiam Nobilis de Ripur ſuper obligatione 10000. floren. contra Erneſtum Fridericum Marchionem Badenſem Mandatum ſine Clauſula in Camera Imp. extrahi queat? vel cauſa hæc coram Auſtregis proponenda & tractanda ſit?

CXL.

A paritione in cauſa mandati de non impediendo Reo injuncta, Reviſio eſt petita. Quæritur; (1) An non attentâ Reviſione in cauſa principali poſſit procedi? (2) Quæ actio? (3) coram quo Judice intentanda? (4) An, ob lapſum fatalis ad Reviſionem Electori Moguntino notificandam præſtituti, Executoriales in Camera peti & decerni poſſint?

CXLI.

De quodam Mandato ſuper Conſtitutione Arreſtorum extracto: ubi ejusdem Requiſita examinantur, & an Reorum Exceptiones ad Caſſationem Mandati obtinendam relevantes ſint? nervosè & ſolidè enucleatur?

CXLII.

In materia Senioratus & juris Primogenituræ.

CXLIII.

Legitimatio an retrotrahatur ad tempus nativitatis in eorum præjudicium, qui prius hæreditatem adierunt, & poſſeſſionem bonorum apprehenderant?

CXLIV.

In materia præcedentiæ, Seſſionis & voti, nec non de officio Prætoris & Metatoris.

CXLV.

In cauſa ſucceſſionis Grubenhagenſis.

An per Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes lineæ Zellenſis Duces Brunovicenſes & Lunæburgenſes ſtirpis Wulfferbytanæ ratione proximitatis, à ſucceſſione Ducis Philippi Grubenhagenſis planè excludantur?

CXLVI.

De Jure Epiſcopali.

CXLVII.

In quo Tres Quæſtiones ſe offerunt diſpiciendas & examinandas.

I. Si Princeps vel Comes A. in Transactione cum alio immediato Imperii Statu B. convenerit, ut B. intra pomærium alicujus pagi, A. verò extra idem Jurisdictionem habere & exercere debeat; Et verò dictus Pagus ita perſonarum multitudine increverit, ut plurimorum ædificiorum exſtructione pomærium augere & extendere ſit neceſſe; An A. hoc prohibere poſſit?

Poſito, quòd ædificiorum conſtructionem extra pomærium A. prohibere nequeat; Quæritur, in cujus diſtrictum, territorium & Jurisdictionem hæc ædificiorum collectio transeat?

Si dictum pomærium usq; ad 1. 2. 3. ædificia incendio exhauriatur, ſine ſpe refectionis, deſolato ſolo, & in formam agrorum &c. mutato; An B. Jurisdictionem in deſtructa pomærii parte, ut eam antea habuit, retineat? vel an ea territorio confini A. accreſcat?

CXLIII.

Controverſiæ inter Superiorem & Subditos (1) de Gabellis ſive de Acciſis conſumptibilium, (2) de Excubiis, (3) de Oenopolio, (4) de Obſtructione viæ & tramitis publici (5) de Ordinationibus Braſſationum, & (6) ſylvarum, (7) de ratiociniis Contributionum, aliorumque inprimis Eccleſiaſticorum, redituum.

CXLIX.

Von niedergeriſſenen Zäunen / Geboten / vnd Verboten / Vnterſchleiffung erklärter Echter / Item von Religion / Haltung der Feyr- vnd Feſtag / Capellen / *Confiſcation*, Stellung der Freveler / Landgericht / Niedergerichtlichen Obrigkeit / Erhöhung eines Mühlenzinß / Item von Bawen / Papier-Mühlen / Erbawung der Steg vnd Weg / Kauffſchlagen / vnd Tafern / Betlern etc.

CL.

Die Graffſchafft Rothſchenfohrt betreffend.

In quo disquiritur

I. De pactis gentilitiis & ſucceſſoriis, eorumq; validitate, jure & variis effectibus.
II. De pactis, promiſſionibus, Contractibus ſub condicione, & ex cauſa factis & initis.
III. De interpretatione pactorum.
IV. De retentione.
V. De his, quæ in dotem imputantur.
VI. De feudis Stolbergenſibus, quæ Domini Comites adhuc tenent, quæque ab aliis occupata ſunt.

CLI.

De Jure Collectarum, Vectigalium, Verbot etc.

CLII.

I. An Subditi Superiori, cui jus Collectas Imperiales exigendi competit, etiam circulares Collectas penſitare cogantur?
II. An Superior non attento Mandato Cæſ. ſibi legitimè inſinuato, Collectas executivè exigere poſſit?
III. An, & quibus jurium remediis Subditi Collectas indebitè ſolutas à Dominis Territorialibus repetere queant?

CLIII.

In quo

Aliquot Paragraphi Conſtitutionis Imperii de Anno 1594. & inprimis §. Nach dem. §. Demnach. & §. Und damit. quibus cuivis Magiſtratui Collectas Turcicas à Subditis ſuis, cujuscunq; conditionis & immunitatis ſint, ex more priſco exigendi facultas conceditur, & qui ſibi invicem repugnare videntur, per punctum rationis & æquitatis commodâ adhibitâ diſtinctione pulchrè conciliantur, nec non cum Receſſibus Imp. de Annis 1542. 1544. 1548. 1566. 1576. & 1582. accurata collatio inſtituitur, in ſpecie verò ſequentes Quæſtiones ad juridicum examen revocantur.

I. Quibus fundamentis Adminiſtrator Archiepiſcopatus B. pro ſtabilienda ſua aſſertione potiſſimum nitatur?
II. Quænam rationes pro fundanda Senatus intentione in medium adduci poſſint?
III. Si contra Senatum Mandatum pœnale ſub pœna dupli in Camera extrahatur, Quænam Exceptiones ſub- & obreptionis, aliæve Defenſiones in puncto Competentiæ tàm ad forum declinandum, quàm in cauſa principali in Eventum proponi queant?
IV. An, & quomodò fundamenta ex parte Adminiſtratoris allata legitimè elidi & ſubverti poſſint?

CLIV.

Succeſſores feudales, an, & quando & facto prædeceſſorum teneantur? Item qui hypothecam à prædeceſſore obtinent, quomodo ſeſe adverſus ſucceſſorem poſſint tueri?

CLV.

In eadem materia.

CLVI.

In cauſa monetaria: Et an intrinſecâ monetæ bonitate mutatâ in contractibus tempus contractus, vel ſolutionis ſit inſpiciendum?

CLVII.

In quo resolvuntur tres Quæstiones:

I. An Fœminæ in feudo hæreditario (Erbmann-Lehen) *& emptitio, deficientibus masculis, succedant?*

II. An bona extra muros Castri sita & ab aliis Dominis in feudum recognosci solita vel empta, & ad Castrum commodioris usus gratiâ destinata, fiant feudalia, & Pertinentiarum nomine veniant?

III. Si in prima & sequentibus Episcopi P. Investituris nullæ Jurisdictionis fiat mentio, sed ea in Archiepiscopi Colonienſis & Comitum Ritbergenſium instrumentis Investiturarum nominatim sit concessa, An Episcopus Paderbornenſis sub prætextu Pertinentiarum sibi Jurisdictionem, & merum mixtumq; imperium arrogare, ac Castro Bock appropriare queat?

CLVIII.

I. De actione pignoratitia, depositione, consignatione & pecuniæ in securiorem locum translatione, ejusq; effectu.

II. Duobus Dominis territorialibus de superioritate aliisq; juribus contendentibus quæ remedia competant? & quibus mediis Jurisdictionem suam defendere, subditosq; rebelles in officio retinere possint?

CLIX.

I. An res una duobus possit obligari, maximè in id, quod pluris est, & pignus excedit? Et an Creditor rei sibi prius hypothecatæ venditionem & alienationem impedire possit? & an præsentia & taciturnitas primi creditoris inducat remissionem pignoris?

II. Tutor an & quatenus cum pupillo contrahere possit?

III. An in solutionibus tempus contractus, vel solutionis attendendum sit?

CLX.

De unione prolium.

CLXI.

In materia Privilegiorum, Immunitatum & Exemptionum.

CLXII.

In materia Immunitatis & Collectarum.

CLXIII.

Jurisdictio pluribus competens an iis, ut universis, vel, ut singulis, competat?

CLXIV.

Die Bestraffung der Freveler in deß Ritterlichen S. Johanns Ordens Commenthureyen zu Erdlingen Wälden vnd Höltzern betreffend.

CLXV.

I. Ecclesiastici per quem Judicem ad solutionem Collectarum Imperialium cogantur?

II. Collectæ Turcicæ an ordinariis vel extraordinariis oneribus accensendæ?

III. Impossibilitas & Paupertas à quo in puncto Collectarum probanda?

CLXVI.

In materia novi operis nunciationis; Et de Interdictis & actionibus eo nomine competentibus.

CLXVII.

In puncto Mandati Inhibitorii.

CLXVIII.

De Revisione & Restitutione in integrum malitiosè & per calumniam protelandæ litis causâ petita.

CLXIX.

I. Creditores immissi de fructibus perceptis quotannis rationem reddere & eandem curam & diligentiam, ac in propriis, impendere tenentur: Et de debitore affirmante, ex fructibus Creditori satisfactum, eo verò id negante, uti incumbat probatio?

II. Rationes semel redditæ an, & quando iterum calculandæ & dispungendæ sint?

III. Creditores immissi an de suo & propriis expensis rem sibi traditam, & in quam immissio facta est, meliorare & fructuosam reddere cogantur?

De

CLXX.

De duobus Condominis Comitatum pro indiviſo poſſidentibus & Jurisdictionem exercentibus, an is, qui ferociter tractat ſubditos, absque causæ cognitione & ſententia privationis disveſtiri, & alteri Condomino, Subditos benè tractanti, inſolidum Jurisdictio & administratio Comitatus concedi poſſit? Et an nimia Sævitia ſequeſtrationi locum faciat?

CLXXI.

Ob das Rotweiliſche Hofgericht über die Churfürſtliche Unterthanen ſich einer *cognition* auch in Ehehafften zu unterziehen habe?

CLXXII.

De Compromiſſo & arbitri poteſtate ac cauſis indulgendæ dilationis ſive prorogationis termini.

CLXXIII.

De Citatione ad reaſſumendum.

CLXXIV.

In puncto attentatorum.

CLXXV.

De Expenſis & earum taxatione ſive æſtimatione.

CLXXVI.

In eadem materia.

CLXXVII.

De Dote ob adulterium uxoris ab ejus hæredibus repetenda, Executione, liquidatione & interpretatione ſententiæ.

CLXXVIII.

De Hæreditate quadam, Inventario & renunciatione filiæ jurata.

CLXXIX.

De Exceptione rei judicatæ, aliisq; actionibus ad diverſum finem tendentibus.

CLXXX.

In Materia Evictionis.

CLXXXI.

In materia Jurisdictionali & turbatæ poſſeſſionis.

I. An Creditores titulo emptionis & venditionis cum pacto de retrovendendo muniti, Præfecturas Comitum Mansfeldenſium, in quas ante Permutationis aliosq; Sequeſtrationis Receſſus inter Dn. Electorem Saxoniæ & Dn. Adminiſtratorem Magdeb. initos, iisdem immediatè, vel Supremi Inſpectoris & Subſtituti (deß Ober Auffſeherambts zu Eißleben) prætenſæ ordinariæ jurisdictioni mediatè ſubjecti ſint? ubi multa ſcitu digna diſceptantur de Schrifft ſaßiis & Ambt ſaßiis, probatione Superioritatis, Regalium & Jurisdictionalis, actibus poſſeſſoriis exercitis, litteris rogatoriis ſive mutui compaſſus &c.

II. De Citatione ab incompetente judice emanata, an arctet ſubditum, quando notorium eſt, eum non eſſe ſubditum? ubi & de Exceptione Incompetentiæ & Fori declinatoria; quando opponi poſſint, & quomodo differant? Et an Judex à quo ſit propriè contradictor vel pars, ac cogatur proceſſum ſuum defendere in Appellationis inſtantia?

CLXXXII.

Deductio deß Gräflichen Stolbergiſchen Erbrechtens/wie auch *Nullitatum & vitiorum prætenſæ Transactionis.*

Die Graffschafft Königstein belangend.

Hæreditatem atque inprimis Feudalia bona Comitum in Königstein pertinere ad Comites Stolbergicos, quatuor principalibus fundamentis probatur.

I. Ex antiqua observantia: ubi multa de differentiis Feudorum, de Consuetudine, observantia, Investitura nova & antiqua.

II. Ex Indulto Cæsario: ubi de Primogenitura, Indivisibilitate Feudorum Regalium, Successionis jure & usu, Vocationibus, Condicionibus, & Modis actuum ac dispositionum, Clausulis variis, earumq; Interpretatione, Principum beneficiis, Privilegiis ac Confirmationibus.

III. Ex testamento Comitis Eberhardi: ubi de Institutionibus & Substitutionibus, Fideicommissis, in genere & in specie Familiæ conservandæ gratiâ, onere portandi arma & nomen, Declarationibus & Conjecturis ultimarum voluntatum.

IV. Ex instrumento concessionis Insignium: ubi de translatione nominis & armorum, de Fide, Authoritate & constantia summi Principis.

Conclusio, in qua de Executione & Transactionibus validis atque viciosis.

DE INIURIIS ET VARIIS DELICTIS EORUMQUE POENIS.

CLXXXIII.

In causa Injuriarum in puncto Citationis ad reassumendum, nec non contra officiales Comitis de Bentheim.

CLXXXIV.

I. De actione injuriarum.

II. De Palinodia seu revocatione injuriarum.

III. An, & quando retorsio vel compensatio injuriarum sit admittenda?

IV. Veritas convicii quando injuriantem excuset?

V. An quis Fisco simul ac parti in pœnam pecuniam condemnari? & an criminalis cum civili actione injuriarum cumulari possit?

CLXXXV.

An injuriatus ad persecutionem injuriæ illatæ invitus sub pœna cogi possit?

CLXXXVI.

In causa Injuriarum.

CLXXXVII.

Quæstio principalis.

An actio injuriarum ob neglectam intra annum litis contestationem perimatur, vel per Citationem Libellique oblationem perpetuetur.

I. An Appellatio ob non reproductas in primo termino Compulsoriales deserta sit?

II. An appellatus appellantem, ut omisso appellationis puncto in causa principali respondeat, jure cogere possit?

III. An

III. An appellanti licuerit hoc caſu libellare?

IV. De probatione diligentiæ, moræ, culpæ & negligentiæ.

V. Contumacia quando & quomodo contrahatur?

VI. Fatalia an, & quando currant impedito facto & morâ adverſarii? & quid ſi per Judicem impeditus fuerit?

VII. Lis quando pro conteſtata acceptanda?

VIII. Actio injuriarum an in meſſium, vindemiarumq; feriis perimatur?

IX. Actionis perpetuatio ex quibus elici poſſit?

X. Proteſtatio quid operetur? an, & quando pluries facienda? & quando ab ea receſſum videatur?

CLXXXIIX.

In caſu & concurſu Criminum, prævaricationis, pacti illiciti de quota litis, falſi, perjurii, expilatæ hæreditatis, fraudati cenſus, attentatæ pudicitiæ & ſolicitatarum alienarum nuptiarum, violentorum ſtuprorum, adulteriorum & inceſtus.

CLXXXIX.

De crimine furti & ſtellionatus.

CXC.

In caſu adulterii & torturæ ratione conſociorum inſtituendæ.

CXCI.

I. De revocatione priorum & ſubſtitutione novorum Judicum eorumq; Jurisdictione: Et an juramentum, quod Conſtitutio Carolina Judici Criminali, ejusq; Aſſeſſoribus defert, à novis delegatis ſit præſtandum?

II. De juramento Calumniæ; & an in hoc puncto ſententia priorum judicum ab eorundem ſucceſſoribus retractari queat?

III. Sententia interlocutoria ab ordinario vel delegato judice lata an, & quando poſſit revocari?

IV. De indiciis in cauſis criminalibus ad torturam ſufficientibus, eorumq; copiis & Defenſionibus Reo concedendis.

V. An Inquiſitus ex novis indiciis & delictis iterum torqueri poſſit?

VI. Perjuri, proditores, falſarii & ſeditioſi legitimè convicti & confeſſi quibus pœnis afficiantur?

CXCII.

I. De Crimine læſæ Majeſtatis ſuper injuriis & maledictis Principi illatis, nec non ex machinatione in necem Principis ex hoſtili animo erga Principatum contracto.

II. De indiciis, tortura, & Confeſſionis in tormentis factæ ratificatione.

III. De vero & genuino intellectu L. Quisquis C. ad. Jul. Majeſt.

IV. An crimen perduellionis à non Subdito committitur?

V. An conatus & affectus, non ſecuto effectu, puniri poſſit?

VI. An in Principes & Respublicas Superiorem recognoſcentes crimen læſæ Majeſtatis committatur?

VII. Conſilium, auxilium, opemve præſtantes, item inſtigatores, ſolicitatores, exhortatores, ſeditioſi, rebelles, proditores & falſarii an, quando & quibus pœnis afficiendi?

VIII. Sola ſcientia & tractatus an crimen læſæ Majeſtatis inducat?

IX. An ob ſcandalum, aliamve cauſam Princeps non capitale delictum capitale, facere & extraordinaria mpœnam usq; ad mortem extendere poſſit?

X. De perjurio, ejusq; pœna.

XI. An Homagii cuipiam Principi præſtiti effectus ad ſucceſſorem porrigatur?

CXCIII.

In cauſa homicidii, ubi de jure & probatione neceſſariæ defenſionis agitur.

CXCIV.

In puncto adulteriorum, aliorumque criminum.

I. Semel absolutus vel condemnatus quando possit super eodem delicto iterum molestari & inquiri?

II. An Incestus inter fratris sororisve filiam & patruum avunculumve committatur? Et quid in uxore filii fratris obtineat? ubi & de pœna propter hunc coitum in Jure Civili & Canonico definita?

III. An quis pœnâ Incestus Juris Civilis, ob Juris Canonici determinationem, affici possit?

IV. De crimine adulterii, ejusq; pœna: nec non de delictorum assvefactione ac recreatione, & an pœna mortis naturalis in pecuniariam transmutari queat?

V. Affectus & conatus quando puniatur?

VI. Minæ quomodo probentur & puniantur?

VII. De crimine expilatæ hæreditatis.

CXCV.

De crimine Veneficii & Magiæ.

I. Sortilegii insimulato quænam ad purgandam innocentiam remedia competant?

II. De processu L. Diffamari?

III. Nominationem plurium criminosorum an indicium faciant ad effectum torturæ in crimine Magiæ?

IV. An leviora, & quænam indicia sufficiant ad torturam in criminibus exceptis? Et an judex promptior & facilior esse debeat ad torturam in delictis atrocioribus & occultis?

V. De variis purgandi modis per ignem, rogum, prunas, ferrum candens, duellum, aquam frigidam & ferventem, Item de purgatione Canonica, juramentali cum 12. Sacramentalibus &c.

VI. Innocentia quomodo probetur ex fama, qualitate vitæ anteactæ, depositionibus testium, Rei spontanea præsentatione & comparitione, ubi multa de famæ & fugæ potestate, viribus & effectu.

VII. De assertione & testimonio Socii criminis, & quando ex ejusdem dicto indicium oriatur?

VIII. Quid de conventibus Sabbathinis, Synagogis & saltationibus Sagarum sentiendum? Et an Diabolus veneficas unctas & baculis scopisve insidentes per fenestras, caminos & arctissimas rimulas ducere, & an Venefici tempestatem ciere & meteora facere possint?

IX. Indicia plura imperfecta an, & quando conjungi possint ad faciendum unum perfectum indicium? Et alia multa de indiciis & tortura.

X. An inquisitus sive diffamatus de crimine Magiæ, diffamatione non probatâ, definitivè vel duntaxat ab observatione judicii sit absolvendus?

CXCVI.

De Sortilegiis & maleficiis quid credendum sit, quid statuendum & quibus probationibus crimen hoc detegi ac pro vero haberi possit, ut etiam ultimo supplicio afficiatur?

CXCVII.

De crimine Sortilegii legitimisq; ad capturam & torturam indiciis, nec non de modo veneficium per afflatum & inhalationem perpetrandi.

CXCIIX.

I. De crimine falsi, ejusq; requisitis.

II. De Commissione ad perpetuam rei memoriam coram Judice causæ principalis impetranda.

III. Aulici & Curiales coram quo Judice sint conveniendi?

CXCIX.

Pro Reo in causa materia.

I. Quando ad torturam agi possit?

II. Semel

II. Semel inquisitus an, & quando ob idem crimen possit inquiri?
III. Discrimen inter auxilium simplex & cooperativum.
IV. De puniendis criminum authoribus & ministris.
V. Ad dolum probandum quid requiratur?
VI. Adulteratio monetæ quantum damni publicè dederit?
VII. Socii criminis denunciantes quando contra Socios probent?

CC.

De nefando & abominando Sodomiæ flagitio.

I. De processu Inquisitionis contra Sodomitam absentem & fugitivum dexterè formando; & quænam indicia in hoc crimine ad torturam vel condemnationem requirantur?

II. An Judex delinquentem sub pœna Confiscationis bonorum citare? & an bona Sodomiæ publicari sive Fisco addici possint?

III. Num annotatio bonorum, de qua in l. fin. ff. de requirend. reis, ab aula recesserit, vel adhuc in Germania usitetur?

CONSILIVM CI.

SIVE

Informatio Actis judicialibus accommodata:

In cauſa Appellationis

Scheving Sixſen & Conſortes,

Appellantes

contra

Eiuſdem Sorores, Appellatas.

DE CONSVETVDINE FOEMINAS COLLATERALES

EXSTANTIBVS MASCVLIS à SVCCESſione fratrum excludente.

In quo quatuor principales Quæſtiones nervoſe enucleantur.

I. An Conſuetudo fœminas præſertim collaterales (uti hîc ſorores) exſtantibus maſculis à Succeſſione fratris excludens de jure ſubſiſtat?

II. An talis conſuetudo fœminarum excluſiva non modo inter Nobiles, ſed etiam ignobiles & plebeos introduci queat?

III. An hîc in facto ſufficienter probatum ſit, talem conſuetudinem in loco, ubi defunctus domicilium habuit, bonaque litigioſa reliquit, exſtare & vigere?

IV. Anne ſororibus excluſis ex fraterna hæreditate dos, vel precium bonorum immobilium debeatur?

SUMMARIA.

1 Facti ſpecies.

2 Actio petitionis hæreditatis *intentata; Eius requiſita*

3 Sorores *defuncti fratris vtrinque coniunctiv-na cum fratribus in pari gradu conſtitutis ſuccedunt.*

4 *An actio ſit eliſa?*

5 Quatuor Quæſtiones *in hoc Reſponſo examinandæ.*

6 Conſuetudo *debet eſſe iuſta, rationabilis, & aqua: Refellitur num. 69. 70. 71. & ſeqq. & num. 75.*

7 Statuta *filias exſtantibus maſculis à ſucceſſione excludentia viribus carent.*

8 Nemo *ſucceſſione jure naturæ ſibi debita ſine culpa & iuſta cauſa privari debet: Reſpondetur ad hoc dubium num. 76. 77. 78.*

9 Excluſiones hæreditarias *paſſim exhæredationes appellant Dd.*

10 Ius ſucceſſionum *æquale & reciprocum eſſe debet.*

11 Conſuetudo *contra legem non valet.*

12 In ſucceſſionibus *differentia ſexus, & quod maſculi fœminis præferebantur, damnata & improbata eſt: Videtamen num. 80. 81. 82.*

13 Fratrum *liberi una cum Sororum liberis in capita ſuccedunt vigore Conſtitutionis Carolinæ de Anno 1521. & 1529. Diluitur hæc dubitandi rationum. 83. 84. 85. 86. 87.*

14 Statuta *fœminarum excluſiva iniqua & impia ac contra naturalem æquitatem, rectum iudicium rationis, & contra conſcientiam num. 15. 16. 17. in Gallia abrogata num. 18. Reſpondetur ad hoc dubium num. 88. 89. 90. 91. 92. 93.*

19 Conſuetudo *uni filiorum primogenito omnia bona deferens irrationabilis eſſe cenſetur.*

20 Conſuetudo *nil aliud eſt, quam ſtatutum; parque eſt ratio ſtatuti & conſuetudinis numer. 21.*

22 Conſuetudo *iuſta aliqua ratione ſuffulta valet.*

23 Statuta & conſuetudines *fœminarum excluſiva*

ſiv æ multis rationabilibus cauſis inhituntur: & num. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34.

35 Maſculi *antiquo Romanorum jure fœminis, agnati cognatis in ſucceſſione præferebantur: Id quod Lege Voconino introductum num. 36. uti & de jure Longobardico num. 37. Idem antiquitus obſervatum in Germania num. 38. Saxonia 39. Quid in iure divino obtineat? n. 40. 41.*

42 Sorores *iure civili Iuſtinianeo per teſtamentum excludi, bonaque omnia in fratres ſuperſtites, vel etiam extraneum transferri poſſunt.*

43 Argumentum *ab vltima voluntate ad Statutum vel conſuetudinem valet.*

44 Statuta vel conſuetudines *fratribus vel ſororibus, aliiſve proximioribus agnatis vel cognatis excluſis ſucceſſionem ſuperſtiti coniugi deferentes valida & in Camera approbate ſunt: & n. 320.*

45 Statuta & Conſuetudines *fœminas, præſertim dotatas, exſtantibus maſculis etiam à ſucceſſione parentum excludentes de iure ſubſiſtunt, uti innumeris Dd. authoritatibus comprobatur num. 46. 47. qui atteſtantur ita ſervari per totam Italiam, eiuſq; civitates num. 48. per Angliam 49. Burgundiam 50. Africam & Orientem 51. & totum terrarum orbem 52. in Germania 53. Camera Imperiali 54. Recenſentur præiudicia Cameralia 55. 56. 57. aliud præiudicium 58. & num. 59. 60. 61. 62. 63.*

64 Fœminæ *collaterales, quibus nulla debetur legitima, per Statutum vel Conſuetudinem excludi poſſunt: Idque iuri diuino congruit num. 65.*

66 Statuta *filias propter maſculos excludentia, an ſint fauorabilia, vel odioſa? & numer. 67. 68.*

72 Legitima *liberis iure naturæ debita per ſtatutum minui, & pro parte tolli poteſt.*

73 Æquitati naturali *propter aliam naturalem æquitatem derogari poteſt.*

74 Conſuetudo *poteſt certo reſpectu, & certis rationibus attentis contra rationem videri, & tamẽ aliis rationibus inſpectis rationabilis eſſe.*

94 Statuta *fœminarum excluſiva an duntaxat in familiis Illuſtribus & Nobilibus, vel etiam in ignobilibus & ruſticis locum habeant? Pro Negativa rationes adducuntur num. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Argumenta pro Affirmativa proponuntur num. 101. 102. & nu. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. & nu. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. Conſutatio rationum pro Negativa allatarum num. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142.*

103 Familiæ *nomen & appellatio non ſolum Nobilibus, ſed & ignobilibus & plebeiis competit.*

111 Conſuetudo *facere poteſt, quod pactum.*

143 *An hic in facto probatum ſit, talem conſuetudinem in loco, ubi defunctus domicilium habuit, bonaq; litigioſa reliquit, exſtare & vigere? & nu. 146. 147. 148. 149.*

144 Landrecht vnd Gerichtsbuch *Anno 1581. ſub Henrico Archiepiſcopo Bremenſi conſcriptum; & num. 145.*

150 Rationes ſororum *contra conſuetudinis probationem; & num ſeqq.*

151 Depoſitiones teſtium *in propria cauſa, & in proprium commodum emiſſa nullius ſunt momenti: Refellitur num. 230. 231. 232. 233. 234. 235. & 236.*

152 Maſculi *in conſuetudinum excluſivarum probatione ſunt ſuſpecti.*

153 Teſtimonia iniurata *nullam fidem faciunt: Extenditur num. 154. 155. 156. Confutatur num. 237.*

157 Actus *qui, & quot ad Conſuetudinis probationem deſiderentur? & an ad eam actuum in contradictorio iudicio obtentorum frequentia neceſſaria ſit? num. 158. Contraria ſententia verior num. 252. pro qua in Camera Imp. iudicatum num. 253.*

159 Ruſtici *& Villani an ad teſtimonium de conſuetudine perhibendum admittantur? & nu. 254. 255. 256. 257. 258. 259.*

160 Ad conſuetudinem *fœminarum excluſivam inducendam an mulierum & fœminarum cõſenſus ſit neceſſarius? & nu. 260. 261. 262.*

161 Scriptura *privata ſuper conſuetudine confecta fidem haut meretur: Vide tamen nu. 263.*

162 *In* omni negocio *principaliter finis, ſcopus & intentio agentium conſideranda eſt: Reſpondetur ad hoc obiectum nu. 263. 264. 265. 266.*

163 Statutorum & Conſuetudinum *redactio in ſcripturam à Principe homologata ſeu approbata eſſe debet: Diluitur hoc dubium nu. 267.*

164 Ruſtici & communitates *Iuriſdictione carentes non poſſunt ſtatuta contra ius commune ſine Superioris authoritate introducere; & numer. 165. Refutatur hæc dubitandi ratio nu. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275.*

166 Confirmatio generalis *ſtatuta fœminarum excluſiva non comprehendit; & num. 167. Vide tamen num. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286.*

168 Ex actibus diſformibus *non inducitur Conſuetudo: Refellitur num. 287. 288. & ſeqq.*

169 Conſuetudo *per teſtimonia iuratorum, Seniorumq; & peritorum iudicii ſufficienter & plene probatur: Quod & in Camera approbatum num. 170.*

171 Conſuetudo *per 2. teſtes probari poteſt.*

172 Conſuetudo, *cuius teſtis eſt univerſus populus alicuius loci, non ſolum probata, ſed etiam notoria dicitur.*

173 Scripturæ *& Libro Officialis de publico ad conſcribendum deputati plena fides adhibetur & num. 192.*

174 Conſuetudo *iuſſu Principis à Præfecto in ſcripturam redacta ex ſcriptura illa liquido probatur; & nu. 175. 176. 177. 178. 180. 181. 182. 183. 184. maxime, quando in loco publico aſſervatur num. 185. & num. 188. & 192.*

186 Ex diuturnitate temporis *Decretum, iuſſus & conſenſus Principis, aliæq; extrinſecæ ſolennitates interveniſſe præſumuntur.*

187 Statutũ *quando cenſeatur ſolenniter receptũ?*

189 Scri-

189 Scripturæ priuatæ *in archiuo vel publico loco repertæ plena fides tribuitur; maxime, si antiqua sit, & per longissimum tempus custodita num.* 190.

191 Locus publicus *conciliat robur scripturæ, etiam non authenticæ.*

193 *Ad* consuetudinem probandam *sufficit, si ea vel ab vno Doctore, vel ab aliis priuatis in scripturam redacta, & per subsecutam patientiam à Principe confirmata sit; Exemplo sunt consuetudines feudales initio per priuatos homines Obortum de Orto & Gerhardum conscriptæ, & postea per Imperatores longissima temporis obseruantia tolerate. & confirmatæ num.* 194.195.196.197.198.199.

200 *In* antiquissimæ & immorialis consuetudinis *probatione leviores & minus solennes probationes sufficiunt.*

201 Liber *hic pro iure consuetudinario ab Archiepiscopo Iohanne Adolpho Cameræ Imperiali editus & transmissus; & num.* 203, *& num.* 221. *& num.* 222. 223.

203 Consuetudo *per editionem & attestationem Principis & Magistratus ordinarij satis superque probatur.*

204 Principis *attestationi plena fides adhibenda, præsertim in causa judiciali Superiori in vim probationis transmissæ; Ampliatur num.* 205. 206. *Respondetur ad vnum & alterum dubium ex aduerso motum num.* 207. & 212.

208 Scripturam *iudicialiter exhibens sine Exceptione, improbatione & impugnatione, eam approbare censetur.*

209 Paria *sunt, non contradicere, vel approbare.*

210 Fides, *quæ adhibetur scripturæ, indiuidua est; & num.* 211.

213 Consuetudo *exemplis rerũ judicatarum sufficienter probatur.*

214 Consuetudo *hæc per constitutionem Archiepiscopi Christophori Anno* 1547. *promulgatam stabilita & confirmata est.*

215 Consuetudo *viciniæ porrigitur ad alia loca vicina; & num.* 216.

217 Lex *vel constitutio in dubio præsumitur recepta; & num.* 218.219.

220 Præiudicium *in caussa Tien ex aduerso allegatum, & ad hunc casum non quadrat.*

224 Sententia *in hac caussa per judices primæ instantiæ publicata, & à iuratis totoque populo pro more lata, manifestam omnium juratorum & iudicio subiectorum testimonium continet, talem illo in loco consuetudinem receptam esse.*

225 Pronunciatio & attestatio *totius judicij in sententia facta consuetudinem comprobat.*

226 Præsumtio *rectitudinis & justitiæ stat pro sententia.*

227 Consuetudo, *quam quis proprio testimonio & facto comprobat, ab eodem impugnari nequit.*

228 Confessione *aduersarii nulla fortior est probatio.*

229 Graue *est, quem id, quod semel palam confessus est, in eundem casum infirmare, test. mo hioque proprio resistere velle.*

230 *Testem suspectum dicens, caussam suspicionis probare tenetur.*

238 Consuetudo *probatur per testes etiam sine iuramento receptos; & num.* 239. 240.

241 Iudex *an ex officio se de consuetudinibus ad decisionẽ caussarũ spectantibus informare posit? & num.* 242.243.244.245.246.

247 Consuetudo *à iuratis, Senioribus & peritis judicij probatur, etiam sine actuum specialium ostensione; & num.* 248.249.250.

251 Tacitus populi consensus, *non actus, consuetudinem inducit.*

258 Rusticitas, *ignobilitas, vel etiam simplicitas & imperitia à testimonij dictione neminem repellunt.*

261 *Ad* consuetudinis introductionem *mulierum consensus haut requiritur.*

289 Statuta *de fœminarum exclusione per masculos, an de masculis in pari gradu constitutis exaudienda, & remotioribus fœminæ præferendæ sint?*

290 Decreta specialia *in consequentiam trahi, & ad alias causas accomodari nequeunt.*

291 Respondetur ad præiudicia *ab aduersa parte adducta hoc, & num.* 292. 293. 294. 295, 296. 297. *& num.* 301. 302. 303. *& seqq. & num.* 312. 313. 314. *&* 315.

300 Sententia *ex actis declaranda est, nec ad ea extendi potest, de quibus in actis nil petitum, exceptum vel disceptatum fuit.*

304 Fœmina *ad successionem fœminæ ob sexus cognationem & paritatem, etiam stante statuto fœminarum exclusiuo, facilius admittitur, quam ad successionem masculi.*

305 Statutum *excludens fœminas propter masculos, an locum habeat in hæreditate fœmi næ?*

306 *In* symbolum *habentibus facilior est transitus.*

307 Bona *semel extra familiam alienata semper manent inalienabilia; & quæ semel ad fœminas deuenerunt, perpetuo in fœminis manent transitoria num.* 308.

309 Fœmina *in Maioratu succedit, si is non à masculo sed fœmina sit institutus.*

310 Statutum *excludens matrem à successione filii, non propterea eam excludit à successione filiæ fœminæ.*

311 Statutum *excludens sororem à successione fratris, non tamen propterea eam excludit à successione sororis fœminæ.*

316 Dos *an fœminis ex bonis ex bonis fraternis, à quibus per inueteratam loci consuetudinem exclusæ sunt, vel precium & æstimatio debeatur? & nu.* 317. *& seqq.*

318 Sorori *nulla legitima, nulla ve dos à fratre vel ex fraternis bonis debetur, sororque (nisi instituatur turpis persona) per testamentum à fratre in totum excludi potest.*

319 Argumentum *ab vltima voluntate ad legem, statutum vel consuetudinem valet.*

321 Hæreditas fratris *iure diuino ad solos fratres, sororibus in totum exclusis, deuolvebatur.*

322 Legitima *an liberis in totum auferri posit? remissiue.*

323 Statuta & consuetudines *fœminas collu-*

terales vel ſorores, quibus nulla legitima, nullave dos ex fratris aliorumque collateralium ſucceſſione debetur, in totum excludentes ſubſiſtunt.

324 Fœmina *ſemel dotata ab omnium collateralium agnatorum ſucceſſione in totum per Statutum excludi poteſt.*

325 Filia *ſemel dotata à ſucceſſione parentum excludi poteſt; & num. 326. 327. 328. 329.*

330 *Vtrum* talis conſuetudo *hic exſtet, quæ ſorores à fratris hæreditate in totum abſque dote excludat? an verò illis ex bonis fraternis de conſuetudine dos dari vel æſtimatio bonorum ſolvi debeat? & num 331. 332. & ſeqq. & num. 336.*

333 Incluſio *unius importat excluſionem alterius.*

334 Expreſſio *quorundam, reliquorum derogationem inducit.*

335 Lex *quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

337 Statutum *alicui hæreditatem deferens, totam hæreditatem deferre cenſetur.*

338 Excluſus *à tota hæreditate, cenſetur etiam excluſus à parte.*

339 *A quo removetur* totum, *ab eo etiam removetur portio totius.*

340 Dos *debetur ex illis bonis, ex quibus ſucceſſio non denegatur; & quid hoc caſu potiſſimum ſit attendendum? num. 341. 342. 343.*

344 Mater *à ſucceſſione filii excluſa, etiam à legitima excluſa cenſetur & num. 346. Ratio num. 345. Ampliatur & declaratur num. 347. 348. 349.*

350 Statuto *vel* Conſuetudine *ſimpliciter à ſucceſſione excluſus, cenſetur etiam excluſus à legitima.*

351 Fœminis *ſi ex bonis maternis legitima non debetur, utique nec dos, quæ loco legitimæ ſucceſſit, debetur.*

352 Fœmina *per ſtatutum excluſa perinde habetur, ac ſi mortua eſſet.*

353 Obſervantia *fida & optima ſtatutorum interpres.*

354 Fœminam *ſemel dotatam & elocatam eſſe ſufficit, ut ab omnium aliorum ſucceſſione excludatur: Declaratur num. 355.*

356 Filiam *dotatam à patre non excludi à ſucceſſione aviæ, matris, & aliorum; ſed contra nu. 359. 360. 361. 362. 363.*

357 Statuta *ſunt interpretanda eo modo, quo ius commune minus lædatur.*

358 Exhæredatio *à ſtatuto facta, nominatim fieri debet.*

364 Præiudicia & Exempla *in contrarium adducta eliduntur ac enervantur hoc & num. 365. 366. 367.*

368 Iudex *non ſecundum cerebrinam æquitatem, ſed ſecundum conſuetudines & ſtatuta iudicare debet; & num. 369. & num. 373. aliter iudicans litem ſuam facit, graviterq; peccat num. 370.*

371 Lege *æquiores vel mitiores eſſe non debemus.*

372 Lex *quamvis dura videatur, tamen, quia ita ſcripta, ſervanda eſt.*

374 Conſuetudines & ſtatuta *ſunt ſtricti juris.*

375 Statutum *de certis perſonis loquens non extenditur ad alias perſonas: Ampliatur num. 376. 377. 378.*

379 Statuta *loci dominantis non attenduntur, quoties in loco ſubiecto alia viget conſuetudo.*

380 Abſurdum *haud eſt, in una Provincia diverſas conſuetudines circa ius ſuccedendi exſtare, & nobiles admitti, ignobiles vero excludi; & num. 381. 382. & nu. 384.*

383 Conſuetudo ſpecialis *alicuius loci prævalet, & præfertur in deciſione cauſæ conſuetudini generali totius Provinciæ.*

385 Quid pronunciandum?

386 Expenſæ *ob probabilem litigandi cauſam, & ſententiam in prima inſtantia pro appellante latam ſunt compenſandæ.*

SVCCINCTA FACTI SPECIES.

CAſus breviſſime ſic habet. Vixit in Archiepiſcopatu Bremenſi zum Newenlande quidam ex ignobili quidem, at honeſta & antiqua familia oriundus Sebbe Sixen nuncupatus, qui cum relictis tribus filiis totidemq; filiabus deceſſiſſet, filii quidem ſecundum illius diſtrictus conſuetudinem, vigore cuius filiis exſtantibus fœminæ dotatæ in pari gradu conſtitutæ excluduntur, ſine ulla ſororum contradictione in omnia eaque ſatis ampla bona hæreditaria tam paterna, quam materna excluſis ſororibus dotatis ſucceſſerunt: At cum poſtmodum Anno 1612. unus dictorum fratrum, nempe Sirich Sixen ſine liberis obiret, eædem ſorores, fratribus ſuperſtitibus vigore memorati juris Provincialis ſibi ſimiliter totam defuncti illius fratris hæreditatem, excluſis ſororibus, vindicantibus, litem ſuper fraterna ſucceſſione movere, ius conſuetudinarium in dubium revocare, & iniquitatis arguere, deſuperque fratres in ius vocare cœperunt. Quamuis igitur in prima inſtantia für dem Landgerichte pro fratribus & conſuetudine loci cõtra ſorores pronunciaretur, in proxime ſequenti judicio tamen (für dem Fürſtlichen Bremiſchen Oberlandgerichte) poſt cauſam miro animorũ fervore agitatã, tandemque ad Academiam Helmſtadienſem pro concipienda ſententia transmiſſam, priori ſententia reformata, decretum fuit, ſorores una cum fratribus ad hæreditatem admittendas eſſe, ita tamen, ut bona avita & Gentilitia die Erbſtamm-güter penes fratres remaneant, ſororibus vero pro illis iuſtum precium dependatur & ſolvatur; à qua ſententia fratres quaſi ſummopere gravati ad Cameram Imperialem provocarunt, articulatimque ſua gravamina deduxerunt, Sorores vero repetitis Actis prioribus per generalia ſubmiſerunt; ſicque nunc examinandum diſcutiendumque venit, quid in illa cauſa ſtatuendum pronunciandumque ſit?

SVE-

SVFFRAGANTE IEHOVA.

SVper eo itaque casu, nunc secunda vice consultus, implorato divini Numinis auxilio, actisque diffusis diligenter ruminatis, nullisque vel in procuratoriis vel in formalibus appellationis nullitatibus deprehensis, statim ad causam principalem descendendum, proq; more & stylo examinandum censeo;

1. Quænam actio instituta?
2. An probata?
3. Num per Reorum, nunc Appellantium, Exceptiones elisa sit?
4. Ac denique quid pronunciandum veniat?

I. De Actione.

2 Quoad primum in propatulo est, per Actrices, nunc appellatas, petitionem hæreditatis fraternæ institutam esse, in qua actori duo requisita probanda sunt, nempe, quod hæres sit, *l. 1. & seq. ff. de petit. hæredit.* adversariusq; bona possideat *d. loc.*

II. De Secundo; An actio probata?

Quin vero, si rem ex iure communi metiamur, probata sit, similiter nec ambigi, iure con-
3 troversiam vocari potest, cum in confesso sit, Actrices defuncti fratris utrinque coniunctas personas, & sic una cum fratribus in pari gradu constitutas, hæredes esse *l. consanguinitatis iure & fœminas. 3. C. de legit. hæred. Novell. 118. cap. 3.* bonaque possidere.

De Tertio, An per Exceptiones Reorum elisa?

4 Cardo itaq; totius negocii in eo versabitur, an per Exceptionem Reorum, qua contenditur, secundum ius consuetudinarium istius loci fœminas & sorores per masculos & fratres excludi, actio elisa sit? De quo ut tanto certius iudicium ferri queat, rem totam ad normam prioris consilii & actorum præcedentis instantiæ ad quatuor sequentes diffuse in utramque partem disceptatas, ne dicam, ad nauseam fere repetitas & resurgitatas Quæstiones redigere, eodemque filo singulas pertractare, & omnibus in unum manipulum & tabellam congestis, veritatem indagare, &, ubi opus est, pluribus corroborare & stabilire decrevi, eo in primis fine, ut actorum conturbatio quam fieri potest maxime, evitetur, Consiliumque hocce nostrum tanto magis Actis congruat & conveniat: Id quod ad faciliorem causæ & actorum diffusorum expeditionem plurimum conducturum existimavi.

5 Indagandum ergo (1) An Consuetudo fœminas præsertim collaterales (ut hic sorores) existantibus masculis à successione fratris excludens de iure subsistat?

(2) An talis consuetudo fœminarum exclusiva non modo inter Nobiles, sed etiam ignobiles & plebeos introduci & valere queat?

(3) An hic in facto sufficienter probatum sit, talem consuetudinem in loco, ubi defunctus domicilium habuit, bonaque litigiosa reliquit existare & vigere?

(4) Anne sororibus exclusis ex fraterna hereditate dos, vel precium bonorum immobilium debeatur?

Resolutio Primæ Quæstionis.

Rationes Dubitandi.

PRimam itaq; quæstionem quod attinet, Sorores sane, eorumq; Advocatus summis viribus eiusmodi consuetudines pro invalidis, juri communi contrariis, iniquis, iniustis & irrationabilibus decantare nituntur, inductis & ad ravim usque recoctis aliquot generalibus iudicio practico vix satisfacientibus, cordatumque iudicem parum afficientibus, & ad sequentia recidentibus brocardicis;

Primo, Consuetudines iustas, rationales & æ- 6
quas esse debere *c. erit autem lex. distinct. 4. c. mala dist. 8. c. 1, ibi: rationabilia. de Constitut. in 6.* Iniquas vero non valere *c. frustra. dist. 8. c. ex parte. de consuetud.* Æquum vero esse ut proximi sanguini sine discrimine sexus successio deferatur, iniquum, ut fœminis auferatur iuxta *l. maximum vitium. 4. C. de liber. præterit.* Tales ergo consuetudines fœminarum exclusivas non valere.

Similiter nec Secundo statuta contra ius na- 7
turale introducta subsistere; cum ius naturale sit immutabile: contra naturam autem esse, ut filiæ existantibus masculis à successione excludantur. §. *item vetustas. 15. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. ibi:* Divi autem Principes non passi sunt talem contra naturam iniuriam. *& l. fin. C. quorum bonor. ubi Imperator dicit,* ipsius naturæ legem successionem proximo sanguini, & sic parentum successionem liberis deferre. Et *Novell. 1. in fine principii, ibi:* tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur, nec naturam ullam sexus differentiam facere; imo naturæ accusatores existere qui tales distinctiones sexus comminiscuntur. *d. l. maximum vitium. 4. C. de liber. præterit.*

Sic & Tertio neminem successione iure na- 8
turæ sibi debita sine culpa sua & iusta causa privari vel exhæredari debere *Novell. 115. c. 3.* Quod si vero statuatur; filias & sorores nihil indigni committentes ab hæreditate parentũ fratrumve iure sanguinis & naturæ ipsis debita per statutum sine culpa sua excludi posse; sequi, eas sine iusta causa exhæredari vel privari debere; proindeque hoc, tanquam iniquum, admittendum non esse: Et ita hasce exclusiones hæreditarias passim exhæredationes appellant Doctores; & argumentis ab exhæredatione desumptis 9
utuntur Capra *consil. 39. nu. 15.* Alciat. *respons. 53. nu. 23. & resp. 57. num. 1.* sicuti allegantur in rationibus dubitandi à Menochio *consil. 3. n. 8.* Addo Socin. Iun. *consil. 30. n. 20. lib. 1.* Schrader. *consil. 12. n. 172. vol. 1.*

Quarto etiam jus successionum æquale & re- 10
ciprocum esse debere iuxta Azon. in Summ. Cod. *de legit. hæred.* Bart. *in l. fin. n. 15. ff. de his. quib. ut indign.* Ioan. Bapt. Valenzeula *consil. 55. n. 3.* Rojas *de succes. ab intest. c. 31. n. 3.* Hieron. de Cæuallos *commun. opin. contra commun. quæst. 2.*

*n.*38.*& quæſt.*696.*n.*17. Vinent.de Franchis *deciſ.*259.*n.*8. Cum igitur hic fratres ſororum hereditates ſibi vindicent, æquitatem poſtulare, vt vice verſa ſeu reciproce ſorores ad ſuas hereditates admittant.

11 Quinto, manifeſti iuris eſſe, conſuetudinem contra legem non valere *C.*3. *de eo qui in poſſ.milit. cauſſa rei ſeruand.* Menoch. *lib.* 2.*arb. judic. quæſt.cas.*82.*n.*4. illudque, quod per leges jmperatoris ſemel damnatum reprobatumve eſt, denuo per inferiorum ſtatuta vel conſuetudines induci non poſſe *l.*5.*C. de legib. Auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ.* Henric. à Roſenthal *de feud. c.* 9. *concl.* 58.*n.*5. Ferdinand. Vaſquius *lib.*1.*de ſucceſſ.*§.1.*c.*6. *num.*9. Et in terminis noſtri ſtatuti loquentes Bald. *conſil.*160. *vol.* 1. Albert.Brun. *tract. de ſtatut. fœmin. exclud. art.* 1.

12 *quæſt.*5.*num.*3.*& ſeq.* Atqui per leges Imperatorum differentiam ſexus in ſucceſſionibus, & quod maſculi fœminis præferebantur, damnatam & improbatam eſſe *d. l. maximum vitium. C. de liber. præterit. & in Nouell.* 2.*de Armeniis*, vbi Imperator Iuſtinianus ſimilem in Armenia vigentem conſuetudinem excluſiuam fœminarum caſſat & irritat hiſce verbis; Armeniam regionem bene legibus gubernari volentes, exiſtimauimus oportere expreſſa lege illud quoque corrigere, quod male apud eos delinquebatur, & non ſecundum barbaricam gentem virorum quidem eſſe ſucceſſiones tam parentũ, quam fratrum, & alterius generis; mulierum vero nequaquam; Sancimus itaque per hanc ſacram legem; & apud Armenios hæc ipſa tenere, quæ & apud nos occaſione ſucceſſionis fœminarum, & nullam eſſe differentiam maſculi & fœminę: ſed ſicut in noſtris legibus diſpoſitũ eſt, ſecundum quam figuram hæredes exiſtant parentum, ita apud Armenios eſſe. Si enim noſtræ Reipublicæ ſunt, nequaquam ſolæ apud eos fœminæ noſtra æquitate repellentur, ſed omnibus ſub æquitate noſtræ erunt leges. Hæc igitur omnia valere per omnia tempora ſancimus &c. *Hactenus Imperator*; Ex quibus liquido conſtat, huiuſmodi conſuetudines jam ante per Imperatorum leges expreſſe damnatas eſſe, & ſic contrarium per inferiorum ſtatuta vel conſuetudines denuo induci non poſſe.

13 Idque ſummopere corroborari Sexto ex eo, quod in Receſſibus Imperii, Anno 1521. & 1529. ab Imperatore, omnibuſque Imperii proceribus, in terminis longe fortioribus conſtitutum ſit, non modo quod unacum fratribus etiam ſororum liberi (ſicq; multo magis ſororesipſæ) in ſtirpes, fratrum filii vero vna cum ſororum liberis (ſicque rurſus multo magis ſorores ipſæ) in capita ſuccedere, ſed etiam quod contraria Statuta & conſuetudines, tanquam benignitati & æquitati iuris aduerſantes, eo ipſo ſublatæ & annullatæ eſſe debeant.

14 Vnde in terminis Statuta eius modi fœminarum excluſiua iniqua & impia vocantur à Cuiacio *lib.*8.*obs.*14. circa fin. & Ioannem de Aania *conſil.*27.*n.*6. vbi dicit, huiuſmodi Statuta, vtcunque boni publici gratia inducta, eſſe tamen

15 non modo contra jus commune, ſed etiam contra naturalem æquitatem. Ioan. Bapt. Valenzeula *conſ.*55.*n.*3. Roland. à Valle *conſil.*55.*n.*12.*li.*1. Imo contra rectum iudicium rationis & contra 16 conſcientiam eſſe, Sorores à fratris ſucceſſione excludere velle, ait Nicol. Everhardi Præſes *conſil.*245.*n.*4. cum quibus, nullo tamen eorum allegato, tranſit Stephan. Gratian. *diſceptat. forens.*30.*in fin dicens*, talia ſtatuta reputari de iure communi in honeſta, & non valere.

Hinc & tales conſuetudines non valere, con- 17 cludit Ioan. Meichſner. *lib.*3.*deciſ. Cameral.*14.*n.*8. Vnde & in Gallia, excepta regia ſucceſſione, 18 abolita eſſe aſſerit Nicol. Berſius *de pact. illuſtri. famil.* C *fin. pag.*639. quo etiam pertinent illa, quæ de irrationabilitate conſuetudinum vnifi- 19 liorum primogenito omnia bona deferentium, collegit Tiraquel. *de primogen. quæſt.* 4. *num.* 11. & 12.

RATIONES DECIDENDI.

VErum his & ſimilibus coloratis obiectiunculis non obſtantibus, ex ſubſequentibus contrarium intrepide & ſine hæſitatione concludendum, ſtatuendumque cenſeo, eiuſmodi conſuetudines vel ſtatuta (conſuetudo 20 ſiquidem nihil aliud eſt, quam ſtatutum tacitum §. *ex non ſcripto. & ibi Dd. inſtit. de jur. nat. gent. & ciuil. l. de omnibus.* 32 *ff. de legib.* parque eſt ratio Statuti & conſuetudinis Weſ. *conſ.*50. *n.*13. Crauetta *conſil.*151.*n.*3.1.) fœminas dotatas præſertim à collateralium ſucceſſione excludentia, iuſta validaque eſſe, jureque ſubſiſtere.

I. Siquidem apertiſſimi juris eſt, valere con- 22 ſuetudinem iuſta aliqua ratione ſuffultam *C. fin. verb. rationabilis. de conſuetud. ibique Dd.* Atqui 23 Statuta & conſuetudines fœminarum excluſiuæ multis rationabilibus cauſis innituntur, prout pluribus euincunt Albert. Brun. *de ſtatut fœm. à ſucceſſ. exclud. art.* 1. *per tot.* Guilielm. Benedict. *in c. Raimutius. verb. & duas habens filias. num.* 129. *in fin. & aliquot ſeqq.* Zas. *conſil.*1.*n.*50. *& ſeqq. lib.*2. Modeſtin Piſtor. *cons.* 21. *n.* 2. *& ſeqq. vol.* 1. vbi dicit, illiuſmodi conſuetudines rationes habere gratiſſimas; Sicuti inter alia ſunt prædilectio, 24 prærogatiua, fauor & præcellentia ſexus maſculini, quis enim jgnorat, Deum & ipſam naturam varias prærogatiuas, præcellentias & prædilectionis ſigna maſculis præfœminis indulſiſſe, & in multis noſtris juris articulis deteriorem conditionem fœminarum quam maſculorum eſt *l. in multis* 9. *ff. de ſtat. homin.* proinde non abſurdum, 25 nec naturæ contrarium, ſed potius conſonum, ſi & in ſucceſſionibus maſculis prærogatiua præ fœminis indulgeatur & concedatur, ut aiunt Laurent. de Palat. *in tract. de ſtatut. quod exſtant. maſcul. fœmin. nõ ſucced. in præfat. n.*10. Alb. Brun. *d. art.* 3. *nu.* 1. Guil. Benedict. *in d. c. Raimutius verb. duas habens filias, n.*134. *& ſeq. extr. de teſtament.* Herman. Vultej. *conſil. Marpurgens.* 29. *nu.* 33. *lib.*2. Quemadmodum & hæc prædilectio 26 ſexus antiquos iuris Romani conditores mouit, vt maſculos fœminis, agnatos cognatis in ſucceſſionibus præferrent, illiſque exſtantibus has excluderent vti teſtatur Imperator *in* §. *item vetuſtas*

tustas ex masculis progenitos plus diligens, Instit. de
27 *hared. quæ ab intest. defer.* Conuenitq; tale statutum amori, voto & dilectioni parentum & ipsius matris; nam ipsi parentes naturaliter plus diligunt masculos, quam filias: quinimo matres ipsæ concipere, parere & retinere malunt masculos, vt ait Guil. Benedict. *d. verb. duas habens filias. n. 134.* Solent præterea omnia fere defun-
28 ctorum & familiæ onera, vti propulsatio & vindicta injuriæ defuncto illatæ principalis familiæ bonorumque & actionum hæreditariarum directio & administratio, & id genus alia, ad masculos redundare, & penes illos remanere; ideoque æquum est, vt apud masculos viciſſim commoda hæreditaria maneant *l. secundum naturam. ff. de R. I.* vti hoc pluribus prosequitur Benedict. *d. loc. n. 130.* Natta *consil. 13.* Vultej. *d. consil. 29. n. 53. lib. 2.* Zas. *consil. 1. 53. lib. 2.*

29 Svadet idem (3) fauor agnationis, nominis & familiæ conseruandæ Laurent. *d. loc. in præfat. n. 6.* Benedict. *d. loc. n. 138.* nam fœmina familiæ suæ & caput & finis est *l. pronunciatio. 195. in fin.*
30 *ff. de V. S.* fœminarumque liberi in earum familia nõ sunt, sed patris familiam sequuntur *l. familiæ.*
31 *96. §. 1. ff. eod.* per masculos vero nomen conservatur, & æterna familia acquiritur Francisc. Marcus *decis. delphin. 545. n. 13. part. 1.* Petr. Paul. Parisius *consil. 19. nu. 14. & consil. 85. n. 24. lib. 2.*
32 Menoch. *cons. 95. n. 57.* Cum igitur omnibus ab ipsa natura inditum sit desiderium conseruandi nomen & familiam suam *l. cum accurtissimi. C. de fidei commiss. l. cum avus ff. de condit. & demonstrat.* Frideric Prucman *consil. 23. n. 72. lib. 1.* Naturæ quoque consentaneum est, vt bona & opes, per quas familiæ cõseruantur, propter inopiam vero cadunt & pereunt, penes masculos remaneãt.

Quemadmodum etiam (4) omnes instinctu
33 naturæ non solum conseruationem familiæ nostræ appetimus, sed etiam hoc desideramus & in votis habemus, vt familia nostra in dignitate conseruetur, ac magis magisque inclaresscat & & efflorescat. Illud vero fieri non potest, si fœminæ ad successionem simul in totum admittantur; nam tunc bona & opes in alienas familias, & ad exteras manus (quod satis lugubre ac deplorandum juxta *l. in fundo ff. de R. V. l. tex quæ tutores. §. ergo. C. de administrat. tut.*) trãseunt, & sic dignitas familiarum, vtpote quæ sine opibus conseruari nequit, concidit, & è contra si bona & opes penes masculos remanent, tunc familiæ splendidæ nõ solum in splendore conseruantur sed etiam obscuris paulatim dignitas & honor accedit, juxta illud Ouidianum.

In precio precium nunc est; dat census honores,
Census amititias, pauper vbique jacet.

Sicuti hanc rationem perpendit Zas. *d. consil. 1. num. 52. & seq. lib. 2.* Albert. Brun. *d. loc.* Benedict.
34 *d. loc.* Denique hæc consuetudo non solum priuatum commodum familiarum & agnationis concernit sed etiam (5) in publicam Rerumpubb. vtilitatem vergit. & redundat. Interest enim Reipublicæ, decus & honestatem in singulis familiis, conseruari *l. 1. §. sed si hæres. ff. de ven. inspic. l. super statu. C. de quæst.* quæ sine opibus conseruari nequit, sed propter inopiam perit arg. *l. 3. in princ. ff. de testib. & Nouel. 90. de testib.* Quo argumento utuntur Natta *tract. de Statut. fœmin. exclud. in princ. n. 13. vers. Secundo.* Benedict. *d. loc. num. 131.* Cum igitur PRIMO ex modo dictis adpareat, Statuta fœminarum exclusiva multis rationabilibus causis inniti, sequitur, illa jure subsistere.

Hinc SECVNDO antiquo Romanorum jure 35
masculi fœminis, agnati cognatis in successionibus præferebantur, hique ab illis excludebantur *d. §. Item vetustas. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer in princ. & §. Caterum. Inst. de legit. agnat. succeſſ. l. pronunciatio. 195. §. familiæ. 1. ibi. vtpote In lege 12. tabul. his verbis agnatus proximam familiam habet. ff. de V. S.* Vlpian. *in fragment. institut. de legit. hared.* Paul. *lib. 4. recept. sentent. tit. 8. § fœminæ.* Ioan. Rosinus. *lib. 8. antiquitat. Roman. cap. 1. ti. 8. §. fœminis.* Goldast. *de Majorat. lib. 3. c. 28. nu. 1. & seq.* Idque lege Voconia jntroductum putat 36
Zas. *consil. 1. n. 53. lib. 2. ex Cicerone in Orat. pro Balbo.* & Pomponius Lætus, dum de legibus Romanis tractat. Augustin. *lib. 3. de ciuitate Dei cap. 25. dicens*, intra secundum & tertium bellum Punicum lege cautum fuisse, ne quis hæredem fœminam faceret. Pari modo in jure Longo- 37
bardico *tit. de succeſſ. l. pater filiam.* Statutum, quod si pater vel frater filiam vel sororẽ dotet, debere eam esse contentam, & nihil amplius petere Ioan. Andræ. ad Speculat. *tit. de Succeſſ. ab intest. in rubric.* Olrad. *consil. 135.*

Similiter & TERTIO antiquitus in Germania
38 exstantibus masculis fœminę à successionibus excludebantur, vti constat ex Tacito *in libello de moribus Germanorum*: Apud Germanos (*inquit*) Hæredes succeſſoresque cuiq; sunt liberi, si liberi non sunt proximus gradus in possessione fratres & patrui. Item obseruatum ab antiquissimis 39
temporibus in Saxonia, vti videre licet im Landtgericht *lib. art. 17.* Erbe nimbt der Sohn/ vñ nit die Tochter/ es sey dañ/ daß da kein Sohn sey/ so nimbt es die Tochter/ Theodor. à Nihem. *de priuileg. & jur. Imper. tit. de Saxonia.* Henning. Arnisæus *de Repub. lib. c. 2. sect. 2. n. 49.* Indeque procul dubio jus exclusiuum fœminarum in loco litigioso, tanquam in Saxonia sito originem & scaturiginem sumpsit, & ab antiquo invaluit, vereq; sunt hæc antiqui juris Saxonici reliquiæ.

Quinimo QVARTO Deus ter. Opt. Max. om- 40
nis justitiæ æquitatisque fons, iniquitatis vero & injustitiæ osor summus diuino suo elogio talia Statuta fœminarum exclusiva comprobauit, inque populo suo Israelitico constituit, quod si pater relictis liberis decedat, illos ad successionem bonorum, exclusis filiabus, item si frater relictis fratribus & sororibus moriatur, solos fratres ad successionem admitti debere *Num. cap. 27.* Cum enim filiæ Selaphadad patris sui hæreditatem ea ratione peterent, quod nullos filios reliquisset, resque ad dijudicationem Dei remitteretur respondit Iehoua Moisi. filiis Israel dicito, quum quis mortuus fuerit, & filius non fuerit illi, tunc transferetis hæreditatem ejus ad filiam ipsius. Quod si non fuerit ei filia, tunc dabitis hæreditatem fratribus ipsius; si vero non fuerint illi fratres, tunc dabitis hæreditatem fra-

tribus patris ipſius. Quod ſi non fuerint fratres patris ipſius, tunc dabitis hereditatem eius propinquiori de familia ipſius. Et hoc juris inſtitutum Iſraelitæ tenento, ſicuti Iehoua præce-
41 pit. Idemque & ante tempore. Patriarchæ Iſaaci in vſu fuiſſe, colligo *ex cap. 31. Geneſ. verſ.* 14. ubi uxores Iacobi Labanis filiæ marito petenti, ut ſecum in patriam emigrent, conſentiunt, hac addita ratione; Wir haben doch kein Theil oder Erbe mehr zu vnſers Vatters Hauſe. Vt ut autem ſit, certe ex dicto *cap. 27. Numeri* ad paret, fœminas exſtantibus maxime in pari gradu maſculis à parentum, fratrumq; ſucceſſione divina lege & oraculo excludi Wilhelm. Zepper. *de legib. Moſaic. forenſib. lib. 4. cap. 23. in fin.* Goldaſt. *de Maiorat. lib. 2. c. 26. n. 2. & per tot.* Cardin. Florent. *conſil. 2. in fin.* Angel. *conſil. 299. incipit, Statuto, Civitatis Terdonæ.* Gail. *lib. 2. obſ. 122. nu.* 10. Chaſſanæ. *in conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 12. in princ. n. 15.* Tiber. Decian. *conſil. 17. n. 31. vol. 1.* Schneidewin. *ad tit. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. n. 10.* Cardinal. Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 7. n. 17. dicens*, Statuta excluſiva fœminarum proceſſiſſe ex ore Dei. Quod ſequitur Aldovin. Aldovini *conſil. 104. n. 24.* Zaſ. *d. conſil. 1. num. 46. vol. 2.* Fichard. *conſil. 3. n. 15. verſic. ex allegatis. lib. 1.* Vultej. *d. conſil. 29. n. 30. lib. 2.* Vnde manifeſte elucet, talia ſtatuta, nullo modo iniqua, naturæ contraria vel iniuſta, ſed juſtiſſima, ſaluberrima, juri divino conſona & à Deo Opt. Maximo adprobata eſſe.

42 Confirmatur idem QVINTO ex eo, quod etiam ſecundum ipſum ius civile Iuſtinianæum ſororesper teſtamentum à ſucceſſione fratrum excludi, bonaq; omnia in fratres ſuperſtites, vel etiam extraneum transferri queunt *iuxta l. 27. C. de inoffic. teſtam. & l. 1. ff. eod. & §. 1. Inſt. eod. tit.* Quod ſi itaque ſorores per teſtamentum & ab homine à ſucceſſione fratrũ licite excludi poſſunt, quid ni idem à lege, Statuto vel conſuetu-
43 dine fieri poſſet? argumento ab ultima voluntate ad legem, Statutum vel Conſuetudinem ducto, quod validum & concludens eſt, Nicol. Everhard. *in loc. legal. tit. ab ultima voluntate ad legem, ſtatut. vel conſuetud.*

44 Similiter etiam noto notius eſt, ſtatuta vel conſuetudines fratres & ſorores, alioſve proximos agnatos vel cognatos excludentes, ſucceſſioneſque ſuperſtiti coniugi deferentes de iure validas, & in Camera adprobatas eſſe Gail. *lib. 2. obſ. 124. num. 1. & ſeq. ſubiiciens*, ita ſæpe in Camera concluſum fuiſſe. Hartm. Hartmanni *lib. 2. tit. 43. obſ. 40.* Symphorem. *tom. 3. verb. Statutum & verb. conſuetudo.* Daniel Moller. *ad conſtitut. Saxon. Auguſti part. 3. c. 12.* Quod ſi igitur valent Statuta illa, quæ non modo cognatis, ſed & agnatis maſculis ſucceſſionem auferunt, coniugiq; ſuperviventi deferunt, quanto magis valebunt etiam ſtatuta vel conſuetudines, quæ ſororibus vel aliis fœminis collateralibus ſucceſſionem auferunt, maſculiſq; tribuunt.

45 Vnde etiam SEXTO ab omnibus ICtis ſummo animorum cõſenſu, & nemine quaſi diſcrepante, in terminis concludi, Statuta & Conſuetudines, fœminas præſertim dotatas exſtantibus maſculis etiam à ſucceſſione parentum excludentes de jure validas eſſe, & ſubſiſtere, ut integris evicerunt, ex recentioribus Ioan. Colbach. de fonte ſalutis *tract. de æquitate, utilitate & neceſſitate differentiarum ſexus maſculini & fœmini.* Iacob. Orleshauſ. *tract. An fœmina exſtantibus maſculis recte excludantur, ſeu, in certamine maſculo fœmineo.* Et ex antiquioribus Laurus de Palatiis 46
de Fano *in tract. de ſtatut. Italiæ, quod exſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant in præfat. & per tot.* Albert. Brun. Aſtenſis *in tract. de ſtatut. fœmin. & cognatorum lineam à ſucceßione exclud. art. 1. & 3.* Franciſc. Piſcina *in de Statut. exclud. fœmin. &* Georg. Natta *in tract. de ſtatut. fœmin. excludentibus quæſt. 1. num. 2. & ſeq. & in c. quamvis. de pact. in 6. n. 137.* Alberic. de Roſate *tract. de ſtatut. fœm. exclud. artic. 1. q. 1.* quibus in locis quoque magnum Doctorum cumulum congeſſerunt.

Quibus addi poſſunt idem ſtatuentes & con- 47
firmantes Iohan. Campeg. *in tract. de dote. part. 4. quæſt. 21.* Guil. Benedict. *in d. c. Rainutius. verb. duas habens filias. n. 126. & quamplurimis ſeqq. & n. 183. & ſeq.* late Andræ Barbatia *in eod. C. Rainutius.* Chaſſanæ *in conſuetud. Burgund. rubr. de ſucceſſ. 7. §. 12. gl. depere & mere.* Bodin. *de Repub. lib. 5. cap. 2.* Ioan. Fichard. *in commun. opinionib. verb. ſtatutum excludens fœminas n. 123.* Vivius *in commun. opin. verb. ſtatutum excludens fœminas.* Eman. Zoarez *in Theſaur. recept. ſentent. verb. fœminas ſtatuto.* Gabriel. *lib. 6. commun. opin. tit. de ſtatutis. concl. 6. & ſeq.* Sfortia Oddus *de reſtit. in integr. q. 8. n. 99.* Roderic. Suarez *in repetit. l. quoniam. C. de inoffic teſtam ampliat. 10. n. 12. 13. 14. & 68.* Graſſus *de ſucceſſ. §. Legitima, q. 3. num. 6. 7. & 9. ac quæſt. 42. n. 3. ſubdens*, de eius validitate minime dubitandum eſſe. Late Horat. Carpan. *ad Statuta Mediolan. part. 1. c. 278. & aliquot ſeqq.* Camill. Gallin. *de verb. ſignificat. lib. 8. c. 12. n. 25.* Extente Cardinal. Tuſcus *tom. 7. verb. ſtatutum. concl. 656. & aliquot ſeqq. & in tract. de iure ſtatut. Imperat. ſparſim.* Sigiſmund. Scaccia *de iudiciis. lib. 2. c. 8. n. 355. & ſeq.* Lapus *allegat. 1. n. 2.* Ludovic. de Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 12. n. 51. verſic. contrarium.* Gaſpar Boetia *de non melioriand. rat. dot. filiabus c. 2. nu. 89. addens*, ita omnibus Doctoribus videri. Covaruv. *lib. 3. var. reſolut. c. 5. n. 5.* Schneidewin. *in d. §. cæterum. n. 10. Inſtit de legit. agnat. ſucceſſ.* Valent. Forſterus *de ſucceſſ. lib. 4. cap. 24. n. 4.* Henric. à Roſenthal *de feud. cap. 1. concl. 5. in fin. & c. 7. concl. 43 gloſ. 1.* Goldaſt. *de Maiorat. lib. 2. c. 20 num. 2. & per tot.* Deuth. *in c. quamuis de pact. in 6. ſub num. 132.* fuſe Bernhard. Muſcul. *de ſucceſſ. anomal. membr. 2. claſſ. 1. concl. 4. lit. B.* Henning. Arniſci. *de Repub. lib. 1. c. 2. ſect. 12. nu. 57. & ſeq. & n. 63 & ſeq.* Nicol. Bertius *de pact. familiar. illuſtr. c. 4. fol. 78. in fin. & ſeq.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 26. n. 1. & ſeq. ubi dicit*, notum eſſe, quod ſtatuta, per quæ fœminæ excluduntur à ſucceſſione paterna exſtantibus maſculis, valeant, maxime ſi dotibus providea-
tur. Gail. *lib. 2. obſ. 122. n. 10. & 12.* Hardevvic. à Daſſel *conſil. 45. à nu. 19. lib. 1.* Weſ. *conſil. 131. n. 79. lib. 3.* Zaſ. *d conſ. 1. n. 51. & ſeq. lib. 2.* Fichard. *conſ 2. n. 2. & conſ. 3. n. 8. lib. 1.* Modeſtin. Piſtor. *conſil. 21. num. 1. & ſeq. vol. 1.* Mynſing. *conſil. 22.*

num. 21. *& per tot. & cons. 49. nu.* 25. *& seq. & cons.* 78. *nu.* 30. *& seq.* Idq; indubitatum asserit *d. cons.* 22. *nu.* 29. Nicol. Reusner. *consil. 19. qu. 1. lib. 1.* Academia Rostoch. inter consilia Ernesti Cothmanni *cons. 11. n. 169. & seq. li. 5.* (ubi ad obiectionē, has consuetudines barbaras esse, hisce verbis respondēt: Barbarissim⁹ ergo S. Propheta Moyses filias filiis postponēs; Barbarissime leges IIX. tabularum, agnatos præ cognatis ad successionē invitantes: Barbarissimi mores feudales, famellas simpliciter excludentes; & tamen omnibus Christianis populis receptissimi. Barbarissimo iure primogeniorum, fœminas non solum, sed & mares plerosque excludentia. Barbarissima omnium pene gentium Statuta, masculis extantibus fœminas non admittentia, &c.) Wes. *consil. 1. num. 66.* Herman Vultej. *consil. Marpurg. 29. num.* 30. *& seq. vol.* 3. Angel. *consil. Statuto civitatis,* 299. *per tot.* Socin. Junior *consil. 25. num.* 10. *vol.* 3. R. oman. *consil. 16.* Anguisola *consil. 37. nu.* 23. *& per tot.* Paris. *consil. 94. in fin. lib.* 3. Alexand. Galvan. *consil. 43. num.* 14. Roland. à Valle *consil. 55. num.* 11. *lib.* 1. Anton. Menoch. *decis. Florent. 12. num.* 1. *& decis.* 47. *&* 50. ubi communem & canonizatam dicit, à qua nullo modo sit discedendum, illique contradicere, esse nodum in scirpo quærere, & contra stimulum calcitrare, Boer. *decis.* 155. *num.* 29. Joseph. Ludovici *decis. Perusin.* 21. *num.* 45. *part.* 1. Andr. Barbat. *consil.* 4. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. subiiciens, hoc non indigere aliqua inquisitione, & ita in tota Italia servari. Idem confirmat Ludovic. Morot. *consil.* 34. *nu.* 11. *& seq.* Albert. Brun. *consil.* 65. *num.* 2. *& seq. part.* 3. *consiliorum Baptistæ Cæsaris,* Tiber. Decian. *consil.* 17. *num.* 31. *& seq. & consil. 6. num.* 13. *vol.* 1. *& cons.* 51. *n.* 69. *vol.* 2. Aldovin. Aldovini *consil.* 104. *num.* 23. *& seq.* Philip. Corneus *cons. 86. per tot. vol.* 3. Portius *consil 6. num.* 52. *& cons.* 116. *nu.* 4. *& seq. & cons.* 179. *num.* 7. addens, de hoc non esse ambigendum, Francisc. Monald. *consil.* 13. *num.* 9. & per tot. lib. 2. qui similiter asserit, de validitate eius dubitari non posse. Petr. Paul. Paris. *consil.* 16. *num.* 22. *vol.* 3. Francis. Marcus *decis.* 545. *num.* 2. *& per tot. p.* 1. Farinac. *in decis. Rotæ Roman. noviter novissimis decis.* 510. *num.* 1. *& per tot. ubi subjicit,* omnes Dominos de Rota confirmiter censuisse, tale statutum esse licitum & honestum, & sic sæpe in Rota iudicatum esse Adrian. Gylman. *lib.* 2. *decis. Cameral. post decis.* 43. *num.* 39. apud Joan. Meichsner. *tom.* 3. *decis.* 14. *num.* 180.

48 Et ita servatur per totam fere Italiam, & singulas ejus Civitates Bald. *in l. cum legata. C. de Episcop. & Cleric.* Marc. *d. decis.* 542. *in princip. part.* 1. Menoch. *de arb. judic. quæst. lib.* 2. *cas.* 149. *in princ.* Portius *d. consil.* 116. *nu.* 5. Thusc. *d. tom.* 7. *concluf.* 616. *num.* 30. *&* 48. Petr. Gregor. Tho-
49 losan. *in Syntagm. jur. univers. lib.* 45. *cap.* 13. *nu.* 5. per Angliam Schmit. de Repub. Anglor. *lib.* 3. *c.*
50 9. Gothofred. *ad d. Novell.* 21. per totam Burgundiam Chassanæ *in consuetud. Burgund. rubr.* 7. *de*
51 *succes. §.* 12. *gl. de pere & mere* per Africam & totum Orientem Bodin. *lib.* 5. *de Repub. c.* 2. ubi fuse ostendit, bonum illud publicum, quod ex fœminarum exclusione, conservatione famularum proficiscitur, passim maximi fieri, & filias inprimis à toto Oriente, & fere per universam Africam extantibus masculis à successione in bonis immobilibus excludi; Imo hujusmodi jus, 52
quod fœminæ extantibus masculis à successione removeantur, & sola dote contenta esse cogantur, maxima ex parte per totum terrarum orbem vigeat, secundum Laur. de Palat. *d. tract. de fœmin. exclusione in præfat. num.* 3. Et in ipsa 53
Germania nostra istiusmodi consuetudines non modo usitatissimæ, Fichard. *d. consil.* 8. *num.* 8. Vultej. *d. cons. 29. num. 36. vol.* 2. Mynsing. *d. consil. 79. num.* 39. Sed etiam in summo Imperialis 54
Cameræ Dicasterio judicando sæpius comprobatæ sunt, teste Gylmanno *lib.* 2. *rer. in Camer. judicat. post decis.* 43. *num.* 29. *& seq. fol.* 480.

Sicuti & ejus clarum & vicinum præjudicium 55
exstat in Sachen Armgardt Rottorffin contra Diederich von Staffhorst vnnd dessen Erben. Nam cum Actrix filii sui sine liberis mortui hæreditatem, tanquam proxima hæres, secundum jura civilia peteret, Reus vero tanquam proximus agnatus & masculus excideret, in Comitatu Hoyensi, Archiepiscopatui Bremensi vicino, consuetudinem receptam esse, fœminas extantibus masculis à successione bonorum immobilium, acccepto certo, welches man die Frawliche Gerechtigkeit nennet / excludi, per sententiam 14. Martii Anno 1565. definitive judicatum, daß Beklager von angestelter Klag zu absolviren vnd zu erledigen / der Klägerin aber die in Actis angezogene Frawliche Gerechtigkeit vorzubehalten sey / Christian Bart. *in sentent. Camer. part.* 4. *fol.* 283. Vnde manifeste adparet, consuetudinem fœminarum exclusivam, receptam & adprobatam fuisse, cum alias pro admissione matris & exclusione sive remotione agnati pronunciandum fuisset.

Consimilis sententia refertur à Mynsinge- 56
ro *d. decad.* 21. *respons.* 5. in enarratione facti.

Aliud præjudicium extat in causa Selenchen 57
contra Weyhe, dum Anno 1576. 6. Septembr. ad probandum admissa Exceptio: Consuetudinem in loco vigere, quod extantibus masculis fœminæ non succedant, ut iadparet ex Christiano Bart. *tom.* 5. *sentent. Camerar. fol.* 179. *lit. E.* Quod nunquam facturi fuissent prudentissimi Domini Adsessores, si statuta illa irrationabilia & constitutionibus Imperii contraria duxissent.

Pari etiam modo in Actis hujus instantiæ per 58
exhibitionem originalis sententiæ aliud præjudicium demonstratur, daß nemblich wie Annecke Harcken von einer Vrtheil / darinnen jhres Vatters hinterlassene Erb vnd Güter in prima Instantia fürm Landgericht in Vieh zu Gestendorp ab vnd dem masculo jhres Vatters Bruders Sohn Eymer Harcken zuerkant / ans Fürstliche Bremische Oberlandgericht appelliret, vorige Vrtheil nicht allein daselbst am 16. Septembris Anno 1585. sondern auch hernacher am 31. Ianuarii Anno 1589. am Keyserlichen Cammergericht confirmiret vnd bestettigt / Nec dubitandum, multa consimilia præjudicia 59
in Camera contigisse; quemadmodum etiam ex

Mynsin-

Mynſingero *d.cent.3.obſ.26.num.*12.& Gail.2. *obſ.*140.*n.6.& 29.in fin.* ſatis colligitur, in Camera quaſi pro indubitato haberi, & pro certo præſupponi, tales conſuetudines pro validis haberi, quatenus tradunt, Cameram in illa quæſtione, an ſtatuta fœminas extantibus maſculis excludentia in maſculis per Reſcriptum legitimatis locum inveniant? negativam ſequi ſolere. Nam eò ipſo ſatis innuunt, quod Camera quaſi pro certo præſupponet, illa ſtatuta valere, & de jure ſubſiſtere, ſi filii ſint legitimi: quemadmodum etiam hoc indubitatum eſſe, dicit Signorol. de Homodeis *conſil.68.* ita, ut de eo contendere velle, ſit de lana caprina; Quem refert & ſequitur Brun. *d.tract.de excluſ.fœmin.art.1.quæſt.1.n.7.*

60 Et de hoc non eſſe dubitandum, ait Modeſtin. Piſtoris *conſil.*21.*num.6.vol.*1. Herman Vultej. *d.conſil.29.num.*30. *vol.*2. dicens; de validitate

61 hujuſmodi conſuetudinis ambigendum non eſſe, cum certiſſimum ſit valere eò, quod ex ore Dei proceſſerit. Quod & ſcriptum reliquit ante eum Mantica *de conjectur.ultim.voluntat.lib.6.tit.*

62 *7.n.*17. adeo, ut etiam recte jureque Fichard. *d. conſil.3.num.*8.*in fin.* dixerit non ſolum temerarium, ſed etiam ineptum ſtultumque eſſe, in dubium vocare velle, utrum illa ſtatuta valeant nec ne? ſcripſerit Aldovin. *conſil.*20.*num.*23.

63 Proindeque nugæ ſunt & quiſquiliæ, quod adverſæ partis advocatus validitatem hujuſmodi ſtatuti tot vanis verbis allatrat & arrodit.

Præſertim cum hîc SEPTIMO non in terminis excluſionis filiarum & deſcendentium, ſed collateralium, ſororum ſcilicet, verſemur. Quod ſi enim valent ſtatuta & conſuetudines, filias aliaſve deſcendentes fœminas, vel etiam matres à ſucceſſione extantibus maſculis excludentes (nam de ejuſmodi terminis loquuntur ut plurimum præcitati Doctores) quanto magis idem ſtatuendum hic, ubi non in terminis excluſionis filiæ vel alterius fœminæ, cui legitima debetur, ſed excluſionis fœminarum collatera-

64 lium verſemur. Nam de eo nullus unquam dubitavit, quin fœminæ collaterales, quibus nulla debetur legitima, per ſtatutum vel conſuetudinem excludi poſſint, uti late oſtendit Brun. *d. tract.de ſtatut.fœmin.exclud.art.*1.*quæſt.*1.*n.*1.*& ſeq.& n.*10.*& ſeq.* Lud. Mol. *de Hiſpan.primog.lib.* 2.*cap.*1.*num.*8.*verſic.ſimiliter.* ubi inquit, hanc ſpeciem extra omnem dubitandi occaſionem verſari. Guil. Benedict. *in d.c. Rainutius, verb. & uxorem, num.*96.*& ſeq.part.*1. Farinac. *in deciſ.*

65 *noviter noviſſ.deciſ.*510.*num.6.* Id quod & juri divino congruit, *Num.c.*27. ibi: *ſi filios non habuerit, ad fratres pertinebit ſucceſſio.* Imo hujuſmodi conſuetudines non ſolum valent, ſed etiam

66 favorabiles ſunt. Quamvis enim Interpretes de eo varient, utrum ſtatuta filias propter maſculos excludentia ſint favorabilia, vel odioſa Bald. *in l.fin.num.*2.*C. unde legit.* Natta *conſil.*261. *num.*

67 *16.vol.*2. Socin. Iun. *conſil.*1.*num.*46.*lib.*1. Quibuſdam favorabilia contendentibus, Alb. Brunus *d.tract.art.*1.*quæſt.*1.*n.*4.*&* 5. Georg. Natta *in ſimili tract.in princip.num.*12. Soarez *in Theſaur. recept.ſentent.in verb fœmina ſtatuto*, Burſat. *conſi.*6.*n.*28. Weſ. *conſi.*1.*n.*65. *Mynſing.cen.*3.*obſ.*26.

In hoc tamen omnes conveniunt, quod quando verſamur in excluſione fœminarum collateralium, ſtatutum non odioſum, ſed favorabile cenſendum ſit, uti ait Curt. Iunior *conſil.9.num.* 3. addens, hanc ſententiam in hiſce terminis eſſe veriſſimam, poſt ibi allegatos; Quibus accedit Philip. Corneus *conſil.*82.*col.*3.*vol.*3. Albert. Brun. *d.tract.art.*4.*num.*4. Molina *de Hiſpan. primogen.lib.*1.*cap.*18.*num.*6 *verſ.vel etiam in univerſa.* 6

Concludo itaque, ex his omnibus luce meridiana clarius relucere, conſuetudines, ſorores extantibus maſculis excludentes procul dubio firmas & ſtabiles eſſe: Id quod etiam Sororum Advocatus tandem vi veritatis & conſcientiæ ſtimulis convictus in ultimis ſuis in priori inſtantia exhibitis ſcriptis, invitis dentibus fateri & concedere cogitur, uti videre licet in quintuplicis *quæſt.*1. *&* 2. in ſuccincta confutatione *pag.*3. *& ſeq.* & in finali concluſione *in quæſt.* 1. *&* 2.

REFUTATIO OBJECTIONUM.

HIſce igitur ita firmatis, non eſt, quod in rationum ex adverſo adductarum confutatione multum ſudemus, cum omnia ex ante deductis collabaſcant. Hanc ſiquidem conſuetu- 69
dinem. Primo non irrationabilem, ſed rationi maxime conſentaneam, & in æquitate fundatam eſſe, iam ante ſatis ſuperque demonſtratum: Nec non ſecundo ibidem ad ſatietatem uſque deductum, ſtatuta illa nullatenus iuri naturali contraria, ſed potius eidem conſona eſſe: quamvis & aliud ſit, aliquid iuris naturalis eſſe, aliud, ex quadam naturali ratione generica à iure poſitivo, æquum æſtimatum & introductum eſſe, uti adparet ex textu *l.1.verb.naturalem, & ibi gl. ff.de minorib. & l.*2.*iuncta gl.verb.naturali* C.*de in ius vocand.* Ludovic. Molina *de Hiſpan primogen. lib.*2.*cap.*1.*num.*21.*verſic.quibus non obſtat.* Alias enim omnia prope iuris civilis præcepta jus naturale dici poſſent, cum quaſi omnia ex jure naturali deſumpta ſint, Molina *d.loc.* Jus autem ſucceſſionum licet in æquitate naturali 70
fundatum ſit, tamen non tam iuris naturalis quam civilis cenſetur, maxime, ſi lineam & ſucceſſionem collateralium, de qua nobis lis eſt ſpectemus *l. lege obvenire, ff. de V.S. l. Tutelas in princ.ff.de capit. diminut. c.ius. diſt.*1.§. *fin. Inſt. de uſu & habitat. iuncto tit. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. & tit. ſucceſſ. cogant. tot. tit. C. de legit. hæred.* Albert. Brun. *d. tract. in princip. num.*1. *gl. in l.*1. *princ. ff. de acq. rer. domin.* Zaſ. *conſil.*1. *nu.*61. *lib.*2. proindeque lege civili vel conſuetudine tolli ac mutari poteſt *l. omnes populi, & ibi Dd. ff. de iuſt. & iur.* uti reſpondet Laur. de Palat. *d. tract. in præfat. num.*8. *& ſeqq.* Zaſ. *d. conſil.*1. *num.*61.

Prætereaque etiam illa, quæ directò iuris na- 71
turalis ſunt, pro parte per leges vel ſtatuta mutari poſſunt, prout eius clarum exemplum in ſervitutibus habemus. Quamvis enim iure naturæ omnes homines liberi naſcerentur, ius tamen illud naturæ poſtea per ius gentium & civile pro parte mutatum eſt, & ſervitutes iuri

naturali

naturali contrariæ introductæ sunt, §. 2. *Inst. de jure natur. gent. & civil. l. ex hoc iure, ff. de just. &*
72 *jur.* Sic & legitima liberorum, quamvis iure naturali ipsis debeatur, tamen per statutum imminui & pro parte tolli potest, Gail. *lib. 2. obs. 122. per tot.* Mynsing. *cent. 5. obs. 43.* Ergo quamvis ius successionis iuris naturalis esse concederemus, maneret tamen illud pro parte & eatenus ut filiæ dote contentæ sint, mutari posse, præsertim cum non omne id, quod aliquo intuitu naturali æquitati conveniens est, propterea sta-
73 tim immutabile sit, sed naturali æquitati propter aliam naturalem æquitatem derogari possit, ut in hisce terminis aiunt, Natta *d. tract. in princ. num. 13. vers.* 3. & Guil. Benedict. *in d. c. Rai-*
74 *nutius, verb. duas habens filias, nu.* 138. potestque consuetudo certo respectu & certis rationibus inspectis contra rationem videri, & tamen aliis rationibus inspectis rationalis esse Abb. *in C. fin. num. 6. de consuetud.* Menoch. *lib. 2. arb. judic. cas. 83. num. 16.*

75 Licet igitur ex una parte respectu fœminarum æquitati naturali consonum sit, ut nulla sexus differentia fiat, & fœminæ nō minus ac masculi ad successionem admittantur, tamen ab alia parte respectu masculorum & familiarum similiter naturali æquitati conveniens est, ut masculi fœminis præferantur, sicuti superius ostensum est: priori igitur illi æquitati naturali pro fœminis militanti per aliam illam posteriorem æquitatem pro masculis militantem derogari potest; Idque si masculos respiciamus non tam contra naturam, quam ad imitationem naturæ est, cum natura ipsa (uti supra demonstravimus) inter utrumque sexum haud exiguam differentiam fecerit, masculisque multas prærogativas præ fœminis indulserit; itaut hoc respectu rectè post Raphael. Fulgosium scripserit Laur. de Palat. *d. tract. in præfat. n. 20.* quod sequitur Vultej. *d. cons. 29. n. 33. vol. 3.* non tam naturæ accusatores quā imitatores esse, qui naturā imitando masculis etiam in successionibus prærogativā deferunt: Et hoc quoad sorores & collaterales fœminas minus dubii habet, sed ut illæ, non obstante naturali æquitate & sanguinis proximitate, ab hominē per testamentū, ita & per legem à successione licite arceri possunt: Nec ab adverso allegatus Nicolaus Everhardi in obiecto *consilio 245. nu. 4.* dicit, Statutum sorores excludens contra rationem & conscientiam esse, sed solummodo si versemur in loco, ubi ius civile vigeat, tunc esse contra conscientiam, & contra ius, si fratres sorores excludere velint. Ex quibus etiam secundum obiectum evanescit.

Nec melioris farinæ est tertia obiectio, nemi-
76 nem scilicet sine iusta causa ab hæreditate paterna ex hæredari posse. Siquidem filiæ hic nequaquam exhæredantur, sed loco legitimæ dotibus ex hæreditate paterna honorantur; Sicuti in individuo ad hanc obiectionem respondet Bald. *in l. maximum vitium, col. 2. versic. Sic non obstat. C. de liber. præterit.* Brun. *d. tract. art. 8. quæst. 16. num. 107.* & post hoc Menoch. *consil. 3. nu. 28. in fin.*

77 Præterea etiam obiecta ratio militat tantum in personis, quæ necessario exhæredandæ sunt, & non nisi ex iusta causa ab hæreditate excludi possunt, prout sunt ascendētes & descendentes, parentes & liberi. Nos autem hic de eiusmodi personis non agimus, sed de exclusione collateraliū sororum, utpote quæ etiam sine iusta causa pro libitu ab hęreditate fraterna excludi possūt. Manifesti siquidē iuris est, fratres testamēto sorores excludere vel præterire, totamque hæreditatem fratribus superstitibus, quinimo extraneis (modo non inhonestæ & turpes personæ sint) relinquere, nec sorores inofficiosi querelā contra tale testamentum instituere posse, §. 1. *Inst. de inoffic. testam. l. 21. & l. 27. C. eod.*

Quemadmodum igitur sorores per privati 78
hominis testamentum & dispositionem à fratris successione libere excludi possunt: Ita etiam per dispositionem statutariam vel consuetudinariam totius alicuius Communitatis idem multo magis fieri poterit. Ne quid interim recoquamus de eo, quod & hic iustæ & rationabiles causæ adsint exclusionem fœminarum sustinentes.

Quamvis etiam Quarto iuxta ius Iusti- 79
nianeum successiones ut plurimum reciprocæ esse soleant, tamen non eo minus aliud per Statuta & consuetudines inferri Dec. *in l. 2. num. 92. ff. de reg. jur.* Vincent. de Franchis *decis. 359. num. 8.* Joan. Bapt. Valenzuela *consil. 55. num. 31.* statuique potest, masculos quidem fœminis succedere, fœminas vero à masculorum hæreditate excludi debere, uti sentiunt iam ante laudati Doctores, & Alderan. Mascard. *de statutor. interpretat. c. 2. n. 32.* Laur. de Palat. *d. tract. p. 2. n. 1. & seq.*

Licet etiam Quinto per Justinianum fœ- 80
minis una cum masculis successiones delatę sint, non tamen eo minus aliud statuto, consuetudineve induci, adq; ius antiquum & mediam Jurisprudentiam denuo rediri potuit: Quinimo talia statuta, quæ nos ad antiquam Jurisprudentiam reducunt, licet corrigant alia iura media vel nova, censentur favorabiliora secundum gl. *in c. statutum, verb. numerandum, de præbend. in 6.* Alex. *in l. si constante, in princ. col. 3. ff. solut. matrim.* Felin. *in c. cum accessissent, num. 3. extra de constitut.* & hos in nostris terminis secutus Curt. Junior *consil. 9. num. 4.* & Farinac. *d. decis. 510. num. 4. & seq. in decis. Rotæ Rom. noviter noviss.*
Generale enim est, quod istiusmodi civilibus 81
constitutionibus derogari possit, vel alia lege lata vel tacito populi consensu seu consuetudine §. *pen. Inst. de jur. nat. gent. & civ. l. de quibus 32. ff. de legib. & ll. seqq. eod.* Gail. *lib. 2. obs. 122. nu. 9.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. c. 4. nu. 6. 4. & 5.* Nicol. Everhardi junior *consil. 22. nu. 6. vol. 2.* Roland à Valle *cons. 99. num. 19. & seq. lib. 2.* accedente præsertim immemoriali & plus quam 40. 82
annorum consuetudine & præscriptione Gail. *lib. 2. obs. 31. n. 3.* Et quot, quæso, Statuta & Consuetudines in Imperio vigent, quæ iuri Iustinianeo adversantur, quæ tamen non minus in Camera aliisque iudiciis attenduntur?

Minus coloris habet, quod sorores invaliditatem & cassationem istarum consuetudinum,

quæ

83 quæ fœminas collaterales excludunt, Sexto ex conſtitutionibus Imperii de Anno 1521. & 1529. contorquere ſatagunt. Extra omnem enim dubitationis aleam poſitum, leges correctorias ſtrictiſſime accipiendas, nec de uno caſu ad alium extendendas eſſe iuxta *l. ſancimus 27. C. de teſtamen. l. præcipimus, in fin. C. de appellat.* Cephal.

84 *conſil. 323. n. 15 lib. 3.* adeo, ut ne quidem ex maioritate rationis extenſio fieri queat, uti tradit *Laſ. in Auth. Quas actiones n. 21. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Emanuel Suarez. *in theſauro recept. ſentent. verb. extenſio.* Regner Sixtin. *conſil. Marpurg. 10. num. 43. lib. 1.*

85 At prædictæ conſtitutiones correctoriæ non loquuntur de noſtro caſu, an fœminæ per maſculos excludi queant, ſed de aliis valde diuerſis, & de his quidem tribus ſeparatis caſibus, quod ſcilicet (1) Nepotes in ſucceſſionibus avitis in locum prædefunctorum ſuorum parentum intrare, & una cum filiis & filiabus admitti; (2) quod fratrum & ſororum liberi, ſi cum patruis, amitis, avunculis, materteris concurrant in ſtirpes; Si vero (3) ſoli ſint, in capita ſuccedere, omneſq; contrariæ conſuetudines ſilere debeant.

86 Quare etiam dictæ conſtitutiones correctoriæ duntaxat de illis tribus caſibus, de quibus loquuntur, intelligendæ, nec ad noſtrum vel alios caſus extendendæ ſunt, præſertim cum & in ultima conſtitutione particula taxativa & excluſiva ſolummodo ſeu duntaxat, quæ reſtrictiva & excluſiva eſt, omnemque extenſionem excludit, Ruin. *conſil. 108. num. 13. vol. 4.* Parif. *conſi. 86. num. 36. vol. 2.* Roland. à Valle *conſil. 16. num. 18. vol. 3.* expreſſe addatur & dicatur; daß alle widrige Statuta vnd Gewonheiten allein in obgezeigten Fällen caſſiret vnd abgethan ſeyn ſollen/ quæ verba clare evincunt, dictas conſtitutiones nequaquam ad alios caſus, proindeque nec ad noſtrum, dilaturi & extendi poſſe. Quemadmo-

87 dum etiam Auguſtiſſimum hocce Camerale judicium poſt latas & promulgatas conſtitutiones iſtas aliquoties pro validitate iſtarum conſuetudinum excluſivarum pronunciavit & judicavit. Id quod nunquam facturi fuiſſent, ſi per dictos Imperii Receſſus iſtæ cõſuetudines caſſatæ & annullatæ exſtitiſſent: Sicuti quoq; ipſiuſmet adverſę partis patronus tandem huius conſuetudinis ſubſiſtentiam iudicialiter agnoſcit & fatetur.

Non igitur hæſitandum, ampliſſimum hoc Tribunal & nunc pro ſubſiſtentia ac valore harum conſuetudinum iudicaturum.

88 Denique nec in contrarium adductæ authoritates obſtant. Cujacius enim ſolummodo de illis Statutis loquitur, quæ ſoli primogenito omnia bona deferunt, excluſis in totum omnibus aliis filiis & filiabus, ita ut ne quidem legitima vel dos illis è paternis bonis reſervetur; qui caſus à noſtro planè alienus eſt. Joannes de Anania loquitur de iure civili, quod nempe excluſiones illæ iuri ſint contrariæ; nec addit, aliud per ſtatuta induci non poſſe: Imo ſe ipſos clare explicant, & hoc fieri poſſe annuunt.

89 Rolandus à Valle *conſil. 55. num. 11. lib. 1.* & Valenzeula *conſil. 55. n. 4. & per tot.* de iiſdem terminis loquitur.

Nicolaus Everhardi cenſet, contra conſcien- 90
tiam eſſe, ſi frater in illo loco, ubi ius civile viget, ſorores excludere velit: de eo caſu vero, ubi alia conſuetudo viget, non agit, multo minus eam improbat.

Ad Gratum eadem eſt reſponſio. Similiter 91
nec Joannes Meichſnerus fil aliud tradit, quam non ſubſiſtere talia ſtatuta, ſi introducta ſint ab una familia ius ſtatuendo non habente; alioquin eaſdem conſuetudines in eadem deciſione clare approbat *num. 180.*

Berſius in iiſdem cum Cuiacio terminis alle- 92
gata verba effundit, ſtatim vero pagina ſequenti *numer. 640.* ſtatuta & conſuetudines, quæ fœminas dotatas ab hæreditate parentum abſtinere jubent, tolerabilia judicat; in reliquo, quaſi eiuſmodi ſtatuta in Gallia ſublata ſint, labitur, taleſque conſuetudines in Gallia paſſim exſtare & nequaquam abolitas eſſe, ex Tiraquello *de Nobilit. cap. 37. num. 122.* & aliis in quæſtione ſecunda allegandis, in propatulo eſt.

Quæ ex Tiraquello detorquuntur in rationi- 93
bus dubitandi poſita, ea mox ab ipſo authore in ſequentibus refutata ſunt. Sicque nullus revera invenitur, qui noſtram conſuetudinem, quæ fœminas in pari gradu conſtitutas, & femel iam ante dotatas, à fratrum hæreditate excludat, eamque maſculis deferat, invalidam ducat. Quamvis nec quicquam noceret, etiamſi unus pluresve contrarium ſentientes invenirentur, cum noſtra opinio communiſſimo omnium aliorum Doctorum calculo recepta, totque rationibus, populorum moribus & præiudiciis confirmata ſit: Hæſitandum itaque non eſt, & ampliſſimum hocce Tribunal harum conſuetudinum validitatem ſua ſententia comprobaturum.

SECUNDÆ QUÆSTIONIS RESOLUTIO.

Rationes dubitandi.

CUm vero Actricum Patronus impugnationum ſuarum catapultis deiectus, harumque conſuetudinum vigorem agnoſcere coactus novum elabium quærat, contendatque, in familiis Illuſtribus & Nobilibus quidē fœmi- 94
nas ſtatuto conſuetudineve; per maſculos excludi poſſe; aſt in ignobilibus & ruſticis idem adſtruere velle, abſurdum & ab omni ratione alienum eſſe, nunc de diſtinctione ſeu limitatione diſquirendum venit. Fundatur vero totius 95
illius prætenſionis arx (1) in eo, quod ratio & favor publicus conſervandæ agnationis & familiæ in Illuſtribus & Nobilibus proſapiis militans & tales conſuetudines ſuadens, in ignobilibus, plebeis & ruſticis omnino ceſſet, nihilque Reipublicæ intereſſit, utrum illæ familiæ ignobiles & ruſticæ conſerventur vel diſpereant: Sicque (2) in ſpecie tradere Nicol. Berſium *tr.* 96
depact familiar. ex Tiraquello *de Nobilit. cap. 37.*

num.

*n.*123. cujus vero verba sic habent: honor & dignitas familiarum per masculos conservatur, ut scribit Cynus & pleriq; hanc rationē reddentes statutorū excludentium fœminas extantib. masculis. Idq; potissimum obtinet in familiis Nobilium, ut scribit Bald. *in c. præsentia col. 3. vers. itē soror. deprobat.* Alberic. qui id factū dicit ad conservationem nobilitatis *in rubr. ff. de vulg. & pupill. col. 46. vers. sed certū est.* Ex quo illud manasse videtur, q̄ generali propemodū (NB.) Franciæ consuetudine inter nobiles & in reb. quoq; nobilib. tantum; non etiam inter ignobiles nec in rebus ignobilib. masculi præferātur fœminis. Id
97 q̄ etiam haud parū confirmari posset (3) ex iis, quæ notat Ludovic. Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 18. n. 8. & 9.* dum scribit: Si quis primogenituram inducere velit, solere Consiliarios regios prius cognitionem summariam nobilitatis qualitatisque ac divitiarum eius personæ habere, quæ maioratum instituere vult; ne ignobiles, infimæque conditionis viri ad huiusmodi primogenia instituenda admittantur; & non esse Reipub. conveniens, ut ab ignobilibus & obscuris familiis primogenię introducātur, iuxta sententiam D. Bernhardi, qui hac de re à quodam Comite consultus responderit, inter nobiles meliorem esse quinque filiorum, quam bonorum dispositionem: rusticos facturos, uti libuerit, mercatoribus melius esse, ut bona æqualiter distribuent. Quod refert Abb. *in c. licet. n. 10. de voto.* Allegat etiam Gregor. de Lopez, *lib. 6. tit. 11. p. 6.* & Simancam *de primogen. lib. 3. c. 9.* Eam-
98 que opinionem (4) iuvare videtur text. *in l. licet inter privatos, 19. C. de pact.* ubi statuitur, non valere pacta de invicem succedendo inter privatos seu paganos, sed tantum inter milites (milites scilicet, qui non modo actu militant, sed milites habentur; uti Comites, Barones & Nobiles) per quam legem & pacta de succedendo non valere, nisi ad minimum nobilis familia sit, tradunt Heig. *lib. 2. quæst. tur. q. 23. n. 42.* Gail. 2. *obs. 127. in princ.* Bernhard. Grævæus *lib. 2. obs. 127. considerat. 1* Peregrin. *de fideicommiss. qu. 51. n. 36.* Tiraq. *de primogen. q. 6. n. 24.* Zas. *cons. 1. an-*
99 *te num. 19. lib. 2.* Dec. *consil. 225. n. 7.* Idemque (5) in ipsis terminis nostris sentire videntur illi, qui statuunt valere consuetudines fœminarum exclusivas in magnificis casatis & nobilibus familiis: Sicuti faciunt Boer. *decis. 155. num. 29.* Zas. *d. cons. 1. num. 34. lib. 2.* Hotoman. *consil. 72. n. 44.*
100 *circa fi.* & apertius, q̄ huiusmodi statuta non nisi à familiis nobilib. & quæ merummixtum q; Imperium, & sic statuendi potestatem habent, tenet in specie Mynsinger. *respons. 32. n. 22. & 23.*

RATIONES DECIDENDI.

101 UTcunque autem hæc restrictio & limitatio prima fronte plausibilis videatur; mihi tamen rem totam paulo accuratius perpendenti, contrarium tum in actis prioribus satis nervose deductum, tum ulterius ex subsequentibus corroborari & extra teli iactum poni videtur: præsertim cum ex Actis adpareat, & per se in tota diœcesi notum sit Reos & alios iltius terræ & distrīctus incolas, quamvis extra civitatem degant, non communes vel glebæ adscriptos, vel aliis censu obnoxios, sed, uti illic appellantur Erbsassen/hæreditarios, & ex honestis & antiquis & opulentibus familiis oriundos, talesq; esse, ut antiquitate & divitiis multis vicinis nobilibus vel palmam præripere, vel saltem illis adæquari possint.

Quamvis enim (1) inficias nō eam, maiorem, 102
si comparative loqui velimus, in conservandis illustribus & nobilibus, quam plebeis & rusticis familiis, rationem & favorem militare; sicuti & maior in illustribus, quam nobilibus, viget; tamen etiam in ignobilibus, seu in civitate seu rure degentib⁹ familiis, favorē conservandę familiæ subesse, & quemlibet etiam ignobilem familiæ suæ conservationem optare & expetere Boer. *decis. 204. n. 31.* Anton. Faber. *in Cod. decis. forens. tit. de pact. definit. nu. 10.* Sicuti etiam familiæ no- 103
men & appellatio non modo nobilibus, sed & ignobilibus & plebeis in iure tribuitur, *l. pronunciatio. 195. §. familiæ & seq. ff. de V. S.* ibique docte Goddæ. §. 2. *in fin. & in l. 53. num. 4. cod. tit.*

Quemadmodum igitur maius & minus non 104
tollunt nec mutant rei substantiam; sicutiq; non eo minus, quod maior in illustribus, quam nobilibus familiæ conservandæ favor æstuat, in nobilibus huiusmodi statuta admittuntur; ita etiam, quamvis non æq; fervide favor pro familiis ignobilib. militet, eaidē cōsuetudines valere; & per majus & min⁹ substantiā nō perimi existimo.

Accedit Secundo, quod naturalis illa præro- 105
gativa, favor & prædilectio sexus masculini præ fœmineo, quæ exclusionem fœminarum in nobilibus suadet, à natura omnibus masculis tam nobilib. quam ignobilibus, indultus sit. Quemadmodū igitur ob illū nobiles masculi nobilib. fœminis præferuntur; Sic etiā ob eundem à natura illis æq; indultū favorem ignobiles masculi ignobilib. fœminis pari ratione præponi solent.

Tertio iuris est tritissimi, eum, qui regulam 106
pro se habet, ius certum pro se habere, eum vero, qui exceptionem & limitationem prætendit, illam non ex cerebro suo confingere, sed certa lege & ratione probare debere. At Rei & Appellantes habent regulam & receptam Doctorum conclusionem, quod statuta & consuetudines fœminas excludētes valida sint, pro se: Ergo ius certum quoad omnes homines, & quod etiam in rusticis familiis idem obtineat, pro se habent, donec adversarii prætensam exceptionem & limitationem suam quod in ignobilibus aliud statuendum sit, vel lege, vel certa ratione liquido doceant, quod hactenus non fecerunt, nec in futurum præstare possunt.

Quarto constat, id, quod privato homini 107
per testamentum statuere licet, multo magis toti communitati per legem vel consuetudinem inducere, permissum esse; argumento à parte ad totum, & à testamento seu pacto ad legem vel statutum ducto, quod valet; deducente Everhardo, *in topic. d. loc.* & statuta maxime de successionib. loquentia æquiparantur ultimis voluntatib. Horat. Carpan. *ad stat. Mediolan. in præf. n.* 114. At extra omnē, dubietatis aleā positum est, etiam secundum ipsum ius Iustinianeum Soro-
res non modo nobiles, sed & ignobiles & rusti- 108

cos à fratrum ſuorum hæreditatibus per privatum fratris teſtamentum excludi poſſe §. 1. *Inſt. de inoffic.teſtam.l.1.ff.& l.27.C.eod.* Quid ni ergo tota communitas per ſtatutum vel conſuetudinem idem facere, fœminaſque etiam ignobiles & ruſticas à fratrum ſucceſſione arcere & intercludere poſſet?

109 Sic & QUINTO nemo inficias ibit, valere conſuetudines vel ſtatuta etiam inter ignobiles & ruſticos, quæ non modo ſorores, ſed etiam fratres maſculos à ſucceſſione excludunt, hæreditatemque & bona ſuperſtiti coniugi deferunt, Gail. *d.obſ.*124.*n.*1.*& ſeq.lib.*2. Ergo multo magis valebunt conſuetudines etiam inter ignobiles, quæ fœminas ſolummodo excludunt, & maſculis hæreditatem deferunt, argumento à maiori ad minus: Maius ſiquidem eſt, fratres & ſorores ſimul excludere, quam ſorores tantummodo; maius eſt itidem, excluſionem fieri poſſe etiam ab eo, qui non ſanguine, ſed affinitate tantum coniunctus eſt, imo ab uxore & muliere.

110 QUINTO conſtat, id, quod per pactum conſtitui poteſt, etiam per conſuetudinem induci poſſe Mynſing. *reſponſ.*32.*n.*26. atq; per pactum & conventionem expreſſam fœminæ etiam ruſticæ & ignobiles à fratrum ſucceſſione per maſculos excludi poſſunt, Mynſing. *d.loc. num.* 25. Anton. Faber *in Cod.tit.depact.convent.ſuper dote definit.*12. Ergo etiam idem per conſuetudinem & tacitam conventionem induci poteſt, uti in hiſce terminis Mynſing. *d.reſp.nu.*25.*& 26.*

111 concludit. Conſuetudo enim facere poteſt, quod poteſt pactum Afflict. *dec.*91.*n.*9. Camill. Borell. *in Summâ deciſ.tit.*14.*de conſuetud.n.*59.

112 Quin & SEPTIMO notũ eſt, leges & ius civile Romanum in omnibus eorum Provinciis, urbibus & pagis viguiſſe & obſervatum fuiſſe. At ſuperius demonſtratũ eſt, antiquitus tẽpore legũ 12. tabularum, & ſub media Iuriſprudentia ſecundum ipſum ius commune Romanum agnatos maſculos ſine ulla diſtinctione, nobiles an ignobiles ſint, in ſucceſſione fœminis & cognatis prælatos fuiſſe. Ergo non ſolum in ſenatoriis & patriciis ſeu nobilibus, ſed etiam ignobilib. & plebeis, ac indiſtincte omnibus ruſticis id iuris fuit, familiæq; per maſculos etiam ignobiles & ruſticos excluſæ ſunt. Quod ſi id igitur per aliquot ſæcula viguit, proque iuſto & æquo habitum & obſervatũ exſtitit ante & ſub media Iuriſprudentia, quare nunc etiam idem valere non deberet?

113 OCTAVO ambigi nõ poteſt, illud, quod DEUS Opt. Max. ſummus & prudentiſſimus Legislator in populo ſuo juris cõſtituit, iniquum & irrationabile non eſſe. Atqui divina ſua Majeſtas *d. ca. 27. Numeri* univerſaliter in toto populo ſuo, & ſic tam inter nobiles, quàm ignobiles, tam inter divites quam pauperes, tam inter cives quàm ruſticos conſtituit, maſculos fœminis in pari gradu conſtitutis in ſucceſſionibus præferri debere; & ſic illud æquum duxit etiam ignobilibus, plebeis & ruſticis. Ergo illud nunc iniquum dici cenſerive nequit.

114 Sic etiam NONO olim in tota Germania & per totam Saxoniam communi lege, ut ſupra ex Tacito de moribus Germanorum & Speculo juris Saxonici demonſtravimus, nulla nobilitatis vel ignobilitatis facta diſtinctione, fœminæ à maſculis excluſæ fuerunt.

Pari modo DECIMO etiam hodie per totã fere Italiam, & in omnibus Italiæ civitatibus tam majoribus, quam minoribus, uti videre licet ex Thuſco *tom.7.pract. concl. verb. ſtatuta excluſiva concl.*656.*&* 666. fœminæ dotatæ, nulla inter nobiles vel ignobiles, aut etiam ruſticos facta diſtinctione à maſculis excluduntur *dd.locc.* 115

Cum igitur non ſolum in illis civitatibus notorie multi ignobiles, plebei & multo vilioris cõditionis & ſtatus homines, quã rei & appellantes noſtri, nobilib. permixti vivant, ſed iſtiuſmodi ſtatuta etiam in civitatum ſuburbiis & territoriis obtineant (ſtatuta ſiquidem, inprimis generaliter loquẽtia, omnes cives tam ignobiles, plebeos & viles, quam nobiles afficiunt & cõprehendunt. Alderan. Maſcard. *de ſtatut. interpretat.c.*5.*n.*1. nec ſolummodo in ipſis urbib. ſed etiã ſuburbiis Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. in prælud.n.*522. *& ſeq.* & loco civitatis dominantis territorio in ejus pagis & villis, late Ioan. Baptiſta Valenzeula *conſi.*79.*n.*62.*& ſeq.* obtinent) clare elucet, non modo in nobilibus, ſed & plebeis & ruſticis familiis fœminarum excluſiones vigere & valere. 116

Quinimo haud rara exempla exſtãt, ubi ab ipſis terris ſeu vicis Italiæ talia ſtatuta introducta, & & ICtis deſuper requiſitis pro indubitato validis habita ſunt, ut in terra vignali, poſt Bald. Thuſcus *d.concl.*656.*n.*15.*&concl.*666.*n.*15 terra Valſinii Franciſc. Monald. *conſil.*13.*&* 14.*lib.*2. terra Sauigliani Thuſ. *in tract.de jure ſtat.Imper.Roman. membr.*32. *verb.Sauigliani terra fol.* 109. Et hæc res tam indubitate tranſit, ut nec unicũ ICtum Italum reperiri potuerim, qui circa conſuetudines vel ſtatuta fœminarum excluſiva, inter nobiles vel ignobiles diſtinguat, & in nobilib. quidem valida ducat, in ignobilib. vel ruſticis autem improbet & impugnet, vel etiam ullã dubitationẽ deſuper excitet, ſed omnes indiſtincte illorũ validitatẽ pro indubitato præſupponũt, & ſic etiam in ignobilib. & ruſticis implicite agnoſcunt. 117

VNDECIMO hanc opinionem confirmant omnes illi Doctores, qui generaliter & indiſtincte docent conſuetudines & leges municipales fœminas exſtantibus maſculis excludentes, validas ſtabileſque eſſe, quorum longam phalangem in præcedentis quæſtionis reſolutione induximus. 118

Doctores enim generaliter & ſine diſtinctione loquentes generaliter & univerſaliter intelligendi ſunt Frideric. Pruckm. *conſi.*37.*n.*7.*lib.*1.

DVODECIMO, ut omnem titubationem eximamus, in ipſis terminis noſtris probantur & tales conſuetudines fœminarum excluſivę maxime quidem in nobilibus, ſed tamen nihilominus etiam alii in ignobilibus valere & locũ habere docent (cõparativus enim præſupponit ſuum poſitivum, & eum infert in ſe, & in alio Everhard. *in loco à vi comparativi n.*1.) Bald. *in c.in præſentianu.* 11.*col.*3.*verſ. item favor ibi maxime NB. nobilium extr.deprobat.* Tiraq. *de Nobilit.c.*17.*n.*128.*ibi: idque potiſſimum NB. obtinet in familiis nobi'i.m.* Fichard; 119

chard.*conſi.5.qu.2.ante n.6.ibi:præcipue nobilium familiæ.* Nicol.Reuſner.*conſil.19.n.28.& 55.lib.*
120 *1.* Idem ſentit Mynſing.*reſponſ.49.n.39.& ſeq.* ubi pro ignobili,civis nempe Brunſuicenſis filio (ſicuti pater ex princip.)reſpondet,& tamen reſolvit,valere conſuetudinē,quæ filiam dotatam
121 excludit.Quomodo quoq; valere conſuetudines vel ſtatuta etiam inter ignobiles & plebeos, quòd fœminæ dotatæ renunciare , & maſculis bona relinquere teneantur,docet Bartholomæ. Muſcul.*in tract. de ſucceſſ.conventional.& anomal. claſſ.1.membr.2.concl.5.lit. H. num.229.ubi dicit:* quamvis ejuſmodi conſuetudines inter illuſtres & nobiles maxime frequententur, tamen & in-
122 ter plebeos locum habere.Idem nō modo confirmat, ſed etiam multis Parlamenti Pariſienſis præjudiciis comprobatum aſſerit Annæ. Robert.*lib.2.rer. judicat.c.4.§.profiliis maſculis. fol.* 352.*ibi: Idque non modo inter nobiles, ſed & inter plebeos locum habere,multis arreſtis Senatus judicavit.* Quo& conferunt notata Menoch.*conſil.1.n.* 161.*& ſeq.& conſ.815.n.15. verſ.*8, tradentis,non ſolum Principes & Nobiles,ſed & privatos maſculos inducere poſſe pacta & ſtatuta de ſuccedendo invicem,maximè,ſi per ſtatutū vel con-
123 ſuetudinē populi confirmata ſint. Quod & confirmant Alexand. Rauders.*lib.1. de analog.t.25. n.20.& ſeq.verſic.Si autem proponitur articulus inter privatos.* Et Nicol.Betſius *de pact.illuſtr.familiar.c.9.fol.*600.§.*neque eſt.*

124 Decimotertio hic ulteriùs in Actis producta eſt quædam Conſtitutio Provincialis à Chriſtoph. Archiepiſc. Bremenſi Anno *1547.* promulgata,& à Capitulo Cathedrali eiuſdem Eccleſiæ confirmata, per quam conſimilis fœminas excludens & in vicinis quibuſdam pagis vigens conſuetudo in ſpecie in ruſticis familiis expreſſe corroborata & adprobata fuit.

125 Quinimo oſtenſum ibidem eſt , hanc conſuetudinem non modo Decimo Quarto in cauſa Annecken Harcken contra Eymer Hanneken in meris puris ruſticis Anno 1585. à iudicio provinciali aulico, dem Oberlandgericht / per ſententiam confirmatam , & pro valida iudica-
126 tam; Sed etiam Decimo Quinto in hoc Imperiali iudicio in eadem cauſa in puncto Appellationis 31.Ianuarii Anno 1589.in terminis terminantibus comprobatam fuiſſe.

127 Decimo Sexto ſimile præjudicium exſtat apud Chriſtianū Barth.*tom.5. Sentent. Camer. fol.* 179.*lit.E.* dū recenſet 6.Septemb. An,1676. pronunciatū fuiſſe,wofern Beklagte darthun würden/ dz in der Stadt D. vnd in der Graffſchafft L.die liegende Güter vom Vatter nicht auff die Töchter/ſondern auff die Agnatos vñ Schwertmagen/vermög deren in Actis angezogener Gewonheit wachſen vnd fallen / daß ſolches gehöret werden ſolte.Siquidem eo ipſo præſupponitur, tales conſuetudines etiam in civitatibus & ſic inter ignobiles valere poſſe.

128 Accedit Decimo Septimo tā ipſiuſmet adverſæ partis patroni confeſſio,qua tandē validitatē harum conſuetudinū etiam in civitatibus,& ſic ignobilib. fateri&agnoſcere conſtringitur,uti videre licet in quintuplicis &in ſuccincta confutatione,& final.concluſ.in q.1.& 2.Quamvis vanā diſtinctionē inter ignobiles in civitatib.& inter ignobiles extra civitates in pagis commorātes ſuo ex cerebro effingere conetur: Quæ ut nulla ratione& autoritate ſtabilitur,ita ſui futilitate collabitur,perq; ſuperiora ſatis infringitur.

Deniq; pro Decimo Octavo ipſæ actrices 129
facto ſuo eandem conſuetudinem probarunt, & pro vera&indubitata agnoverūt,dum quamvis ignobiles,& ut fratres appellant,ruſticæ ſint, attamen viiſtius conſuetudinis totam hæreditatem paternam abſq; ulla controverſia ſolis fratribus maſculis reliquerunt, ſeq; ab illis excludi paſſæ ſunt.Ita ut ſine manifeſta calumnia nec ipſe,nec earum Advocatus invaliditatem illarum prætendere,nec aliius quiſquam de earum robore titubare queat : Cum tot rationibus,tot populorum moribus, tot Doctorum authoritatibus & præiudiciis confirmatæ ſint.

CONFVTATIO RATIONVM DVBITANDI.

Evaneſcit igitur inq; fumū abit vana&ex Ad- 130
verſarii ,proprio cerebro cōficta diſtinctio inter nobiles&ignobiles,ſeu etiā inter homines in civitate vel extra civitatem in pagis habitantes: quaſi in civitatibus quidem,inter cives etiam viliſſimos valere,in ruſticis vero nequaquam conſuetudines fœminarū excluſivę ſubſiſtere queāt. Nam rationem eandē ubiq; extare, & non modo in nobilibus,ſed etiam ignobilibus eandem conſuetudinem valere, ſupra demonſtravimus.

Nec(2)quicquā contrarii apud Betſiū *in tr.* 131
depact.illuſtr.famil. reperitur. Tiraquel.vero objecto *c.37.n.123.* nō modo nihil cōtrarii cōtinet, ſed etiā implicite noſtrā opinionem approbat. Duo enim tradit 1.quod ſtatuta fœminas excludentia valeant,& potiſſimū in nobilium familiis obtineant:Et ſic implicite agnoſcit&fatetur obtinere etiā poſſe in ignobilib. Quemadmodū etiam plurib.*in tract de primogen.q.4.n.13.& 32.&* *ſeq.* evincit.Primo conſuetudinē,ꝙ ſolus primo- 132
genitus excluſis aliis fratrib.& ſororib. ſuccedat nō modo in reb.dignitatē annexā habentib.ſed etiā aliis privatis bonis hęreditariis valere: quod & plurib.confirmat Schrad.*conſi. 1.n.229. vol.1.*

Similiter in quæſt.7.docet pactū primogeniturę,ꝙ ſolus primogenitus,excluſis fratribus & ſororib.ſuccedat;induci poſſe per conſuetudinē *n.5.& ſeq.* non ſolū inter nobiles,ſed etiā alios *n.* 6.& 7.Pari modo *q.17.per tot.* maxime *nu.4.& ſeq.* demonſtrat,talē conſuetudinē induci poſſe p unam familiam etiā iuriſdictione deſtitutam, maxime , ſi maior pars populi illius loci, ubi familia illa habitat,conſuetudinē iſtam tacite permiſerit *n.8.* Quanto magis igitur hic totus populus & communitas Iuriſdictionē habens conſuetudinem inducere poterit? Vnde adparet, Tiraquell.in hoc primo effato nō id,quod ſorores intendūt,ſed potius contrariū manifeſtiſſime ſentire& probare.Secundum,quod *d.t.37.* 133
de Nobilit.num.123. ſubiicit,effatum eſt, generali propemodū Francię conſuetudine inter nobiles tantum & in rebus nobilibus, non etiam inter ignobiles, nec in rebus ignobilib.maſculos fœminas excludere: Quod ſimiliter nec nobis officit ; Continet enim ſolummodo relationem conſuetudinum Galliæ,nec ſequitur ſecundum

conſuetudines Galliæ plerunque in nobilibus tantum, nõ etiam in ignobilibus excluſio fœminarum locum habet, Ergo & aliis in locis alia conſuetudo introduci conſtituive nequit, quod etiam in ignobilibus bonis fœminę excludantur. Quinimo Tiraquellus nõ aſſerit omnes, ſed propemodum omnes Galliæ conſuetudines fœminarum excluſivas in nobilibus, nõ etiam in ignobilibus locũ habere; eoq; ipſo indicat, eſſe conſuetudines quibuſdam in locis, per quas idẽ in ignobilibus probetur, eiuſq; exemplum manifeſtum habemus in Picardia, nam communi illius Provinciæ conſuetudine (& ſic etiam inter paganos) ſenior hæres univerſalis eſt, reliquis vero liberis non niſi una quinta bonorum defertur, quam tamen conſuetudinem valere Senatus Pariſienſis cenſuit, referentibus Iohan. Gallo *in Arreſt. quæſt. 366.* & Molinæo *tom. 3. operum ſuorum fol. 2078.* vbi addit, eam adhuc hodie ſervari. Sic jus primogenituræ, & quod filius primogenitus ſolummodo ſuccedat, conſuetudine Galliæ maxime inter nobiles ſervari teſtatur Papon. *in conſuetud. Barbon. tit. de ſucceſſ. §. 301.* & ex eo Paul. Chriſtinæus *ad leg. municipal. Mechlinienſ. tit. 10. depact. artic. 8. n. 2. fol. 484.*

134

135 Similiter nec (4) *l. licet. 19. C. depact.* cum allegatis Doctoribus noſtram ſententiam enervat. Primo enim in d. l. nulla fit diſtinctio inter nobiles vel ignobiles, nec ſtatuitur, quod nobiles quidem talia pacta de invicem ſuccedendo conficere poſſint, ignobiles autem non; ſed tantummodo differentia conſtituitur inter milites ſeu Martis pullos ad diſcrimen prælii pergentes, & paganos, ſeu eos, qui non militant. Omnibus actu militantibus & ad prælium pergentibus, ſive nobiles ſive ignobiles, ſive cives ſive ruſtici ſint, propter periculum & diſcrimen vitæ, in favorem militiæ indulgetur, quod talia pacta de ſe invicem ſuccedendo conficere poſſint: at in omnibus aliis non militantibus, nec in bello conſtitutis, ſive nobiles, ſive ignobiles ſint, iſtiuſmodi pacta improbantur, uti litera textus clare evincit; ſicq; ad rem noſtram nihil facit, nec inter nobiles vel ignobiles diſtinguit. Quinimo improbat lex illa in omnibus, & ſic etiam in nobilibus, qui non militant, pacta de ſuccedendo, proindeque ſi ex illa rem decidere vellemus, ne quidem in nobilibus familiis tales conſuetudines

136 ſubſiſtere poſſent. (2) Loquitur etiam obiecta l. 19. & allegati Dd. de pacto duorum privatorum, non vero de conſuetudine, quæ per totam aliquam Provinciam, civitatem vel communitatem introducta eſt: Licet enim ſecundum jus commune talia privata pacta in paganis non valeant, valet tamen cõſuetudo vel ſtatutum idem inducens. Menoch. *conſil. 1. n. 162. & 163. & conſ. 815. n. 14.* Tiraquell. *de iure primogen. q. 7. per tot. maxime num. 7.* Alexand. Raudens. *lib. 1. de analog. c. 25. n. 20. & ſeq.*

137 Tertio jure quidem civili per *d. l. 19.* & ſimiles textus talia pacta de ſuccedendo inter paganos improbata fuerunt, cõtrarium autem nunc communi obſervantia introductum & receptũ, illiſque legibus derogatum eſt Hotoman. *conſil. 72. n. 34. verſic. quantum ad ſecundam obiectionem.* Gail. *li. 2. obſ. 117. n. 6. & obſ. 126. n. 3. & ſeq.* Mynſing. *cent. 2. obſ. 33. n. 10.*

Quinimo Quarto ſicuti *in d. l. 29.* conſtitutum eſt in una ſpecie, militibus etiam ignobilibus pacta de ſuccedendo conficere licere, quid ni etiam per conſuetudinem vel ſtatutum idem introduci poſſet in alia ſpecie, quod ſcilicet etiam inter non milites & ignobiles conſuetudo de invicem ſuccedendo & ſorores excludendo valeat & ſubſiſtat, uti & in his ipſis terminis arguit & concludit Tiraquell. *de iure primogen. q. 7. n. 6.* 138

Quinto loco obiecti Doctores fœminarum excluſiones in nobilibus familiis probantes pro ſubiecta materia locuti, & ſic ſecundum illos terminos intelligendi ſunt, nec ulterius per argumentum à contrario ſenſu extendi vel detorqueri poſſunt, quaſi in ignobilibus idem improbent, ſed declarandi ſunt ex aliis. Mynſingerus vero *d. conſil. 32. nu. 22. & 23.* non de noſtra quæſtione agit; ſcilicet an per totam communitatem conſuetudo introduci poſſit, quod etiam ignobiles fœminæ à ſucceſſione fratrum excludantur, eaque ſolis maſculis & ignobilibus deferatur? ſed an una ſola familia ſtatutum tale excluſivum facere queat? reſpondetque, quod non, niſi illa unica familia nobilis ſit, & ius ſtatuendi habeat. Sicque tantum de quæſtione illa, quænam perſonæ ſtatuta conficere queant? non de illa, qualia ſtatuta vel conſuetudines induci poſſint, agit. Nos vero non de perſonis, quæ ſtatuta condere queant, ſed tantum de quantitate, & de eo diſceptamus, an talis conſuetudo ab iis, qui conſuetudinis introducendæ ius habent, induci poſſit, quod etiam ignobiles maſculi fœminis præferantur? De qua quæſtione conſultus idem Mynſingerus *Reſp. 49.* in civis Brunſvicenſis filio pro affirmativa reſpondit *num. 39. & ſeq.* ne ullo quidem ſcrupulo vel dubio ſuper eo facto, quod ignobilis, multo minus eo adiecto, quod eiuſmodi conſuetudines in ignobilibus non valere exiſtimet; Id quod ipſe omnino facturus fuiſſet, ſi in eam ſententiam conſcendiſſet. Remanet itaque, huiuſmodi ſtatuta excluſiva etiam inter ignobiles vigere poſſe. 139 140 141 142

TERTIÆ QVÆSTIONIS ELVCIDATIO.

PRælibatis itaque duabus iſtis quæſtionibus juris ſeu theſi, nunc tertio ad factum & hypotheſin progrediendum, perpendendumque erit hic, an probatum ſit, quod talis conſuetudo fœminarum excluſiva in loco, ubi defunctus domicilium habuit, hæreditaſq; ſita eſt, exſtet? Ad quod demonſtrandum à Reis, nunc Appellantibus, inprimis deducitur das Landrecht vnd Gerichtsbuch / ſicut id Anno 1581. ſub Henrico Archiepiſcopo Bremenſi conſcriptum & in ſcripturam redactum fuit. Cum enim prædictus Reverendiſſimus Archimiſta, Ordineſq; Diœceſis Bremenſis deprehenderent, in inferioribus judiciis varias circa conſuetudines cuiuſcunque loci controverſias & lites, nec non abuſus & ataxias in politia occurrere, ſub finem anni 1580. 143 144

ſcilicet

scilicet 9. Decembr. in Comitiis Provincialibus decreverunt, daß Montags nach Fabiani in der Stadt Bremen eine Zusammenkunfft gehalten/ vnnd allda von Reformation der Untergericht vnd Policey tractirt/ vnd alles in Richtigkeit gebracht werden solte/ vnd damit solches desto besser geschehen/ vnd man Gewißheit von dem/ was bey den Gerichten für Gebräuche vorhanden/ erlangen möchte/ sein gewisse Articul vnnd vnder andern etliche von Erbfällen auffgesetzt/ den Beampten zugeschickt vnd jhnen anbefohlen/ daß sie darüber/ vnd was an jedem Ort von Alters darinn gebräuchlich gewesen/ beständigen Bericht auffnehmen vnd zu Papier bringen solten. Deme nun zu folge hat Ertzbischoff Henrich im Jahr 1581. solche Articul vnter andern dem Ambtmann zu Hagen (worunter die streitige Erbschafft belegen) gesandt/ vnd jhme durch ein Schreiben ernstlich anbefohlen/ daß Er die geschworne Voigte/ Belehnte vnd Eltisten eines jeden Gerichts über solche Articul examiniren, eines jeden Gerichts Gebrauch erkundigen/ vnd dieselbe zu Papier setzen/ auch damit neben zween Iuratis nacher Bremen auff erwehnten Tag sich verfügen/ vnd die schrifftliche Verzeichnuß den Deputirten überreichen solte. Worauff dann derselb Ambtmann die belehnte Voigte vnd Eltiste der Gericht nach dem Ambthauß Hagen bescheiden/ vnd in Beysein deß Hauptmanns über die von J. F. Gn. empfangener Articul/ vnd über jhre alle Landes vnd Gerichts Gewonheiten mit Fleiß examinirt vnd befragt/ auch jhre Aussag in scripturam redigirt, wie solches alles im Eingang deß Landrechten vnnd Gerichtsbuch mit mehrerm bezeugt würd/ als aber erwehnte Reformation der Untergericht damahls jhre Endschafft vnd Richtigkeit nicht erlangt/ so ist gedachte von dem Ambtmann beschehene Verzeichnuß vnd Beschreibung der Landbräuche bey einem jeden Gerichtsvoigte gelegt/ vnd dasselbe Buch hernacher für das Landrecht vnd Gerichtbuch gehalten/ Imgleichen auch bey die Fürstliche Ertzbischoffliche Bremische Cantzley gelegt vnd allda verwahret worden/ auch klagende Geschwistere vnd Appellantinnen erzehlte Geschicht vnd das factum ipsum nicht läugnen können in Responsionibus ad art. 5. defensionalem, & in Elisivis art. 21. & seq. passim q; in actis.

145

146

Jn solchem geschriebenen Landrecht vnd Gerichtsbuch nun wird bey den Gewonheiten deß Gerichts Newenlande (worunter die allhie streitige Erbschafft ligt) von den Successions-Fällen vermeldet/ daß darauff (wie die formalia lauten) das Gerichte zum Newenlande gesaget ad art. 1. von Theilung der Elterlichen Güter/ Es sey in jhrem Gerichte gebräuchlich vnd Herkommen/ NB. daß die Brüder das Vätterliche vnd Mütterliche Erbe vnder sich theilen/ vnd die Schwestern darauß nach Freunde Recht außstewren vnnd berathen: Ad sequentes articulos; wie Schwestere vnd Brüdere vnd deren Kinder einander erben/ vnd wie die Schwert: vnd Spillmagen succediren, vnd in welchen Fällen einer dem andern fürgezogen werde/ hat sich das Gericht zum Newenlande also erklärt/ das Schwert gehe vor/ wann aber keine Mannliche Erben seyn/ so gehe es auffs nechste Blut/ Item das nechste Blut vom Schwerte geboren erbe/ vnd da kein Schwert vorhanden/ erbe die Spill das nechste Blut. Quæ omnia maioris certitudinis causa in materna lingua referre, è re visum fuit. Quin autem illa verba fœminarum in pari gradu existentium, & in specie sororum à fraterna hæreditate exclusionem, masculorumque & fratrum prælationem importent, extra omne dubium positum esse credo. Quamvis enim illa à sororum patrono in dubium refricari, obscuritatisque & ambiguitatis redargui, passim in actis deprehendam, tamen id quoad casum nostrum, sine ratione fieri, verbaque ipsa tum per se satis clara sunt, tum ex præcedentium articulorum seu interrogatoriorum coniunctione, & ex ipsa subsecuta observantia, tam manifestam declarationem accipiunt, ut nullus livore vacuus de eo titubare possit: Sicuti & ipsi Iudices primæ instantiæ in sententia sua hac in ipsa causa lata apertum de eo testimonium perhibent, attestando, Worauff von Voigten vnd Belehnten/ nach dem das Gerichtsbuch nicht zur Hand gewesen (celebrabatur enim ea vice judicium illud extraordinarium, das Beygerichte/ uti in decreto nemini non patet, extra consuetum judicii locum, qui solet esse zum Newenlande auffm Ambthauß Hagen) eingebracht/ es wehre nach dem Newenlander Landrechte gebräuchlich/ wann ein Bruder ohn Erben verstürbe/ wehren die Brüder/ als das Schwert/ die Nechsten darzu. Ita ut à verborum sensu omne dubium exulet.

147

148

Altioris vero indaginis est secundum dubium, quod circa formam & valorem illius libri & scripturæ excitatur; dumaccerrime à Sororum Aduocato contenditur, per illam Scripturam nullatenus sufficienter probari posse, talem in loco litigioso consuetudinem extare.

149

RATIONES SORORVM CONTRA CONSVETVDINIS PROBATIONEM.

PRIMO fuisse testes illos, qui Anno 81. consuetudinem talem ibi vigere asseruerint, suspectos & partiales, masculos nempe, qui successiones libenter in se deriuare, fœminasque & sorores à successionum compendiis excludere cupiuerint, sicque eorum testimonia tanquam in propria causa & in proprium commodum emissa nullius roboris esse *l. instrumenta 5. & l. exemplo. 7. C. de probat.* latissime Farinac. *quæst. 60. per tot.* maxime *num. 496. & seq.* vbi pluribus firmat, homines de vniuersitate non posse esse testes in probatione consuetudinis, quando illa consuetudo commodum & vtilitatem singulorum respectet. Quomodo & rebuff. *tract. de consuetud. artic. 2. gl. 3. n. 18.* inter requisita probandæ consuetudinis per peritos judicii recenset secundo loco, quod testes careant suspicione. Et in ipsis terminis nostris, quod videlicet masculi in consuetudinum exclusiuarum probatione sint suspecti, tangit Ioan. Meichsner. *tom. 3. decis. Camer. 14. n. 69. vers. ic.* eoque minus huic nobilium

150

151

152

bilium aſſertioni ſtandum puto, cum non ſolum in præiudicium & fraudem actricis tendat, ſed & per ſe ratione privati intereſſe non parum ſit ſuſpecta; ex quo judicialiter & extraiudicialiter conſtat, pleroſq; ex dictis nobilibus eſſe, qui conſimiles cauſas vel nunc habent, vel aliquando habituri ſunt, ideoq; ipſorum aſſertio de cõſuetudine fœminarum excluſiva propter affectionem propriii intereſſe non erit attendenda; *& n. 81. in fin.*

153 SECVNDO conſtat, iniurata teſtimonia nullam fidem mereri *l. iuriſiurandi. C. de teſtib. c. ſi teſtes. in fin. cauſ. 4. quæſt. 3.* fuſe Farinac. *quæſt. 74.*

154 *per tot.* Etiam ſi plures teſtes ſint *c. multis diſtinct.*

155 44. Farinac. *d. q. 74. n. 61.* Vnde Sigiſm. Scaccia *tract. de iudic. lib. 2. c. 8. n. 527. & ſeq. & n. 335.* tradit, judicem etiam ex officio procedentem teſtes ſine juramento examinare non poſſe, alio-

156 quin ipſorum teſtimonia vacillare. Et in terminis, debere Iudicem, cum conſuetudinis probationem à peritis aſſumere vult, à teſtibus juramentum recipere, docet Rebuff. *d. art. 2. gloſ. 3. n. 18. verſic. 8.* Et pro eo videtur eſſe textus *in Novell. 106. de naut. uſur. in princ. ibi: Convocaſſe naucleros & interrogaſſe, quæ antiqua conſuetudo fuerit, illos autem & iuſiurandum adiicientes teſtimonio perhibuiſſe, &c.* Atqui obiecta ſeniorum teſtimonia injurata ſunt: nullam ergo fidem merentur;

157 Nec etiam TERTIO ab illis ullus ſpecialis actus, in quo ita obſervatum ſit, adducitur; nec tot actus recenſentur, quot ad conſuetudinis probationem jure requiruntur. Id quod neceſſum fuiſſet *l. 1. C. quæſit long. conſuetud.* Gail. *lib. 2. obſ. 31. n. 1. & n. 7. cum ſeq.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 41. n. 7.* Bernh. Grævæus *lib. 2. obſ. 31. n. 10. &*

158 *ſeqq.* Multo minus adducuntur ab illis actus judiciales, & quod in judicio contradictorio ad minus bis pro ea judicatũ ſit Ioan. Oldendorp. *conſil. 3. n. 13. & 14. vol. 1. Marpurgenſ.* Coler. *de proceſſib. executiv. part. 1. cap. 2. nu. 35. & ſeq.* Ioan. Meichſner. *tom. 2. lib. 1. deciſ. cameral. 1. n. 2.*

159 Præterea & QUARTO aſſerunt fuiſſe teſtes illos homines ruſticos & villanos, ſtupidos & imperitos, qui requiſita conſuetudinis non intellexerint, nedum de conſuetudinis legitima introductione validum teſtimonium ferre potuerint *Nov. 90. de teſtib. c. 1. ibi: neq; viliſſimos.* Farinac. *q. 57. n. 9. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl. 1336. n. 36.* Alban. Mandell. *conſil. 577. n. 6. dicens*, conſuetudinem non probari per teſtes idiotas & imperitos, puta baſtiarios.

160 Pari modo & QVINTO aiunt quoq;, vocari & audiri debuiſſe mulieres & fœminas, in quarũ præiudicium hæc conſuetudo vergit, earumque conſenſum probandum eſſe, cum ad introducendam conſuetudinem conſenſuſe orũ, quorũ intereſt, neceſſarius ſit: Sicuti in ſpecie in materia excluſionis fœminarum cõſenſum vel tacitũ vel expreſſum requirit Ioan. Meichſner. *d. tom. 3. deciſ. 14. n. 90.* Sicq; hanc conſuetudinẽ per nudam & iniuratam incolarum aſſertionem, nullatenus in præiudicium fœminarum deſuper non auditarum legitime & ſufficienter probari.

161 SEXTO ſuffragari, quod dictæ variis defectibus coinquinatæ villanorum aſſertiones in ſcripturã coniectæ ſint, cum id factum nõ ſit à Principe, ſed privatim à privata perſona Præfecti Iohannis Werckenſtede, & ſic ſcripturam deſuper conceptam tantum privatã eſſe, nec fidem mereri *l. inſtrumenta. 5. cum duab. ſeqq. C. de probat.* effuſe Nicolaus de Paſſerib. *de privata ſcriptura lib. 1. quæſt. 3.* Zaſ. *conſil. 16. n. 39. & 40. lib. 2.* Erneſt. Cothman. *conſil. 47. n. 75. lib. 1.*

SEPTIMO illam commmiſſionem ad inquirendas & annotandas conſuetudines inferiorum judiciorum non eâ intentione & fine ab Archiepiſcopo & Statibus decretam & inſtitutam fuiſſe, quod per illam conſuetudines confirmari vel etiam probari, ſed tantò rectius reformari & aboleri poſſent; proindeq; quæ in unum finem facta ſunt, contra mentem & intentionem agentium in contrarium ſenſum retorqueri non poſſe, ſed in omni re principaliter finem, ſcopum & 162
intentionem agentium inſpiciendam & conſiderandam eſſe *l. 1. C. de condict. ind. b.* Tiraq. *in tra. ceſſante cauſa ceſſare effectum n. 1 & per tot.*

Nec etiam interveniſſe vel adeſſe OCTAVO 163
illa, quæ ad convalidandam illam redactionem in ſcripturã de jure requiſita fuiſſent; quod ſcilicet à Principe homologata ſeu approbata Rebuff. *d. tr. de conſuetu. art. 2. gl. 3. n. 3.* ſigillo munita & publicata fuerit Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. vol. 1. in fin. ad diploma Pontific. n. 28. & ſeq.*

Quinimo hanc conſuetudinem, etſi aliquo tempore viguiſſet, nullam tamen & irritã eſſe ex 164
eo, quod NONO Rei & alii incolæ cum Newen-
lande villani ſint & iuriſdictione careant, quibus nulla poteſtas talia juri communi rebellantia ſtatuta introducendi competat Zaſ. *in l. de quibus 32. à nu. 34.* Camill. Borel. *in ſumma deciſ. tit. 14. n. 12. & 16.* Bernh. Grævæus *lib. 2. obſ 127. conſiderat. 1. à nu 3.* Meichſner. *to. 3. deciſ. §4. n. 85. & ſeq.* Et ita in hiſce terminis, quod nulla Commu- 165
nitas juriſdictione carens huiuſmodi ſtatuta excluſiva, tanquam deciſionem cauſarum reſpicientia ſine Superioris authoritate cõdere poſſit; concludunt Carol. Anton. Pute. *conſil. ultimo inter conſilia Sforzæ Oddi n. 20.* poſt Bald. *conſil. 380. verſ. Item ſuper. lib. 4. & conſil. 371. lib. 5.* Corneus *conſil. 171. in fin. lib. 4.* & Socin. Iunior *conſil. 30. num. 11. lib. 2.* Quam etiam opinionem late propugnat Meichſner *tom. 3. deciſ. 14. n. 88. & aliquot præcedentibus numeris.*

Pariter & DECIMO confirmationem Princi- 166
pis deeſſe, quæ tamen ad illarum à jure deviantiũ conſuetudinum ſubſiſtentiam omnino requiratur; In tantum, ut nec generalis confirmatio hæc ſtatuta excluſiva, tanquam iniqua, comprehendat, uti in individuo inculcant Meichſner. *d. tom. 3. deciſ. 14. n. 98.* Et Rota Roman. *deciſ. 780. in princ. & nu. 6. part. 1. in nouiſſ.* & Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. 300. in fine.*

Contrariamq; à Ruſticis attentatam obſervantiam potius abuſum & corruptelam eſſe, quam legitimum uſum & conſuetudinem; proindeq; VNDECIMO non relevare, ſed illi meritò obiici poſſe: 167

Tempus longæuum te non excuſat in ævum;
Cum male ſis uſus, quia non præſcribit abuſus.

Deni-

168 Denique DVODECIMO non vniformiter obseruatam, sed fœminas sæpius etiam admissas, & sic contrariis actibus assertam consuetudinem disruptam & enervatam fuisse; ideoque ex deformi obseruantia nullam consuetudinem progenerari vel induci potuisse Dd. *in l. 2. C. quæ sit long. consuetud.* Flamin. de Rubris. *consil. 49. n. 79. vol. 2.* Francis. Beccius *consil. 7. nu. 27. lib. 1.* Simon de Prætis *consil. 43. n. 21. vol. 3.*

RATIONES DECIDENDI.

Sed totó negotio omnibusque circumstantiis diligenter ruminatis existimo, prædictis non obstantibus cõsuetudinem satis probatam esse. Siquidem PRIMO ex dicta Scriptura & libro judicii clare patet, omnes juratos, Seniores & peritos judicii ante 40. annos iussu Principis ab officiali super hac consuetudine examinatos unanimiter, neminẽ contradicente; cõtestatos esse, talem consuetudinem fœminarum exclusiuam in loco litigioso vigere; & ab antiquo in vsu & obseruantia fuisse. Per testimonia vero juratorum, Seniorumque & peritorum judicii, ita cõsuetum & ab antiquo semper obseruatum, testantium, consuetudo sufficienter & plene probatur *d. Nou. 106. de vsuris nauticis in princ. & cap. 1.* vbi elegans huius rei exemplum extat, ita vt mirer, à nullo textum hunc animadversum. Bart. *in d. l. de quibus n. 22. ff. de legib.* Rebuff. *in cõstitut. Regni Galliæ tract. de consuetud. art. 2. gl. 3. n. 6.* Wes. *in parat. ff. de legib. n. 9. versic. periti tamen & seniores* Tib. Decian. *respons. 51. n. 8. & seq. vol. 2.* Nicol Euerhardi Iunior *consil. 41. num 157. & seq. vol. 1.* & Rutger. Ruland. de commil. part. 4. lib. 3. c. 3. n. 8. vbi notat, in camera iudicatum fu- 169
isse; ad probandam consuetudinem plurimum roboris habere testimonium Scabinorum judicij testantium, ita consuetum esse. Et si consue- 170
tudo per duos vel tres testes sufficienter probari potest, *l. vbi numerus. ff. de testib.* & juxta illud: in ore duorum vel trium consistit veritas: Sicuti & docet Mascard. *de probat. conclus. 424. num. 4.* Quanto magis statuendum est, per tot Seniorũ & peritorũ, imo universi populi alicuius judicij (uti hic, da das gantze Gericht bezeugtes sey also von Alters gebräuchlich gewesen) testimonium consuetudinem sufficienter probatam esse? Imo 171
consuetudo, cuius testis est universus populus alicuius loci, non solum satis probata, sed etiam notoria dicitur Mascard. *concl. 1115. n. 4.* 172

SECVNDO constat non modo in genere scripturæ & libro officialis de publico ad cõscribendum deputati plenam fidẽ adhiberi *l. quædam. §. nummularios. ff. de edend. l. 2. C. de offic. civil. iudic.* Francisc. Menald. *cons. 24. n 7. lib. 1.* Hieron. Magonius *decis. Lucens. 53. nu. 22.* Stephan Gratian. *decis. 137. n. 3. in fin.* 173

Sed & in specie, si consuetudines scripto consignatæ seu in scripturam redactæ sint, maxime à Præfecto loci, & jussu Principis, tunc eas per scripturam & librum liquide & manifesto probari: Sicuti post Bald. *in l. 1. post princ. C. quand. fisc. vel privat.* docet Zas. *in d. l. de quibus n. 46. & seq. ff. de legib. addens*, ita sibi aliquando in practica evenisse in casu, ubi cõsuetudo succedendi in libro actorum inscripta erat; & quod consuetudo in scripturam redacta, ex illa scriptura statim probetur, tradunt Bartol. *in d. l. de quibus. num. 8. & 21.* Bald. *in l. 1. in fin. C. ad Vellejan.* Rebuff. *d. tra. de consuetud. art. 2. gl. 3. n. 3. & 6.* Sigismund. Scaccia. *de iudic. lib. 2. cap. 8. n. 339. ubi dicit*, consuetudinem in scriptis redactam habere permanentiam evidentem, & esse notoriam, nec alia 174
probatione egere *Parthen.* Lotigios. *lib. 2. cap. 11. num. 12.* Martin Laudens. *de feud. in proœm. n. 4.* Præposit. *n. 5.* Riminald. Senior *consil. 287. n. 18.* Riminald. Iunior *consil. 6. n. 32.* Zas. *in l. moribus. §. substituere. nu. 8. ff. de vulg. & pupill.* & Guil. Benedict. *in c. Raynutius verb. & vxorẽ part. 1. n. 38. & seq.* Si *(inquit)* consuetudo in scripturã 175
redacta est, tunc sufficienter per solam scripturã probaretur, attestãdo, ita Tholosæ & multis alijs in locis consuetudines in scripturã redactas esse. 176

Quomodo etiam Chassanæus *ad consuet. Burgund. in proœm. verb. consuetudinum. n. 22.* dicit: 177
Si consuetudines, quibus populus longo tempore usus sit, in scripturam redigantur, tunc eas, tanquam notorias, non indigere probatione *arg. l. contrahitur. 4. ff. de pignorib. & hypothec. ibi: fiunt autem de his scripturæ, ut quod actum est facilius probari possit.* Idem tenet Iacobin. de S. Georg. *in d. l. de quibus. ff. de legib.* in ijsdem consuetudinibus Burgundiæ loquens. Hinc Curtius 178
in tract. de feud. q. 1. n. 12. & 13. dicit: Si consuetudines in scripturã redactæ sint, tunc ad probandum, quod adsit talis consuetudo, non esse opus alia probatione. Cõsentit Balduin. *in §. fine scripto Instit. de iur. nat. gent. & civ.* ubi refert; Carolum 179
VII. Galliæ Regem consimiliter suo tempore, omnium sui regni provinciarum consuetudines conscribi, & ad Senatum referri jussisse, inferens ex tali reductione in scripturam consuetudines satis probari. Cum quo transit Pirrhus *in consuetud. Aurel. in præfat.* Id quod etiam voluit Cyn. 180
in l. 2. quæst. 2. C. quæ sit long. consuetud. subiungens, ita suo tempore, & se assessore consuetudines urbis Romæ in scripturam redactas esse: Sentitque idem haud obscure Wesembec *d. tit. de legib. n. 9. vers. & probatur*; & Conrad. Schleiff. *in notis ad parat. Wes. n. 38.* Idque etiam Domini 181
Camerales probarunt in causa relata ab Adriano Gylmannno *decis. 6. num. 182. & seq. l. 1.* dum concludunt, quod cõsuetudo, qua usus fuit populus longo tempore, redacta est in scripturam, tunc eam tanquam notoriam non indigere probatione: Id quod nullum omnino dubium recipit, si redactio in scripturam jussu Principis vel Magistratus facta sit; tunc enim non secus, ac leges scriptæ, servandæ sunt Treutler. *part. 1. disputat. 1. thes. 9. lit. g.* & Dd. *dd. ll.* Id quod etiam 182
in terminis conscriptionis consuetudinum feudalium annotat Afflict. *in prælud feud. n. 14.* Imo non desunt, qui statuant, consuetudinem scripto jussu Principis consignatam, consuetudinem esse desinere, & esse jus scriptum Wes. *in d. tit. de legib. n. 5. & 6.* 183

Atqui hic officiali publico, Præfecto scilicet loci à Principe iniunctum erat, vt de consuetudinibus à senioribus & peritis judiciorum non modo informationem suscipere, sed etiam eas scripto consignare deberet: Ergo ex tali jussu 184

Principis facta examinatione & redactione in ſcripturã hęc noſtracõſuetudoliquidoprobatur

185 Maxime cum dicta ſcriptura & liber TERTIO tam in Cancellariam & Archivum Principis, quam apud judicia penes cujuſvis judicij Scabinos & aſſeſſores (bey den Voigteneines jeden Gerichts) repoſitus, & in illis locis publicis, & apud judicia, aſſervatus ſit, uti Actores haud inveroſimiliter contendunt, & hac juris præſumptione muniunt, quod ex

186 longiſſimi temporis lapſu decretum, juſſus & conſenſus Principis aliæque extrinſecæ ſolennitates interveniſſe præſumantur Gail. *libr. 2. obſ. 71. numer. 9. & ſeq.* Et in ſpecie, quod ſtatu-

187 tum, ſi penes judicium vel in volumine ſtatutorum reperiatur, præſumatur ſolenniter receptum & juſſu Magiſtratus inſcriptum, & apud Iudicium depoſitum, inſinuant Ioan. Vincent. Hondedæus *conſil. 4. num. 90. & ſeq. vol. 1.* Auguſtin. Berous *conſil. 173. num. 54. & ſeq. lib. 1.*

188 Vel ſaltem ſciente & patiente Principe aſſervatus & in hunc uſque diem cuſtoditus fuerit, ſicuti in ſpecie firmant Ludovic. Morot. *conſil. 34. num. 1. &* Guil. Benedict. *in d. c. Raimutius. verb. Et vxorem. part. 1. n. 40. de teſtament.* Quod

189 ſi enim ſcripturæ privatæ in archivo vel publico loco, vel penes judicium cuſtoditæ & repertæ plena fides adhibetur *l. cenſus. ff. de probat. Auth. ad hæc. C. de fid. inſtrument. l. exemplo. C. de probat.* Canoniſtæ *in cap. 2. de fide inſtrument.* Cravetta *conſil. 274. num. 6.* Menoch. *conſil. 395. num. 63.* Franc. Marcus *deciſ. 419. part. 2.* Cache-

190 ran. *deciſ. 69. num. 5. & ſeq.* maxime, ſi antiqua ſit, & per longiſſimi temporis ſpacium ita publice cuſtodita fuerit Nicol. de Paſſerib. *de privata*

191 *ſcriptura lib. 1. q. 3. num. 6.* quia locus publicus dat robur ſcripturæ, etiam non authenticæ Maſcard. *deprobat. concl. 1111. num. 10.* Quo pertinent notata Crauettæ *in tract. de antiquit. tempor. part. 1. §. Quarto limita num. 14. & ſeq.* docentis, ſcripturam privatam longo tempore pro publica obſervatam plene probare, & cenſeri pro publica obſervatam, quando ſæpius in judicio producta, & publice habita & cuſtodita

192 fuit. Quanto magis huic Scripturæ ab Officiali publice ad hoc deputato conſcriptæ & in publicis locis, archivo nempe Principis & penes judicia repertæ plena fides adhibenda erit, maxime cum per longiſſimi temporis ſpacium in iis aſſervata fuerit?

Accedit & QVARTO, quod hæc ſcriptura per ſubſecutam longiſſimi temporis, & plus quam 40. annorum, patientiam & obſervantiam ſi non expreſſe, ſaltem tacite à Principe corroborata & confirmata fuit, ſicuti ex mox deducendis pluribus patebit. Nam ſi ad pro-

193 bandam conſuetudinem ſufficit, ſi ea vel ab uno Doctore Zaſ. *in d. l. de quibus. n. 47. ff. de legib.* vel ab aliis privatis in ſcripturam redacta, & exinde per ſubſecutam patientiam longiſſimi temporis tacite à Principe confirmata ſit, docentibus gloſ. *in l. qui enim. ff. rem rat. haber.* Curt. *de feud. quæſt. 1, n. 9. & ſeq.* eiuſque rei manifeſtum exemplum

194 in conſuetudinibus feudalibus habemus: Licet enim illæ conſuetudines initio per priuatos homines Obertum de Orto & Gerhardum ſcripto conſignatæ eſſent, tamen ex quo poſtmodũ per Imperatores per longiſſimi temporis ſpaciũ toleratæ & ſic tacitè confirmatæ ſint, perinde probant, ac ſi ab Impp. expreſſe ab initio vel latæ vel in ſcripturam redactæ eſſent, docente Sonsbec. *de feud. part. 1. n. 23.* Curt. *d. q. 1. n. 9. &* 10. Schrader. *de feud. part. 1. quæſt. 1.* Quanto magis idem locum habebit in noſtro caſu, ubi à publico officiali & præfecto loci juſſu Principis ſcripto conſignatæ, & à Principe per ſubſecutam longiſſimi temporis patientiam nedum tacite, ſed etiam ipſo facto expreſſe confirmatæ ſunt.

QVINTO quod dictus liber etiam à populo 195
judiciiq; juratis & ſenioribus, nec non ipſis præfectis & officialibus Principis approbatus, pro jure provinciali (für das Landgerichte vnd Gerichtsbuch) habitus, & ſecundum illum in judiciis pronunciatum fuerit; ſicuti ex Actis paſſim adparet. Quod ſi igitur redactio conſuetudinũ 196
feudalium in ſcripturam, licet primum à privatis facta ſit, ob inde quod poſtmodum per longiſſimi temporis obſervantiam comprobata & pro certo jure conſuetudinario habita fuerit, plene conſuetudines feudales probat Henric. à Roſenthal *de feud. ca. 1. concluſ. 5. in fin.* Curt. Iun. *de feud. q. 1. nu. 9. & ſeq.* quod ſi in terminis diſpoſitionis 197
ab initio nõ omnino ſolenniter factæ omnis defectus per ſubſecutam obſervantiam & patientiam ſuppletur teſte Iaſone *conſil. 161. col 4. lib. 2.* quod ſi libro ſtatutorum, licet ab initio minus 198
ſolenniter conſcripto, ob longi temporis obſervantiam fides adhibetur, uti firmarunt Canoniſtæ *in c. 1 diſtinct. 19.* ubi Geminian. *n. 2. de priuileg. in 6.* Anton. Sola. *in Conſtitut. Sabaud. in proœm. gl. 4. n. 1.* Fulv. Pacian. *lib. 1. de probat. c. 52. n. 19.* Ludovic. Morot. *conſ. 33. n. 2. & ſeq.* Horat. Carpan. *ad Stat. Mediolan. vol. 1. pag ultima ad Diploma Pontificis n. 26.* Crauetta *conſi. 425.* Aldovin. *conſil. 100. n. 38.* Menoch. *conſ. 324. nu. 13.* Et de reformatione ſtatutorum loquens Ioan. Vincentius Hondedæus *conſil. 4. n. 92. & ſeq. vol. 1.* Quanto 199
magis hic ſtatuendum, libroq; conſuetudinum provincialium ab initio juſſu Principis conſcripto, & per ſubſecutam longiſſimi temporis obſervantiam pro jure provinciali habito plena fides abſq; ulla titubatione tribuenda erit? Sicuti de libro ſtatutorum, vel conſuetudinum quidẽ ab initio minus ſolenniter recepto, at per longũ tempus pro authentico à ſubditis habito tradunt Ioſeph. Ludovici *in commun. concluſ. c. 29. n. 66.* Cravetta *de antiquit. tempor. p. 1. §. vidimus. nu. 37.* Lodov. Morot. *conſi. 34. n. 1.* Ioan. Meichſner. *tom. 2. lib. 2. deciſ. 4. n. 64. fol. 244. & ſeqq.*

Eaque omnia tanto magis preſenti in caſu locum inueniunt, quod SEXTO in antiquiſſimæ & immemorialis conſuetudinis probatione 200
verſemur, (ſicuti cum ex aliis tum ex eo adparet, quod Anno 1281. iurati & Seniores teſtati ſunt, jam tunc ita ab antiquo conſuetum fuiſſe) quo caſu etiam leuiores & minus ſolennes probationes admittuntur & ſufficiunt, vti in ſpecie notant Curt. Iunior. *d. q. 1. de. feud. n. 14. verſ. & iſtud.* Mandel. *conſil. 83. n. 8.*

Vlterius SEPTIMO hanc ſententiam ſum- 201
mopere

mopere, juvat quod Archiepiscopus Ioh. Adolphus in sachen Heberich vnd Nipperich Barnefeldt Geschwistern eins/contra Olger vñ Clauß Gebrüder von Barnefeldt/ anders theils/ hunc librum pro iure cõsuetudinario Cameræ Imperiali edidit & transmisit, Nam cum in illa causa, vbi similiter inter partes ignobiles & in vicino ac sub hac eadem præfectura (dem Ambt Hagen) sito pago, de consuetudine fœminarum exclusiua lis incideret & quid in illis vicinis iudiciis iuris consuetudinarii esset, disceptaretur, Princepsque ad edendum ius consuetudinarium requisitus esset, Extractum ex sæpe dicto Anno 1581. conscripto libro consuetudinum Cameræ non modo An. 1593. 30. Iulii edidit, & transmisit, sed etiã expresse addidit & testatus est daß es in den Gerichten Rechtenflete/ Oberstade vnd Sandstade/ vicinissimis nostro iudicio in Successiõn vnd Erbfällen also obseruirt vnd gehalten werde/ sicuti illorũ testimonialium originale proculdubio adhuc in dicta causa exstat, eiusq; exemplar, quod post conclusionẽ ad manus appellantium peruenit, sub finem huius consilii adiicitur. Id quod manifestissimum huius
202 scripturæ & libri comprobationem arguit & inducit. Nam si vel liber ille nullius existimationis fuisset, vel consuetudines illæ in vicinis judiciis non viguissent, vel saltem à Principe in dubium revocatæ & improbatæ fuissent, certe tantus Princeps summo huic & Cæsaris personam repræsentanti Tribunali librum illum pro jure prouinciali & consuetudinario nunquam obtulisset, multoque minus insuper de observantia & vsu illius iuris & consuetudinis testimonium perhibuisset, nec bona fide offerre vel
203 attestari potuisset. Cum vero illum pro tali edat, transmittat & ita obseruari testetur, per illam editionem & attestationem Principis & Magistratus ordinarii consuetudo satis superque probatur, vti in individuo notant Ludovic. *Morat. consil. 34. n. 16. versic. Sexto in Actis extat attestatio generalis* Rutger. Ruland. *de commiss. d. p. 4. lib. 3. cap. 3. n. 8.* vbi addit in Camera iudicatum fuisse, plurimum roboris ad docendam consuetudinem habere testimoniales Scabinorum judicij. Wes. *in parat. ff. de legib.* & inter decisiones Meichsneri *tom. 3. decis. 14. nu. 5. & seq. & num. 188.* quamuis ipse Meichsnerus *num. 59.* contra-
204 rium defendere frustra conetur.

Testimonio siquidem Principis plena fides tribuenda, maxime in causa judiciali Superiori in vim probationis transmissa Clem. 1. *de probat. c. quinque ibi, testimonium cauſ. 11. q. 1. c. cum à nobis. de testib.* Guid Papa *singul. 820.* Carol. Ruin.
205 *consil. 31. n. 9. vol. 1.* Idque non solum obtinet in Imperatore Summo Principe, sed etiã in aliis Superiorem recognoscentibus Ioachim. Beust. *in l. admonendi n. 784. & 787. ff. de iureiurand.* Cra-
206 uetta *de antiq. temp. p. 1. sect. propositum. num. 1.* Farinac. *q. 63. num. 88. & seq.* maxime, cum de antiquis agitur Farinac. *n. 107.* & *seq.* & de quibus Princeps bene informatus est, *n. 110.* Quod si enim statuit literis judicii testimonialibus *c. post cessionem. 7. extr. de probat. l. si publicanus. 4. §. 2. ff. de publican.* Quanto magis Principis? Farinac. *d. q. 63. n. 86.*

Nec quicquam releuat, quod actores regerunt (1) editam esse illam scripturam & librum 207
citra approbationem, in ea, qua reperiebatur, qualitate, validitate & inualiditate; (2) deinde nec in illis testimonialibus de editione juris prouincialis quicquam de consuetudinibus nostri judicii actum, dictum vel insertum, sed tantum de consuetudine vicinorũ iudiciorum illic tractatum & testimonium datum fuisse. Primum siquidem ex ipsis testimonialibus aperte refutatur, dum ex ijs elucet, extractum illum ex sæpe dicto libro desumptum nequaquã cum obiecta exceptione & reseruatione, quod liber ille inualidus sit, controuersiam ve patiatur, sed, tanquam certum jus consuetudinarium & provinciale (Landtrecht) continentem, editum.

Imo insuper Octavo etiam additum fuisse testimonium, ita in judiciis obseruari & teneri, ibi: fügen einem jeden hiemit zu wissen/ daß es in vnsern Gerichten Rechtenflete/ Osterstat vnd Sandtstade in successiõn vnd Erbfällen/ wie es hernacher folget/ gehalten würd/ im Gericht Rechtenflet ist gebräuchlich/ &c. ne quid interim dicam de eo, ad euertendam hanc obiectionem sufficere, si vel simpliciter editio facta esset. 208
Scripturam enim, quam quis judicialiter edit & exhibet sine exceptione, improbatione seu impugnatione, eam approbare censetur Mascard. *de probat. conel. 915. n. 1. & per tot.* Et paria sunt, non contradicere vel approbare Mascard. *conel. 121. insin.* aliasque seduxisset Cameram, si scripturam, quam inualidam & irritam duxisset, sine admonitione defectus pro valida & legitima transmisisset. Deinde licet in illa causa, vbi nulla de judicio Newland controuersia erat, nulla quoque specialis editio facta sit, eius juris consuetudinarii, quod eo in iudicio viget, tamen ex quo in eodem libro, & in vna eademque scriptura non modo consuetudines dictorum aliorũ iudiciorum in Rechtenflet/ Osterstadt vnnd Sandtfelde/ sed etiam huius nostri judicii im Newenlande comprehensæ, eodemque modo in scripturam redactę sint, necessario sequitur, si liber ille seu scriptura illa valida, & ad probandam consuetudinem duorum vel trium judiciorum, sufficiens est, esse quoque validam & sufficientem ad probandam consuetudinem in quarto loco, im Newenlande/ cum fides, quæ adhibetur scripturę, indiuidua sit *l. 1. C. de eden.* 210
c. 2. de fide instrum. Steph. Oliuar. Razzalius *decis. 384. n. 3.* Carol. Molinæus *in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gl. 1. n. 19.* Maxime qando de forma & authoritate libri tractatur; Et quod juris est in vna 211
alterave parte seu specie, idem etiam in aliis juris esse necesse sit, maxime, cum vnum ex judiciis illis nominatis, nempe iudicium in Rechtenflete eodem iure consuetudinario, quo nostrum judicium im Newenlande hoc casu utatur. Vnde & in prima sententia in hac causa lata duo illa iudicia coniunguntur, ita vt dum vno in loco probatur, etiam altero in loco nõ possit nõ esse.

Nono ad prædictam Principis attestationem 212
& editionem secundum hunc librum & jus consuetudinarium ista in causa per Cameram sine vlla testium examinatione judicatum exstitit:

Sicuti

Scuti in Actis ſecundæ inſtantiæ per produ-
ctionem ſententiæ ab ipſis ſororibus demon-
ſtratum fuit; Sicque hunc librum etiam hoc
Auguſtiſſimum Iudicium pro ſufficienti pro-
batione habuit & agnouit, nec vlteriori teſtium
examinatione opus eſſe cenſuit. Quare procul-
dubio idem & nunc noſtro in caſu judicaturi
ſunt Domini Aſſeſſores, quibus iniunctum eſſe
neà veſtigiis prædeceſſorum & rerum judicata-
rum facile recedant, ſed potius iis inſiſtant & in
21. hæreant in Receſſu Imperii. Quemadmodum &
jure communi exemplis rerum judicatarum
conſuetudinem ſufficienter probari conſtat
VVes. *in parat. de legit. n. 9.*

214 Decimo hæc conſuetudo haud parum ſta-
bilitur per conſtitutionem ab Archiepiſcopo
Chriſtophoro Anno 1547. promulgatam, in
deme S. F. Gn. darin vermelden/ nach dem ſie
befunden/ daß an etlichen Oertern jhres Ertzſtiffts
Bremen / ſonderlich in etlichen Gerichten deß
Ambts Stotel (ſo eben in dieſem diſtrict nechſt
am Ambt Hagen vnd Newenlande gelegen / wie
für ſich notorium vnd in duplicis von Elegern
geſtanden wird) vber viel hundert Jahren zurich-
ten vnnd recht gebräuchlich alſo befunden vnnd
ſonder Widerred in Rechten geurtheilet/ daß die
Güter an die nechſte Schwertmagen fallen/ die
Frawens-Perſonen aber / als die Spille derſel-
ben nicht vehig ſeyn noch erben mügen/ aber doch
nach der Gerichte Gelegenheit eine Abſtewr be-
kommen/ wie ſolches in jedem Gerichte herbracht/
So erfahren S. F. Gn. mit Mißgefallen / daß
gegen ſolche herbrachte Gebräuche in etlichen
Oertern geurtheilet werden wollen/ vñ herredero-
halben cum conſenſu Capituli Cathedralis Ec-
cleſiæ dahin geſchloſſen / daß alle ſolche contra
conſuetudinem angemaſſete Vrtheil / darinn
dem Schwert die Güter ab: vnd der Spille zu-
erkant/ caſſirt ſeyn ſollen / vnd befehlen darauff
allen Ambtleuten/ Richtern vnd Vnderthanen/
daß ſie nach dem alten Gebrauch in den Gerich-
ten ſprechen vnd erkennen ſollen/ biß S. F. Gn.
ſich ein anders mit Keyſerl. Mayt. vergleichen
würden. Quamvis autem relata conſtitutio
ſpecialem noſtri loci mentionem non faciat, ta-
men non modo proxime adiacentium, & vici-
norum locorum meminit, unde haud levis præ-
215 ſumptio emergit, eoſdem mores & conſuetudi-
nes inter vicinos vigere C. *ſuper ibi: quod in vici-
nis extra de cenſib. C. cum olim. extra de conſuetud.*
Matth. Weſemb. *conſil. 139. n. 137. lib. 3.*

Sed etiam in genere additur, S. F. Gn. het-
ten befunden / daß in etlichen Oertern deß Ertz-
ſtiffts / ſonderlich im Ambt Stotel dergleichen
conſuetudines excluſivæ über viel hundert Jahr
gebräuchlich geweſen / vnd werden darauff ins
gemein alle contra tales ubicunq; loci vigentes
conſuetudines gefällete Vrtheil annulliret/ auch
allen Ambtleuten vnd Gerichten / wo ſie auch be-
legen/ anbefohlen/ ſolche Gebräuche in iudiciis zu
216 obſerviren vnd darnach zu vrtheilen / ita ut hæc
conſtitutio nequaquam ad ſola nominatim ex-
preſſa reſtringi queat, Sed etiam ad alia loca ſe
extendat & ſub dictis generalib. verbis, ſine du-
bio & noſtrum vicinum judiciũ comprehendat.

Nec moror, quod Actores memoratam cõ-
ſtitutionem vel in obſeruantiam nunquam ve-
niſſe, vel in deſuetudinem abijſſe obganniant, 217
cum contrarium non modo ipſo jure ipſa præ-
ſummatur *l. Ariani. C. de hæret. l. 8. ff. de iurejur.*
late Anton. Sola *in cõſtit. Sabaud. in proœm. gl. 4. n.*
46. *& ſeq.* Ludo. Morot. *conſil. 34. n. 3.* Menoch.
conſil. 75. n. 14. lib. 1. Gozadin. *conſil. 16. n. 16.*
Cephal. *conſ. l. 515. n. 23. lib. 4.*

Sed etiam aperte à Reis demonſtretur tam
ex ſententia in cauſſa Annen Hacken contra Ei-
mer Hacken promulgata & à reis in ſecunda in-
ſtantia ſublit. D. orriginabiliter producta, quam
ex teſtimonialibus ab Archiepiſcopo Henrico 218
Anno 1577 in cauſſa Weihen contra Klencken
& Mandelßlohe/ editis & ad Cameram tiãſmiſſis
ibi es ſey vnleugbarlich andeme/ dz ſie im Anfang
jhrer Regirung gemelte Conſtitution Chriſto-
phori vor ſich befunden / darnach ſey es ſtets ge-
halten / auch bey Ertzbiſchoffs ſucceſſoris Ertz-
biſchoffs Georgen Zeiten vnd ſein Ertzbiſchoffs
Henrichs Regierung in viridi obſeruantia cõ-
tinuiret vnd ſtets darnach geurtheilt/ Sicuti &
illa ipſa conſtitutio Chriſtophori in prædicta
alia cauſſa Barnefelt contra Barneflet teſti-
monialibus Archiepiſcopi Iohannis Adolphi
denuo de verbo ad verbum incerta, & tanquam
inuiridi obſeruantia vigens conſtitutio edita fu-
it, Id quod reuerendiſſimus Princeps cum cõ-
ſuetudinum & obſeruantiæ Epiſcopatus peri-
tis conſiliariis nunquam, facturus fuiſſet,
ſi eam vel nunquam in obſeruantiam ve-
niſſe vel plane in deſvetudinem abijſſe ſciuiſſet
Neque inobſeruantia aut deſuetudo illius cõ- 219
ſtitutionis Chriſtophorianæ, vel ex Reorum
confeſſione, vel allegato contrario præiudicio
in Sachen Tien contra Tien inferri poteſt.
Nam arreptam & ex Exceptionibus Reorum
12. Auguſti Anno 1616. productis detortam
confeſſionem quod attinet, ea ſane valde modi-
ficata & ad alios caſus reſtricta eſt, contrarium-
que quantum noſtrum concernit, aperte conti-
net, vti verba clare demonſtrant. Sic enim ſo-
nant, dann ob wol nicht ohne/ daß in ſelbiger cõ-
ſtitution etliche exorbitirende puncten mit vn-
terlauffen/ welche auch dahero nicht zur Obſer-
vanz kommen/ ſonderlich in deme/ daß nit allein
proximiores agnati filiabus excluſis, ſondern
auch deficientibus agnatis Fiſcus ſuccediren,
filiaſque excludiren ſoll/ So folgt doch darumb
ſo gar nicht/ daß ſolche conſtitutio durchauß vnd
ſpecifice in hoc noſtro themate irrationalis vnd
nichtig zu achte/ daß auch allgemeine Stände vñ
ein hochlöblich Keyſerlich Cammergericht ſelbſt
ſecundum illam pro agnatis contra fœminas in
linea collaterali außgeſprochen/ quæ confeſſio
quantũ ſororibus proficiat, cuilibet obviam eſt.

Similiter parum ſtringit contra noſtrum ca-
ſum allegatum præiudicium in cauſa Tien, nam 220
in illo caſu agnatus in remotiori gradu conſti-
tutus fœminas excludere ſatagebat, quod ipſi
per ſententiam tandem denegatum abiudica-
tumque fuit: id que tam ea de cauſſa, quod non
adpareret ſatis de conſuetudine & obſeruantia
in Viehe (vti innuit Decretum Lit. C. inter

Actri-

Actricum Documenta signatum) & quod aliæ singulares causæ circumstantiæ concurrerent, sicuti formalia sententia indicant, ibi: auch Erwegung anderer dieser Vmbstände; sicque hoc præjudicium nostro themati nihil derogat deducendis luculentius patebit.

121 DECIMO consuetudini fulcrum præbent modo dictæ in Actis prioribus sub lit. L. à Reis productæ literæ testimoniales ab Archiepiscopo Henrico huic imperiali judicio in causa Weyhen contra Klencken vnd Mandeßlohe editæ & Anno 1577. ad Cameram transmissæ. Nam in illis similiter testatur Princeps, daß es vnlaugbarlich an deme sey/ daß sie zu Anfang jhrer Regierungeine von Ertzbischoff Christoffen im Jahr 1547. mit einhelligem Rath vnd Bedencken eines Ehrw. Thumb Capituls auffgerichteter Constitution (welches eben dieselbe ist/ darvon hieroben Meldung gethan/) vor sich gefunden/ dero einvorleibt/ wie es mit der Succession in den Erbstammgütern je vnd alleweg gehalten worden sey/ vnnd auch hinfürter gehalten werden solle / inmassen dann auch dieselbe / von Worten zu Worten denselben testimoniale inserirt, vnd nach deren Endigung weiters hinzugesetzt/ daß Jhre F. Gn. auß vielen Fällen vnnd Sachen befunden / daß es vor deroselben Zeit dermassen gehaltē/ hernacher auch also bey Ertzbischoff Christophori, nachfolgendes Ertzbischoff Georgens Zeiten/ vnd fürters bey Ertzbischoffen Henrichs Regierung nicht anders in contradictorio judicio im Ertzstifft Bremen in continua & viridi observantia gehalten/ vnd allzeit am Hoff vnd Landgerichten also erkent/ vnd gesprochen worden/ vnd dann Jhre F. Gn. schuldig/ das Recht vnd die Warheit zu befürdern/ so hetten Sie solche Kundschafft vnd Zeugnussen
222 den Klägern nicht verweigern können.

Ex quibus toties repetitis & ingeminatis, judicialiterque Superiori in vim probandi editis & abillustrissimis & Reuerendissimis Principibus testibus omni exceptione maioribus emissis attestationibus huius consuetudinis existentia satis aperte & dilucide in lucem prodit.

223 Nec authotitatem carum offuscat, quod actrices eas sub & obreptitie Procuratas & emendicatas, sicque nullius roboris asserant, sicuti in simili causa exclusiua similes testimoniales principis eneruat Ioan. Meichsner. *d. tom. 3. decis. 14. n. 68. & seq.* Cum sub & obreptio non modo nō præsumatur, sed ne quidem maxime quoad terminos thematis nostri doceatur; imo contrarium ex iteratis Principum attestationibus &
224 tot hacce causa eluceat.

VNDECIMO ipsa in hac causa per judices primæ instantiæ promulgata sententia, quæ juxta ipsius & aliorum judiciorum receptum morem non modo à juratis, sed à toto populo cōcipi & ferri solet (darüber neben Voigten vnnd Belehnten alle Gerichtsleute außtreiten vnd die Vrtheil finden) manifestum omnium juratorum & judicio subjectorum testimonium comprehendit, talem illo in loco consuetudinem receptam esse, in deme sie in der Vrtheil einbringen/ es sey nach dem Newlander vnd Rechtenstetter Landrecht gebräuchlich/ daß/ wann ein Bruder ohn Leibs Erben verstirbt/ die Brüder als das Schwert/ erben. Quę pronunciatio & attestatio totius judicii in sententia facta, quod nempe talis in judicio illo consuetudo fœminarum exclusiua vrgeat, haud parum consuetudinem confirmat, juxta Zasium *in d. l. de quibus. 32. n. 49. ff. de legib.* Si (*inquit*) iudex ita vel aliter consuetum esse pronunciet, vel causam suæ sententiæ in consuetudine fundet, ea pronunciatio, etiamsi sola sit, probat consuetudinem, quia præsumptio restitudinis & justitiæ stet pro judice & sententia Alexand. *consil. 136. n. 13. lib. 2.* 225 226

Quinimo ipsæ Actrices DVODECIMO 227 proprio suo testimonio, actu & facto ipsi harum consuetudinum indubitatum existentiam apertissime agnouerunt & comprobarunt, dum & à paterna & à materna imo & fraterna, nempe in Austria defuncti fratris Oltheri (de quo in libello huius instantiæ art. 111. & seqq.) hæreditate se vi huius consuetudinis excludi passæ sunt, illasque fratribus reliquerunt, nulla super consuetudine, quasiue illa non existet, aut prius vlterius probanda sit, lite vel controversia mota; ex quo haud obscure clarescit, eas jam tunc in conscientia conuictas fuisse, tales consuetudines hic notorie exstare, Sicque idem nunc & in terminis leuioribus contra conscientiam & per meram calumniam in dubium vocare.

Nulla siquidem firmior probatio est, quam 228 propria aduersarii confessio, quæ non verbis modo, sed & actu ipsoque facto fit *l. non tantum verbis. §. c. rem rat. haber.* Imo fortior est illa, quæ facto ipso, quam quæ nudis verbis fit: Et nimis inuerecundum est, quem id, quod semel palam confessus est & agnouit, in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere velle *l. generaliter. 3. C. de non numer. pecun.* 229

Concludo itaque per supradicta, allegatam consuetudinem hic sufficienter probatam esse. Idque adhuc dilucidius ex confutatione contrariorum quæ his ita subsstratis & firmatis per se concidunt, patebit.

CONFUTATIO OBJECTORUM.

NAm quod primo contra attestationes juratorum & Seniorum iudicii ingeritur, eorū, vt masculorum, testimonia valde suspecta esse, id plane siculneum est. Primo etenim is, qui aliquem testem suspectum arguit, causam suspicionis adesse, & in eo extare probare tenetur *c. secundo requiris. 41. §. tertio. c. cum speciali. 61. extr. de appellat.* At hic nequaquam probatum est, ullum, multo minus plures ex deponentibus similes causas illo tempore habuisse, vel stante fœminarum consuetudine exclusiua alicuius hæreditatis lucellū sperasse. Non probata itaque suspicionis causa frustra ex eo capite testimonia suspecti arguuntur. Posito vero casu, talem vni 230 vel alteri spem præfulsisse, non tamen (2) propterea aliorum testimonia reprobari possent, sed illa in suo vigore manerent, consuetudinemque nihilominus probarent, cum consuetudo per tres vel quatuor testes probari queat, sicuti paulo ante deductum fuit. 231 232

Accedit

233 Accedit (3) quodſi fuerunt quidam, qui ab excluſione fœminarum lucrum ſperarint, deceſſe non potuerit, quin & vice verſa multi exſtiterint, quibus è contra tam ex linea materna, omnibuſque cognatis, quam ratione vxorum, earumque parentum, avorum, fratrum & aliorũ conſanguineorum hæreditates ſperandæ, & ſic magna incommoda & damna per excluſiones fœminarum metuenda fuerint, qui alijs lucrum è fœminarum excluſione exſpectantibus contradicturi ſeque oppoſituri fuiſſent, niſi ita ab antiqvo uſitatum & obſeruatum fuiſſe ſciuiſſent & agnouiſſent.

234 (4) Notum eſt, tam in genere teſtes, quibus non principaliter & directo, ſed ſecundario aliquid commodi ex conſuetudine accedere poteſt, ad conſuetudinis probationem admitti. Maſcard. *de probat. concl.* 424. *n.* 59. quam etiam in Specie conſuetudinem loci probari poſſe per eos, qui in loco vivunt, etiamſi aliquo modo negocium eos tangat, eorumque intereſſe ſubſit; ſicuti oſtendit Tiber. Decian. *reſpons.* 124. *n.* 23. *vol.* 3.

235 Et ſi contrarium ſtatueremus (5) nulla fere conſuetudo circa ſucceſſiones probari poſſet, non per incolas, ob prætenſam ex aduerſo ſuſpicionem, nõ per extraneos, quia illi certam omnium notitiam non habebunt, quare hoc, tanquam abſurdum, minime admittendum con-

236 trariumq; (6) tam ipſe Archiepiſcopus Bremenſis, quam Ordines ſenſerunt, & exiſtimarunt, per incolas cuiuſcunque loci omnium optime conſuetudines loci probari poſſe, dum Anno 1581. horum juratorum examinationem inſtituerunt. Vnde & elucet, non obeſſe id, quod tradit Farinac. *q.* 60. *n.* 495. quod ſcilicet non admittantur teſtes de vniuerſitate, ad probandam conſuetudinem, quæ ſingulorum vtilitatem reſpicit. Nam nos in tali caſu non verſamur, ex quo hæc conſuetudo non in omnium & ſingulorum de vniuerſitate commodum; ſed in multorum diſpendium, damnumque vergit; Iudexque vel Magiſtratus, qui aliquos teſtes nominat, & examinari jubet, eorum perſonam comprobat, & pro legitimis teſtibus agnoſcit *c. cum inter. extr. de except.*

237 Similis farinæ eſt, quod ſecundo loco objicitur, juratorum illorum, Seniorumque & peritorum aſſertiones de conſuetudine ob id; quod nullo iuramento confirmatæ fuerint, irritas eſſe. Nam ne quid dicamus de eo, quod pars illorum, nempe die geſchworne Voigt vnd Belehnte juramento Principi & iudicio obſtricti fuerint, communiſſimo Dd. calculo approbata opinio eſt eo caſu, quando judex per mõdũ inquiſitionis & informationis ad indaginem alicuius conſuetudinis à populo introductæ

238 procedit, (vti noſtro caſu factum) conſuetudinem probari per teſtes etiam ſine iuramento receptos *Iaſ. in l. admonendi. n.* 220. *& ſeq ff de iureiur.* Felin. *in c. tuis. n.* 2. *ibique Abb. in* 1. *notabili de teſtib.* Sicuti euincunt Sigiſinun. Scaccia de *judic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 574. *& num.* 325. Ioan. Bapt. Aſinius *in pract. iudic.* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 18. *& limit* 39. *in fin.* Gozadin. *conſil.* 101. *n.* 27. *vers.* 13. Lancellot. Conrad. *de offic. Prætor. tit. de teſtib. n.* 9. Iohan. Crot. *de teſtib. part.* 3. *n.* 9. Maſcard. *de probat. concl.* 424. *n.* 7. 8. 17. *& concl.* 1362. *n.* 14. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 74. *n.* 105. *& ſeq.* Quia illo in caſu ſine figura & ſtrepitu judicii, de ſimplici & plano procedere licet, & ſic tam præciſe iuramento opus non eſt Farinac. & Scaccia *dd. locc.* Idque tanto magis noſtro in caſu ſtatuendum, 239 vbi teſtimonia illa ante longiſſimum temporis ſpacium recepta, & exinde in conſuetudines in ſcripturam redactæ, apud iudicia depoſitæ, & prolibro & iure conſuetudinario per 20. 30. 40 240 & plures annos habitæ ſunt. Quare nec officit hoc caſu obiecta *Nouell.* 106. *in princ.* ut interim taceam, ibi iuramentum non tam ſolenniter requiſitum, quam à naucleris examinatis ſponte nee pro ſuperflua ſeu pro maiorj cautela adiectum videri.

Magis vero vanum eſt, quod actrices ex Ro- 241 lando *conſil.* 35. *n.* 34. *& ſeq. lib.* 2. contendunt, iudicem ex cõſuetudinibus ad deciſionem cauſarum ſpectantibus ſe ex officio informare non poſſe. Illi quippe cum aſſeclis (1) alii quam plures 242 contradicunt, ſtatuentes, Iudicem ex officio ſe de conſuetudine, etiamſi deciſoria litis concernat, informare poſſe, vti pluribus confirmant Anton. de Butrio *in c. fin. n.* 67. *verſic. venio nunc ad ſecundum. extr. de conſuetud.* & Felin. *in c. in nomine. n.* 16. *extr. de teſtib.* Cyn. *in l.* 2. *n.* 28. *verſ. Secundo quæritur. C. quæſit long. conſuet.* Et hanc veriorem dicit Fulv. Pacian. *conſi.* 26. *n.* 52. *& ſeq.* Riminald. Iunior *conſil.* 6. *n.* 33. Gozadin. *conſil.* 101. *n.* 27. *vers.* 13. maxime de conſuetudine notoria, in quibus terminis nos verſamur Marc. 243 Ant. de Amatis *decis.* 59. *n.* 6. *& ſeq.* Fulv. Pacian. *d. cons* 26. *n.* 48. *& ſeq.* Guid. Pap. *ſingul.* 952. *incipit. conſuetudo notoria* Socin. Iunior. *conſ.* 65. *n.* 48. *vol.* 1. Curt. Iun. *cons.* 171 *in princ.* Præterea et- 244 iam Rolandus cum adſtipulantibus de eo caſu intelligendus, quando iam ante inter partes aliquas de aliqua conſuetudine lis, eaque iam in iudicium deducta eſt; tunc ſcilicet iudicem de cõſuetudine illa litigioſa, ſe ex officio & non citatis partibus informare nõ poſſe, ſed citatis partibus legitimo iuris ordine procedere debere: aliud vero eſt, ſi judex, nondũ mota lite aliqua, ex officio de conſuetudinibus loci inquirit, earumque certitudinem conſtituere, pravaſque reformari intendit.

Idque indubitato procedit, ſi judex Inquiri- 245 rens, ſeq; de conſuetudine informans, non ſit aliquis pedaneus aut alicuius inferioris vel etiã infimi iudicii judex, ſed Princeps territorii, vti hic; Eum etenim de conſuetudinibus inquirere, deſuperque informationem recipere, & eas ſcripto conſignare poſſe, nullum titubaturum autumo; euincitque hoc clare *Nouell.* 106. *de vſur. nautic. in princ.* Et ita paſſim in prouinciis 246 comitatibus & ciuitatibus fieri & practicari uidemus, hocque tanquam vnum ex præcipuis abbreuiandarum & imminuendarum litium remediis ſummopere Principibus & magiſtratibus commendat Patthen. Litigios. *lib.* 2. *ca.* 11 *n.* 11. *& ſeq.*

Pari ratione nec remoram injicit, quod Ter-

tio

tio à juratis, Senioribus & peritis judicii nulli actus speciales adducti & expressi sint. Nam per peritorum & Seniorum assertiones, ita semper observatum fuisse testantium, probatur consuetudo etiam sine actuum specialium ostensione iuxta Bartol. *in d. l. de quibus. num. 22. Ioan.* Faber *in §. sine scripto n. 2. Inst. de jur. nat. gent. & ciuil.* Mascard. *de probat. concl. 324. n. 57.* Wes. *in parat. ff. de legib. n. 9. versic. periti tamen & seniores,* Guid. Pap. *consil. 164. n. 2. & consil. 244. n. 3.* M. Ant. Peregrin. *consil. 11. num. 31. lib. 3.* Bartholomæ. Bertazzol. *cons. 11. num. 46. & 47. in ciuilib.* Tiber. Decian. *resp. 51. n. 89. & seq. vol. 2. vbi dicit,* sufficere, quod tales testes dicant esse consuetudinem, etiamsi non deponant de aliquibus actibus, & cum illa doctrina Bartholi communiter transire scribentes, refertque Roch de Curt. *in c. fin. de consuetud. n. 612. dicentem.* se non reperisse Bartolum in hoc ab aliquo improbatum esse. Idem refert & sequitur Nicol. Euerhardi Iunior *consil. 41. num. 157. & seq. vol. 1.* & Seraphin. Oliuar. *decis. 1159. n. 2. & 5.*

248 Idque (2) tanto magis hic locum sibi vindicat, ex quo de antiquissimæ & immemorialis cõsuetudinis probatione agimus. Sicuti enim eo casu minus solennes probationes sufficiunt; ita nec necessum est, actus speciales; in quibus ita obseruatum sit, probare, sed sufficit, si testes in genere deponant, talem consuetudinem ab antiquo usitatam fuisse Ioan. Faber *in d. §. ex non scripto. num. 21.* Alphons. de Azevedo *in constit. Regn. 3. Hispan. lib. 6. tit. 2. in rubr. nu. 121.* Roch. Curt. *in d. c. fi. de consuet. sect. 8. n. 28.* Obrad. *cons. 240. nu. 13.*

249 Accedit (3) quod in articulis à Principe & ordinibus super consuetudinibus conceptis & Præfecto transmissis; super quibus examinati sunt, nihil de actibus specialibus expressum, interrogatum vel inquisitum extat. Quando vero testes in specie de actib⁹ interrogati nõ sunt tunc sufficit, quod simpliciter deponant, talem consuetudinem illic vigere Ioh. Faber *in d. §. ex non scripto. n. 14. &* Ludolph. Schrader. *ibidem n. 34. Inst. de jur. nat. gent. & ciu.* Guid. Pap. *consil. 116. n. 4. Mascard. deprobat. 424. n. 54. & 62.*

250 Id quod (4) indubitate tunc procedit, quando Magistratus (vti hic factum) per viam informationis testes super consuetudine examinat, & de actibus in Specie nihil interrogari curauit, vti supra demonstratum; vt interim silentio inuoluam, quod quotiescunque ex conjecturis, quanto magis igitur, si, vt hic, ex omnium juratorum & seniorum testimonio expressius populi consensus haberi potest, de actuum
251 frequentia nulla probatio sit exigienda; cum non actus, sed tacitus populi consensus consuetudinem inducat, vti præclare post Panormit. *in c. fin. n. 17. de consuetud. tradit* Gail *lib. 2. obs. 36. n. 9.* vbi subiectit, hanc esse communem Dd. opinionem. Idem probat Adrian. Gylman. *decis. Camer. 6. n. 179. lib. 1.*

252 Denique & hic, actuum frequentia satis ex actis constat, neque dubitandum, si de super interrogati fuissent, eos satis magnum illorum cumulum allegaturos & indicaturos fuisse, ita, vt circa actuum frequentiam nullus defectus causari, multo minus defectus actuum judicialium objici potest. Nam verior & recep-253
tior opinio est, ad probandam consuetudinem non esse opus, judiciales actus & sententias in contradictorio judicio latas inducere; Sicuti post plures concordantes euincunt Bartolom. Bertazzol. *consil. ciuil. 11. num. 52.* Peregrin. *consil. 11. num. 38. lib. 3.* Mynsinger. Cent. *6. obs. 41. n. 15.* Gail. *2. obs. 31. numer. 8. dicens,* ita sæpius in camera judicatum. Hocque etiam fatentur Actrices in succincta refutatione seu repetita cõclusione §. das sonsten auch per extrajudiciales actus Gewonheiten einzuführen/ solches hat seinen sonderlichen Zweiffel. Quamuis nec actus judiciales desint.

Multo minus eorum attestationem eneruat, quod quarto excipitur, eos imperitos, indoctos & rusticos fuisse. Siquidem à Reis jure 254
negatur illos juratos, Seniores & peritos judicii viles, multo minus tam abiectæ sortis homines fuisse, quos jura à testimonjis repellunt. Obiecta enim Nouella 91. cum allegatis Dd. solummodo de vilissimis & abjectissimis hominibus, seu sentina & infima fæce plebis loquuntur. Farinac. *quæst. 57. numer. 56. & seq.* de quo nostri testes citra injuriam & contumeliam nullatenus insimulari possunt; cum honorati, & honestis familiis orti; diuitesque conspicui homines fuerint. Similiter etiam negatur, eos omnes omnino illiteratos; indoctos & imperitos, sed multos ex illis literis excultos & haud imperitos extitisse; Neque contrarium, à sororibus, vti decuisset, probatur.

Præterea constat, ad testimonium omnes 255
admitti, qui prohibiti non reperiuntur *l. 1 ff. de testib.* Atqui illiterati & indocti nusquam à testimonio arcentur, sed contrarium potius variis in locis præsupponitur; Ergo testes nostri sub prætextu, quod inducti fuerint, reprobari nequeunt: Multo minus sequitur; Testes illiterati fuerunt; Ergo & imperiti, & ad probandam consuetudinem inepti & inidonei. Multi siquidem, quamuis nullis lit- 256
teris imbuti, rerum & consuetudinum periti & prudentes reperiuntur; jta, vt etiam in judices admittantur *l. certi Iuris. 17. C. de judic. l. expertos litterarum 6. C. de decurionib.* Canonistæ *in c. suscitaturus. extr. de rescript.* ibique Dec. *n. 55.* late Menoch. *consil. 110. n. 244. & numer. 256.*

Quemadmodum & hi ipsi testes nostri judices fuerunt, seu judicio præfuerunt passim; Quanto magis igitur in testes admitti, & de consuetudinibus in illo suo judicio circa suc- 257
cessiones vigentibus, & in omnium oculos incurrentibus, legitimum validumque testimonium juris ferre potuerunt? Neque enim igno- 258
bilitas, rusticitas, vel etiam simplicitas & imperitia à testimonio repellit, modo sanæ mentis & integræ vitæ sint, vti tradunt de imperitis Bart. *in d. l. 32. numer. 23. vers. aut est homo imperitus. ff. de legib.* & Roch. de Curte *in c. cum tacito. sect. 8. numer. 21. & 22. vers. si autem testis sit imperitus.* De simplicibus Farinac. *quæstione sexagesima prima*

prima oppoſit. nona numero decimo octauo. Et de Ruſticis Lanfranc.de Oriano *tract. de teſtib. numero octuageſimo quinto.* Frideric. Pruckman. *conſilio ſexto numero vigeſimo octauo. & ſeq. vol.* 2.Fulu.Pacian.*conſil.45.n.19.21.& 22.*

259 Idque rurſus non modo Archiepiſcopus & Ordines eo ipſo agnouerunt, & præſuppoſuerunt,dum eos ad conſuetudinum indagationem examinari mandarunt,ſed etiam quotidiana experientia& exempla,quod etiam imperiti & ruſtici ad probandas conſuetudines admittantur tam clare probant, vt nullus dubitationi locus ſuperſit.

260 Straminea & ficulnea, ſi non abſona eſt quinta obiectio,quod & fœminarum conſenſus ad docendam conſuetudinem neceſſarius ſit, deque eo inquiri debuerit. Vti enim leges ex ſolo virorum conſenſu conſtituuntur *l.1.ff.de legib.*fœminæ vero ab omnibus ciuilibus & publi-
261 cis officiis removentur *l.fœminæ.ff.de reg.jur.* ita etiam ad conſuetudinis introductionem non requiritur mulierum conſenſus,vti clare reſpõdet Marian.Socin.Senior *conſil.7.n.8.lib.1.* poſt Butr.& Abb.*in c.fin.de conſuetud.* Petr.Rauenn. *in repetit.tit.de conſuetud.ſect.3.num.57.& ſect.4. n.53.& 54.*vbi in ſpecie de conſuetudine fœminas excludente agit,Legiſtæ *in d.l.1.ff.de legib. n.* 1.Iaſ.*n.13.14.ea in l.32 n.48.ff.eod.* gl. *in l. ſi Auguſtæ.ff.de legat.2.* Weſ.*in parat. tit. de legib. n.9.* Panormit *in c.fin. extr. de legib.* Camil.Borel.*in Summa deciſ.tit.de conſuetud.14. n.63.* Quamuis
262 nec hic deſit cõſenſus fœminarum dum ſe vigore iuris conſuetudinarii à ſucceſſionibus per maſculos excludi paſſæ ſunt; id quod ſufficit, dubitandumque non eſt, eas,vti genus auariſſimum,non admiſſuras fuiſſe,niſi ita moris ab antiquo fuiſſet, vti in terminis infert Ludouic. Morot.*conſil.34.n.15.*

263 Leuioris quoque armaturæ eſt, quod ſeptimo contra conſuetudinem conſcriptionem excipitur,eam à priuato,ſcilicet Præfecto, factam, & ſic nudam priuatam ſcripturam eſſe. Præterquam enim, quod Præfectus ille non priuata, ſed publica perſona & officialis illius loci eſt, ex ſuperiori relatione & deductione conſtat, eum illa omnia iuſſu Principis & Statutum, ſicque publica authoritate feciſſe. Quod vero ex mandato alicuius fit id ipſe mandans facere cenſetur *l.2.C.de vet.iur.enucleand.* & quod quis per alium facit,per ſe ipſum facere videtur: vt interim taceamus, iſtiusmodi conſuetudinum redactionem in ſcripturam etiam à priuato factam valere, & plene probare,ſi per ſubſecutam longiſſimi temporis obſeruantiam (vti hic accidit) confirmata fuerit iuxta ea, quæ de conſuetudinum feudalium, aliorumque ſtatutorum priuata conſcriptione ſupra deduximus.

264 Exigui quoque valoris eſt octauum dubium exinde conflictum,quaſi Archepiſcopus & ordines de inferiorum judiciorum conſuetudinibus non eo fine inquiſitiones inſtituerint,quod illas omnes perid convalidari, ſed reformari, corrigo & in melius reduci voluerint.Nuſquam enim ab aduerſo probatum extat,eo ſolo fine informationem & in ſcripturam redactionem inſtitutã,vt reformentur omnes conſuetudines, ſicuti tamen actoribus aſſerentibus & in eo fundamentum ſuæ intentionis collocantibus, in cubuiſſet.

Quinimo contrarium, & quod duplici fine 265
& intentione hęc omnia facta ſint, nempe; ut irrationabiles & pravæ conſuetudines & abuſus reformentur,& corrigantur, & de rationabilibus certitudo habeatur,ex literis & toto negotio perſpicue colligitur;abſurdumque foret,dicere Principem & ſtatus omnes ſiue æquas ſiue iniquas,ſiue rationales ſiue irrationales conſuetudines reformare,uſumque verum cum abu- 266
ſu tollere voluiſſe. Deinde etiam, quæcunque fuerit occaſio, ſcopus & intentio indagationis conſuetudinum, illud certe & atteſtatione judicii liquet,talem ab antiquo apud eos conſuetudinem extitiſſe & in vſu fuiſſe. Conſtat enim, illam nunquam in hunc vſque diem reformatã vel caſſatam, ſed in ſuo vigore relictam eſſe. Quod igitur mutatum non inuenitur, merito adhuc ſtare & vigore cenſendum. Quinimo ip- 267
ſi Aduerſarii fatentur, voluiſſe Principem injuſtas tantum & iniquas conſuetudines & abuſus reformare; hujuſmodi vero, conſuetudines fœminarum præſertim excluſiuæ, non irrationales, nec iniquæ ſed in multis rationalibus cauſis fundatę ſunt.Ergo propoſita reformatio ad harum rationabilium caſſationem non tetendit juxta ea, quæ punctualiter notat Franciſc.Monald.*conſil.14.n.5.& ſeq.lib.2.*& Farinac. *in Rotæ Roman.nouiter nouiſſ.deciſ.510.per tot.* dum tradit,cum quæſitum eſſet in Rota, an ſub clauſula confirmatoria Statutorum, dummodo licita & honeſta ſint, cenſeatur comprehenſum & confirmatum Statutum excludens fœminas? reſolutum fuiſſe,eiuſmodi ſtatutum licitum & honeſtum proindeq;ſub iſta clauſula exceptiua non comprehenſum cenſeri.

Nullus etiam Nono defectus ſolennitatum 268
in conſcriptione conſuetudinum neceſſariarum occurrit: approbatio ſiquidem ſcripturæ multifariam interuenit, Sigilli vero Archiepiſcopi appoſitio neceſſaria nõ fuit juxta Chaſſan. *in conſuet. Burgun. in fin. verb. concluſio & approbatio n.8.& 9.* Ioſeph. Cumia *in ritib. Magnæ Curiæ cap.110. num.4.* Horat Carpan. *ad ſtatut. Mediolan.in conſtit.Ducis Mediol.n.29.& ſeq.fol.2.* publicatio etiam hic,vbi conſuetudines judicii jam ante notæ erant,partim neceſſaria non fuit,partim eo ipſo ſatis facta eſt, quod ſcriptura illa in Cancellariam & penes judicia ſen ſcabinos repoſita & aſſeruata fuit.

Succedit igitur Decimum effugium, quaſi 269
hoc judicium im Newenlande ob defectum juriſdictionis huiuſmodi conſuetudines iuri communi contrarias inducere nequeat. Verum (1) negatur acriter à Reis defectus ille juriſdictionis, contenditurq; baſſam juriſdictionem quam dicunt,illi judicio competere, cum cognitio & dijudicatio cauſarum judicialium, tam ciuilium, quam criminalium, iuſque abſoluendi

269 vendi & condemnandi ad eos spectet. Neq; absonum vel infrequens est, quod etiam pagi jurisdictionem basſam, merumque & mixtum imperium habeant Cępoll. *de seruit. rustic prad.*
270 *c.26.n.6.*Paris.*Consil.21.n.52.lib.1.* Deinde sunt qui distinguunt inter statutum & consuetudinem, censentque jurisdictione carentes quidem statuta introducere non posse, at bene longo temporis vsu consuetudinem: vti in his terminis nostris consuetudinum exclusiuarum tradit Sfortia Oddus *consil.ultim.n.*20 post Bald. *consil.*380.*lib.*4.

271 Tertio etiam communiori fere Doctorum calculo receptum, Consuetudines juri communi derogantes etiam ab ijs communitatibus, quæ jurisdictione carent, introduci posse, vti in specie de vicis tradunt Georg Euerhardi cõsil 14.n.2.lib.2.Roch.de Curte *in C.de tanto sect. 4.n.63.versic.item facit simile de consuetudine rusticorum.de consuetud.* Bender.*dereuis.concl.33.n.* 16.Horat.Carpan.*ad Statut.Mediolan.in pralud.*
272 *n.27.Fichard.consil.3.numer.*17.Et quilibet populus potest huius consuetudinis exclusiuas introducere, cum ius Principis non concernãt, sed res & jura priuatorum Francisc. Monald. *consil.14.numer*10.*&*11.*& consil. decimo tertio, numer.*22.*lib.*2. subjiciens, ita totum mundum seruare.

273 Quo & conferunt notata Gailii *lib.* 2. *obs.* 31.*numer.*2.dicentis, quamlibet non modo prouinciam, sed & ciuitatem vel villam suas singulares habere consuetudines, secundum quas judex debeat judicare. Hæcque inferiora judicia etiam consuetudines introducere potuisse, denuo fessi sunt, & agnoverunt Archiepiscopus & status, dum de inferiorum judiciorum consuetudinibus inquiri, judicijq; subjectos desuper examinari, & assertas communes consuetudines in scriptis redigi, & desuper judicari curarunt & siuerunt.

274 Idque indubitate obtinet, si consuetudines illæ vel per immemoriale tempus, quod vim priuilegii, legis & constituti habet, viguerint Heig.*quæst.jur.* 23. *numer.* 42. *lib.* 1. Mynsing. *resp.49.numer.* 28. Muscul. *de succes. anomal. vt*
275 *confraternit.concl.*40.vel etiã aliqua confirmatio Superioris intercesserit Heig.*d.quæst.*23. *numer. quadragesimo tertio.* Muscul.*d.concl. quadragesimo.* Carol. Anton. Riteus *Consilio ultimo* post consilia Sforzæ Oddi *numero centesimo septimo,* ubi dicit, conformationem generalem statutorum tollere dubium, an communitas subdita possit statuta inconsulto Principe condere. Quorum vtrumque hic concurrit, sicuti partim supra demonstratum est, partim mox in subsequenti paragrapho pluribus confirmabitur.

276 Quamuis enim & vndecimo hæ consuetudines ex defectu Archiepiscopalis confirmationis inualiditatis redarguantur, tamen id satis superque in Actis dilutum, demonstratumque fuit, hasce consuetudines fœminarum exclusiuas satis aperte ab Archiepiscopo cõfirmatas esse, tum per sæpe dictam constitutionem Archiepiscopi Christophori Anno 1547. promulgatam tum per testimoniales ab Archiepiscopo Henrico Anno 1577. in causa Weyhe contra Klencken vnd Mandelslohe, & ab Archiepiscopo Iohanne Adolpho Anno 1593, in causa Barnefelt contra Barnefelt editas, & ad Summum Camerale judicium transmissas, tum etiam per generalem illam omnium Statutorum & consuetudinum confirmationem, quam omnes & singuli Archiepiscopi in limine & primordio regiminis in articulis Capitulationis & in confirmationibus generalibus omnibus & singulis subditis & judiciis facere & promittere consueuerunt, quæ generales initio factæ confirmationes ad validitatem harum consue- 277
tudinum sufficiunt, vti in specie docent Farinac. *d. decis.* 510.*pertot.* Carol. Ant. Puteus. *d. consil. vltim. post consilia Sforzæ Oddi. numer. centesimo septimo & centesimo octauo.* vbi in terminis horum statutorum exclusiuorum valde appositeficait: Si confirmatio adsit non modo particularis alicuius loci, sed vel generalis totius Prouinciæ seu quorumcunque locorum sibi subditorum, hoc ad validitatem sufficit, quia vnaquæque Communitas videtur pro suis statutis hoc impetrasse, & sic generali etiam confirmatum esse statutum Aquitianum de exclusione fœminarum; allegat Rubeum Alexandrinum *consil.* 16. *numer.* 1. Idem euincit Francisc. 278
Monaldus *d.consil.14.numer.5.& 6.,verſ.tertio. lib.2.diuens*, quod confirmatio generaliter in forma communi, vel etiam condicionaliter facta (videlicet quatenus statuta vel consuetudines sint justæ & rationales) ad harum consuetudinum exclusiuarum validitatem sufficiat, easque comprehendat, cum illæ rationales & justæ sint, & à Deo Opt. Maximo initium sumpserint.

Quibus conuenit Ioseph. de Sese *decis.*93. 279
numer.32.lib.1. Quoties (inquit) confirmatio statuti requiritur, ea inducitur per generale juramentum Regis (vti hic per juratam Capitulationem) de seruandis statutis, consuetudinibus & priuilegiis.

280
Secundo quoque tradunt Dd. non opus esse expressa Superioris confirmatione, sed sufficere tacitam sententiam, nempe & tollerantiam seu patientiam Alban. Mandell. *consil.*792. *n.*8.*lib.*4.Mynsing.*resp.32.numer.*33. *& seq.* seu quod non contradicat Bart. *in d.l. de quibus.* 32. *numer.*11.*&* Ias.*numer.*30. Wes.*in parat.ff. de legib.numer.* 9. ubi subiungit, hanc sententiam vsu receptiorem esse; quod etiam testatur Herman. Vulteius *consil.*33.*numer.*75.*lib.*1. *Marpurg.* Quia si Princeps notitiam alicuius habeat & non improbet censetur id approbare gl. in l. quo enim. ff. rem rat. haber. Curt. Iunior *de feud. d.q.*1.*numer.*9.10.*& seq.* vbi exinde, quod multi Imperatores notitiam habuerint, consuetudines feudales per Obertum & Gerhardum in scripturam redactas, nec tamen eas improbaverint, infert, censeri eas approbatas, quia non

improbare par ſit ratificationi. Idem profitetur Afflict. *in prælud. feud. n.* 15.

281 Quinimo ſcientia & patientia tacita vel expreſſa Dominorum Archiepiſcoporum probatur rurſum ex omnibus prælegatis, conſtitutione ſcilicet Chriſtophori, teſtimonialibus Henrici & Iohannis Adolphi inquiſitione, redactione in ſcripturam Anno 1581. facta, & ſubſecuta depoſitione & conſeruatione in Cancellaria & loco judicii, nec non ex eo quod Archiepiſcopi ſemper & quandocunque iudicia inferiora agitantur, zum Newenlande/ nec non bey den Oberlandt Gerichten/ præſentes & præſto habere ſolent ſuos Satrapas & Præfectos, & reſpectiue Cancellarios & Conſiliarios, qui ſecundum illum librum conſuetudinum judicari & procedi ſciuerant, viderunt & paſſi ſunt, Imo eo ipſos, quod
282 illas extare ſciuerunt, & tamen intactas & in abrogatas reliquerunt, ſatis eas confirmarunt Curt. Iun. *d. q. 1. numer. 9. & 10.* Afflict. *in prælud feud. numer.* 18. Sonſbec. *de feud. q. 1. numer.* 23.

283 Vt interim ſicco pede prætereamus, quod nullam opus ſit docere ſcientiam Principis Sigiſmund. Scaccia *d. lib. 2. de judiciis cap. 9. numer. 454. & numer. 458.* Anton. Gabriel. *lib. 4. commun. opin. tit. de præſcript. concl. 1. num. 61.* Camil.
284 Borel. *in ſumma decis. tit. de conſuetudine numer.* 14. nec confirmationem, vel patientiam in conſuetudine longiſſimi temporis 30. ſcilicet vel 40. annorum Peregrin. *conſil. 11. numer. 43. lib.* 3. Franciſc. Curt. Iun. *conſil. 158. numer. 11.* Crauetta. *conſ. 21. numer. 12.* Fichard. *conſil. 4. numer. 17. lib. 1.* Rütger. Ruland. *de commiſſ. part. 4. libr. ſecundo. c. 3. numer. 12.* qui dicit, ſi plures anni, quam decem, ſint elapſi, veluti 30. vel 40. tunc de conſenſu Principis fruſtra diſputari; & ita obſeruatum eſſe in Camera in cauſſa Moller
285 contra Sorgen. Multo minus in conſuetudine immemoriali Tiber. Decian. *Reſpons. 51. numer* 113. *vol. 2.*

286 Cum igitur hic in antiquiſſimæ & memoriam hominum excedentis conſuetudinis probatione verſemur, nullus ſcientiæ, nullus patientiæ, nullus confirmationis defectus obijci poteſt, ſed illa omnia tanto temporis ſpacio interueniſſe iure præſumuntur.

De duodecimo, in quo obſeruantia huius conſuetudinis pro mero abuſu & corruptela venditatur, non eſt, quod verba faciamus, cum jam ante ſatis pleno cornu oſtenſum ſit, huiuſmodi mores non abuſus nec corruptelas, ſed legitimas in jure diuino & humano fundatas conſuetudines eſſe; haſque ab antiquo legitime hiſce in locis inductas fuiſſe.

287 Reſtat igitur vltimum à contrariis actibus conflatum telum, id quod non minus in Actis retuſum & eliſum arbitror; Pro cuius pleniori intelligentia hic in limine notandum, plura & diuerſa ſub præfectura Hagenſi judicia extare, ad ſuas peculiares & quandoque diſcrepantes conſuetudines habere, proindeque non modo caſus diligenter diſtinguendos eſſe, ſed nec in illis caſibus, vbi diſcrepant, de conſuetudine, vnius judicii ad aliud inferri poſſe. Sicuti quoque vtrum tam in jure quam facto ipſæ Actrices paſſim in Actis clare fatentur & agnoſcunt. Sub incudem ergo vocanda ſingula ab aduerſo oppoſita exempla: Quorum primum in Actis ſecundæ inſtantiæ ſub Lit. B. C. D. & E. à ſororibus inductum ex vicinia petitum, huiuſque tenoris eſt, quod dum quidam Rickleff Tien, defuncti Nicolai Tien, duas ſorores, Annen vnd Simmen Tien, à fraterna hæreditate tanquam agnatus excludere vellet, Anno 1560. die veneris poſt feſtum Pentecoſtes pronun- 288
ciatum ſit pro ſororibus contra agnatum. Verum illud exemplum (1) non contigit in noſtro, ſed in alio judicio, in Viehe. Deinde etiam (2) plane diuerſum eſt à noſtro themate. Nos enim hoc quærimus, Annæ fœminæ à maſculis in pari gradu conſtitutis, & in ſpecie Sorores à fratribus, à fraterna hæreditate excludantur? in oppoſito vero exemplo illud nequaquam in quæſtione, ſed de eo diſceptatum fuit, an agnatus in remotiori gradu conſtitutus, ſorores à fratris ſucceſſione excludere queat? qui caſus à noſtro plane ſeparatus eſt & ſaluo noſtro themate ſubſiſtere & cõcedi poteſt. Fœminæ ſiquidem per agnatos remotiores difficilius excludi poſſunt, plurimiq; 289
Doctores in ea opinione ſunt, etiamſi extet de fœminarum excluſione per maſculos, illud tamen de maſculis in pari gradu conſtitutis exaudiendum, remotioribus vero fœminas præferendas eſſe. Albert. Brun. *tract. de ſtatut. fœmin. exclud. art. 12. quæſt. 14. per tot.* Ioſeph. Cumia *in Capitulo Regni Siciliæ. Sialiquem verb. gradu. n. 34. & verb. maſc. n. 188. & ſeq.* Lud. Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 3. c. 4.* Tob. Nonius *conſ. 10. n. 112.* Al- 290
dobrand. *conſil. 100. n. 51.* Cephal. *conſil. 616. n. 22. & ſeq.* Hondedæ. *conſi. 30. n. 46. vol. 1.* Cæſar Manent. *conſil 2. nu* 24. Teſſaur. *deciſ. 37 n. 7.* Vt interim taceamus ſingulares, eo in caſu concurriſſe circumſtantias, quare ita iudicatum ſit, vti clare in ſententia exprimitur. Quod igitur ſpeciali de cauſſa decretum & ſententionatum, id in conſequentiam trahi & ad alias cauſſas accomodari nequit, juxta *l. quod vero 14. ff de legib.*

Pari ratione nec ſecundum contrarium ex- 291
emplum, in quo Berkenij Almeri duæ filiæ (Aleke vnd Nanecke) ad hæreditatem patris admiſſæ, & ab agnatis non excluſæ dicuntur, allegatam conſuetudinem labefactat. Siquidem illud denuo à caſu & lite noſtra longe diuerſum eſt. Nobis enim quæſtio eſt, Anne ab hæreditate patris vel fratris filiæ & ſorores, extantibus in pari gradu maſculis excludantur? Obiecto autem caſu pater nullos filios, ſeu maſculos hæredes, ſed tantum filias reliquerat; quo caſu ſecundum librum & ius conſuetudinarium in hoc ipſo judicio zum Newenlande filiæ admittuntur; ſicque illud exemplum allegatæ conſuetudini, libroque conſuetudinario, nequaquam contrarium, ſed potius conforme eſt, librumque confirmat.

Plus fuci quidem prima vice præſe fert ter- 292
tium

tium exemplum depromptum ex cauſſa Hanß Bockens & conſortum, oder/ wie ſie ſonſt bißweilen intitulirt, Hebrich vnnd Riperich Barneflet/gegen jhre Brüder Clauß vnd Otgart Barneflet/in quo fœmine vna cum maſculis ad ſucceſſionem materteræ per ſententiam in Camera 6. Iunii Anno 1592. latam admiſſæ feruntur.

293 Verum ſi penitus introſpiciatur, magis conſuetudinem noſtri judicii im Newenlande confirmare, quam infringere & labefactare videtur. Nam (2) rurſus exemplum illud non in noſtro, ſed in alio loco & judicio contigit, hæreditaſq; materteræ non ſub iudicio noſtro, ſed potiſſima ex parte in judicio in Sandtſtede ſita fuit. Sicuti poſt longam tergiverſationem tandem fatentur Actrices in ſuccincta refutatione & repetita finali concluſione §. wegen Hans Bockenſen vnd Barneflets Sachen / ꝛc ſecundum cuius loci conſuetudinem, quæ & ſæpedicto libro inſerta extat, fœminæ collaterales ad ſucceſſionem ſuo modo admittuntur. Vnde etſi fœminæ per Decretum Cameræ vna cum maſculis ad ſucceſſionem bonorum ſub illo judicio ſitorum admiſſæ ſint, id tamen ad euertendam conſuetudinem noſtri judicii ab illo diuerſi nihil conducit vel proficit. Sicque ex hoc primo membro nihil conſuetudini vel libro ſtatutario aduerſum col-

294 ligi vel inferri poteſt. Verum cum alia, quamuis exigua, bona ſub judicio in Rechtenflet (quod cum noſtro judicio im Newenlande hoc caſu pari & ſimili jure conſuetudinario & excluſione fœminarum vtitur) relicta fuerint, non ſatis aperte nec dum viſis & perlectis Actis, ex producta ſententia colligere potui, vtrum fœminæ ad illa admiſſæ, vel excluſæ, multo minus, quænam rationes decidendi fuerint. Ideoque hoc Ampliſſimo huic Camerali Iudicio committendum. Interim haud inueriſimiliter tum ex verbis ſententiæ, tum ex ſubſecuto effectu, & quod fratres illa bona, quæ ſub judicio Rechtenfletenſi ſita ſunt, in hunc vſque diem poſſident, à fratribus contenditur, maſculos ab jis per ſententiam abſolutos, fœminaſque vigore juris conſuetudinarij exclvſas eſſe; quo ſane caſu iſtud exemplum clarum præjudicium tam de validitate conſuetudinum excluſiuarum etiam in ignobilibus, quam quod conſuetudo illa perſæpe dictam ſcripturam & librum Anno 1581. deſuper conceptum, & à Dn. Archiepiſcopo Iohanne Adolpho editum ſufficienter probetur, præbiturum eſſe, maxime, cum nullæ aliæ probationes teſtiũ ve examinationes in dicta cauſſa interuenerint. Ut vt autem ſit, longe diuerſus fuit ille caſus à noſtro, ſiue conſideremus perſonam defuncti, de cuius hæreditate quæritur (nam illic non de fratris agnati vel maſculi, ſed de fœminæ, & quidem à fœmineali linea cognatæ materteræ filicet, ſucceſſione diſceptabatur) ſiue perſonas de ſucceſſione contendentes reſpiciamus, nam illic maſculi ex fœmina cognati cognatas fœminas, hic agnati ex maſculis, fœminas cognati exclu-

295 dere cupiunt, qui caſus longe diuerſi & ſeparati ſunt. Vnde & à Doctoribus traditur, quamuis adſit ſtatutum, quod extantibus agnatis ſeu maſculis fœminæ excludantur, ſi tamen non agnati, ſed ſolum cognati adſint, tunc maſculos cognatos, qui ex fœminis deſcendunt, fœminas cognatas non excludere ſed fœminas cognatas ſimul cum maſculis cognatis admitti; quia ibi ceſſet fauor agnationis & ratio conſeruandæ familiæ, prout pluribus euincunt Marc. Anton. Peregrin. *tract. de fidei commiſſ. art. 26. n. 3.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 53.* Albert. Brun. *d. tract. art. 12. q. 11. ante num. 9. & ſeq.* Huius ſententiæ quoque fuit Alexand. 296 *conſil. 188. numer. 3. vol. 6.* dum reſpondit: Stante ſtatuto fœminas propter maſculos excludente, nepotem ex filia non excludere materteram, quia ſtatutum debeat intelligi de agnatis maſculis, non cognatis, adducens doctrinam Baldi *in c. 1. tit quemadm. feud ad fil. pertin. vbi dicit*, ſtatuto diſponente quod fœminæ non ſuccedant extantibus parentibus maſculis, maſculum ex maſculo vti prærogatiua ſtatuti, non maſculum 297 ex fœmina. Hinc reſpondit Surd *conſi. 475. num.* 131. ſtatuto diſponente, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, tunc maſculorum appellatione venire tantum maſculos ex maſculis, maſculos vero ex fœminis non excludere fœminas, qui plures concordantes allegat. Addo Dec. *conſil. 466. n.* 10.

Quamuis igitur oppoſito in caſu fœminæ 298 cognatæ vna cum maſculis cognatis & ex fœmina deſcendentibus ad fœminæ ſucceſſionem & in bonis ſub judicio in Rechtenflet ſitis, per ſententiam admiſſæ fuiſſent, non tamen exinde noſtra conſuetudo fœminas ab agnatorum maſculorum ſucceſſione excludens debilitari infringive poſſet; ita vt nec tertium ab aduerſo adductum exemplum quicquam obſit.

Similiter nec in contrarium ſtringit quartũ 299 exemplum deſumptum ex ſententia in cauſa Sirich Stricksen contra Mörſen à ſuperiori judicio Prouinciali (dem Bremiſchen Oberlandtgericht) Anno 1612. 1. Septembris lata. Quamuis enim eo in caſu, vbi de ſucceſſione fœminæ Siment Mörſen dictæ (quæ relicto fratre & fratris prædefuncti filia, quam Sirich Stricksen in vxorem duxerat) lis, & in inferiori judicio pro fratre pronunciatum erat, in ſuperiori judicio ſententia reformata, deciſumq; fuerit, in priori inſtantia male judicatum, ſententiamque reformandam, fratriſque filiam ad amitæ ſucceſſionem pro rata admittendam eſſe: attamen è contra conſiderandum (2) quod appellantes in priori inſtantia ad longum deducunt & remonſtrant (ſicuti etiam haud obſcure adparet ſo wol aus dem Gerichtsſchein Erſter inſtantz/ als der in ſecundo judicio gefelleter Vrtheill) in illa cauſa nihil de hac conſuetudine fœminarum excluſiua, vel ab Actrice, vel à Reo tactum, multoque minus de eius probatione vel iniquitate actum, ſed actionem ſolummodo ab Actrice in iure repræſentationis & conſtitutione Caroli V. Anno 1521. promulgata fundatam, & à reo nihil aliud, quam proximitatem ſanguinis & antiquam conſuetu-

dinem de prætereundo proximo ſanguine, & ſic excludendis præmortuorum fratrum vel ſororum liberis (quæ conſuetudines tamen jam dudum per dictam conſtitutionem abrogatæ erant) excipiendo oppoſitum fuiſſe, vnd ſey darauff allem Verbringen nach zu Recht erkant/ das des Brůders hinderlaſene Dochter zu jhres Sel. Vatters Erbſchafft mit dem Bruder zuzulaſſen ſey/ proindeque ex illa cauſa, in qua nihil de iſthac conſuetudine fœminas extantibus maſculis excludente actum, ſed ſolummodo de jure repræſentationis diſceptatum fuerit, nullam etiam harum conſuetudinum improbationem inferri poſſe, ſed ſententiam ex actis declarandam eſſe, nec ad ea extendi, vel de ijs intelligi poſſe, de quibus in Actis nihil petitum vel exceptum, nihil actum vel diſceptatum fuit ſecundum Franc. *in c. dilectos. 64. quæſt. 45. nu. 107. de appellat.* Sigiſmund. Saccia *de appellat. quæſt. 17. limit. 6. membr. 9. n. 8. verſ. 2.*

300

301 Deinde fatentur ipſi aduerſarij, iſto in caſu neptem ex fratre, non ex propria perſona, ſed jure repreſentationis & ſucceſſionis in patris locum, vna cum maſculo ad hæreditatem amitæ admiſſam, juſq; repræſentationis vnicam decidendi cauſſam fuiſſe: Quapropter nec hoc exemplum conſuetudinem fœminarum excluſiuam infringit, nec noſtro in caſu ſororibus ullum ſubſidium præbet, cum hic nullus repræſentationis, multo minus repræſentandi juris caſui locus ſit, ſed fœminæ ex propria perſona ad ſucceſſionem adſpirare, vel ſi quæ adſunt neptes ex ſororibus, illæ matrem fœminam re-

302 præſentent. Sicuti in terminis poſt Baldum *in l. veniam. nu. 5. laſ. n. 6.* Dec. *n. 7. C. de in jus vocand.* concludit Menoch. *conſil. 1258. num. 11. lib. 13.* Neptem ſcilicet ex filio etiam ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, & ſaluo eo ſuccedere poſſe cum patruo ex capite repræſentationis patris maſculi, cuius perſonam ferat & repræſentet (multo magis ipſam filiam vel ſororem) nequaquam propterea, quod repræſentabat perſonam matris fœminæ, quæ excludebatur per ſtatutum extantibus maſculis.

Inſuper etiam maxima rurſus inter iſtum caſum & noſtrum eſt diuerſitas & differentia. In obiecto enim exemplo rurſus lis de ſucceſſione fœminę erat, & fœmina vna cum maſculo ad fœminæ ſucceſſionem ſe admitti petebat, hic vero de maſculi ſucceſſione quæritur, & fœmina ad eam vna cum maſculo (fratre nempe) adſpirare contendit, vnde adparet, caſus longe di verſos eſſe. Fœmina ſiquidem ad ſucceſſionem

303

304 fœminæ ob ſexus cognationem & paritatem, etiam ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo facilius admittitur, quam ad ſucceſſionem maſculi juxta Salicet. *in l. 2. n. 25. col. pen. C. de nox. act.* quem ſequitur Iohan. Bapt. de S. Seuerin. *in l. omnes populi. col. 143. verſ. 3. ſi ſtatutum ff. de juſt. & jur. vbi dicit?* Stante ſtatuto, quod fœminæ non ſuccedant exiſtentibus maſculis, ſi contingat mori aliquam mulierem ſuperſtite fratre & filia, fratrem non prę ferri, quia ſtatutum ſit intelligendum, ſi maſculus decedat, cuius bona nõ vult tranſire ad fœminas alterius generis, quæ in alienas tranſeunt familias; ſed cum bona ſunt jam penes mulierem, eſſe faciliorem tranſitum ad aliam mulierem *l. ſi vnus. §. pactis. ff. de pact.* & totidem fere verbis Alexand. *conſil. 84. n. 12. & per tot. lib. 4.* Et hoc late proſequitur Surd. *deciſ. 9. per tot.* docens, ſtatutum fœminas extantibus 305
maſculis excludens non habere locum in hæreditate fœminæ, bonaq; facilius tranſire de vna muliere, in aliam mulierem, quam de maſculo ad fœminam. *num. 9. ibid.* quia habentibus ſym- 306
bolum facilior ſit tranſitus *l. non inutiles ff. de* 307
tranſact. & vti bona ſemel extra familiam alienata ſemper manent alienabilia *l. cum patet. §. quindecim ff. de legat. 3.* ita etiam ea, quę ad fœminas & ſic extra familiam ſemel deuenerunt manere 308
ſemper in fœminis tranſitoria Surd. *d. deciſ. 9. n. 10. & ſeq. in fine ſubiiciens*, Sic in fauorem fœminæ Mantuæ aliquoties judicatum fuiſſe. Idem probat Cęſar Manent. *conſil. 4. n. 10.* & Socin. Iun. *conſil. 23. n. 52. vol. 1.*

Sic quamuis fœminę non ſuccedant in Ma 309
joratu, tamen ſi maioratus non à maſculo, ſed fœmina ſit inſtitutus, tunc fœminæ ſuccedit etiam fœmina ob ſexus æqualitatem Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 3. c. 4. n. 8 & ſeq.* Gutirez *conſil. 13. n. 20.* Et ſtatutum excludens matrem 310
à ſucceſſione filii, non propterea eam excludit à ſucceſſione filiæ fœminę Gutirez *quæſt. pract. c. 70. n. 17. lib. 3.* Natta *conſil. 514. n. 19.* Burſat. *conſil. 37. n. 16.* Et licet ſtatutum excludat ſoro- 311
rem à ſucceſſione fratris maſculi, non tamen propterea eam excludit à ſucceſſione ſororis fœminæ Laurent. de Palat. *tract. de excluſ. fœmin. part. 2. n. 40.* Brun. *eod tract. art. 5. n. 20.* Vaſqu. *de ſucceſſ. part. 3. lib 2. c. 13. n. 6.* Purpurat. *conſil. 427. n. 2.* Cæſar Manent. *conſul. 4. numer. 55.* Ita, vt nec hoc exemplum à noſtro caſu plane diuerſum, conſuetudinem, de qua in caſu noſtro, vllatenus labefactet.

Minus ad rhombum facit Quintum exem- 312
plum, in finali concluſione in aleam productã Anno ſcilicet 1609. cum de Meine Fedden ſucceſſione inter ipſius filiam, quæ dictæ matris ſuæ hæreditatem ſibi tanquam proxima hæres vindicabat, & defuncti fratris filium, lis orta eſſet, adiudicatam fuiſſe in priori inſtantia zum Newenlande hæreditatem filiæ, excluſo agnato maſculo.

Nam rurſus & hic caſus à noſtro plane diuerſus fuit; tum, quod ibi agnatus in remotiori gradu conſtitutus, nempe fratris filius, fœminam proximiorem, filiam ſcilicet, à materna ſucceſſione excludere voluerit; nos vero hic de excludendis fœminis collateralibus in pari gradu conſtitutis agimus, qui caſus longe diſpares ſunt, vti in refutatione primi exempli demonſtratum: tum, quod illo in caſu denuo de hæreditate fœminę, (ad quam facilius fœmina admittitur, prout deductum in retuſione tertii exempli) agitur; tum, quod illo in caſu ipſum jus conſuetudinarium filiam maſculo remotiori prę ferri, ſecundumq; illud pronunciatum, & ta-

li in

le in casu fœmina prælata sit, ita, vt hoc quoque exemplum nec Reis, nec juri consuetudinario aduersetur, sed illi potius conueniat.

313 Omnium minime sexto & vltimo in arenam deductum exemplũ, quod Anno 1617. in causa Sickens contra Martens contigit, quicquam officit. Nam ibi quidem de defuncti patrui hereditate à sororis liberis controuersia fratris filiis mota: pro masculis & agnatis in priori instantia indicatum fuit. Quamuis autem ab eo Decreto appellatum, tamen nihil contrarii in Superiori instantia sententionatum, sed lis per Deputatos judicii amicabiliter tali modo sopita & composita fuit, quod omnia bona penes masculos remanserunt, ac certum quid ad redimendam vexam fœminis datum fuit: Idque cum hac expressa reseruatione, quod hoc in juris consuetudinarii præiudicium nequaquam vergere debeat: Sicq; & per hunc casum consuetudo nostra minime labefactata fuit; tum, quod lite hac pendente contigit tum, quod in prima instantia pro consuetudine judicatum, nihilque contrarii in superiori judicio decretum extitit; tum, quod actus ex amicabili compositione factus consuetudinem non infringit, juxta ea, quæ mox sequentur: tum quod hoc ad redimendam vexam, & ad euitandos litium sumptus & fastidia, præsertim cum jam ante Reis nostris tam sumptuosam & laboriosam controuersiam desuper excitatam cernerent, id factum: tum, quod expressa reseruatio de non præiudicando juri cõsuetudinario adiecta fuit, quæ omne præiudicium amouet & impedit.

314 Denique posito, in prædictorum exemplorũ vno vel altero seu culpa partium, seu incuria Aduocatorum, seu inaduertentia judicis contra hanc longe ante completam & præscriptam, inque scripturam redactam consuetudinem quidquam irrepsisse, admissumue aut sententiatum fuisse, sicuti sæpe proh dolor, contingere solet Coler. *de processib. executiv. part. prima capite tertio numero trigesimo septimo & trigesimo octavo.* Peregrin. *consil. vndecimo numero quadragesimo octavo libro tertio.* non tamen ad quicquam officeret, multo minus nostram
315 consuetudinem eneruaret & elideret, sed illam nihilominus in suo robore & flore constaret & persisteret Adrian. Gylman. *decis. Cameral. libro secundo. post decis. quadragesimã tertiã, numero nonagesimo quinto fol. quadringentesimo octuagesimo secundo* Schurff. *consil. quadragesimo septimo numero octauo & nono cent. tertia.* Abb. Panormit. *consil. nonagesimo quarto in fin. libri primi.* Natta *consil. quadringentesimo quadragesimo sexto numero decimo septimo.* Cardinal. Thuscus *pract. conclus. tom. sexto lit. P. concl. 584. numero quinto.* Meichsner. *tomo secundo. libro primo decis. 9. n. 25.*

Redit itaque conclusio, consuetudinem sufficienter probatam, nec contrariis impugnationibus elisam esse.

QVARTÆ QVESTIONIS DETERMINATIO.

Cum igitur hactenus demonstratum sit, sorores à fratris hæreditate extantibus fratribus secundum inueteratam loci consuetudinem excludi, nunc Quarto discutiendum venit, An- 316
ne fœminis dos ex bonis fraternis vel precium & æstimatio bonorum debeatur?

Sane Actrices nusquam in Actis prioribus hoc petiisse reperio: at cum judex à quo eo sententiam suam ex parte direxerit, indagandum venit, an hoc jure factum sit?

Equidem fratres id è diametro juri consue- 317
tudinario, praxi & obseruantiæ repugnare, neque intra hominum memoriam vnquam auditum, multo minus factum fuisse, imo eius contrarium in iure & libro consuetudinali manifeste prouisum & constitutum, neque à jure alienum esse cessent. Ita vt hæc quæstio rursus in duo membra subsecanda; Inq; primo trutinandum veniat, an statuta seu consuetudines, sorores jam ante à paternis & maternis bonis legitima dote prouisas, à fratrum hæreditate in totum absque dote excludentes de jure valeant & subsistant? deinde, an eiusmodi consuetudo adsit? De priori in linea collaterali vix vllum lotum titubaturum credo; Primo siquidem juris est tritissimi, Sorori nullam legitimam, nullamve dotem à fratre vel è fraternis bonis deberi, Sororemque (modo non instituatur turpis persona) per testamentum à fratre in totum excludi, omniaque bona in superstitem fratrem transferri posse *l. fratres. C. de inoffic. testam. ibique Dd.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art. 36. numer. 4. 5. & seq.* Alexand. *consil. 84. in princ. lib. 4.*

Si igitur hoc fieri potest testamento, & ab 318
vno homine, multo magis per legem, statutum vel consuetudinem à tota vniuersitate Euerhard. *in loc. à testam. ad leg. statut. consuet.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 4. numer. 14.* (2) Pari 320
modo Lippis tonsoribusque notum est, valere consuetudines, quæ superstiti coniugi totam hereditatem deferunt, omnesque fratres & sorores, alios que agnatos ab omnibus bonis excludunt, & nequidem terrancium illis relinquunt, prout in prima quæstione pluribus ostensum est. Quod si, itaque eiusmodi consuetudines nedum fœminas, sed & masculos sine dote excludentes, & sanguine non coniuncto deferentes subsistunt, ac passim per totam Germaniam frequentantur & obseruantur, etiam in plebeis rusticis & vilissimi generis hominibus quanto magis valebunt illa statuta quæ solas fœminas & sorores excludunt proximoq; sanguini masculo vniuersam hæreditatem deferunt. Id quod etiam (3) iuri diuino 321
congruit, vigore cuius vniuersa hæreditas fratris ad solos fratres, sororibus in totum exclusis, deuoluebatur *Numeri c. 27. vers. 9.* Benedict. *in c. Rainutius verb. duas habens filias. n. 183. & seq. de testam.* Proindeq; id, quod Deo optimo Ma-

ximo placuit, iniquum & abſurdum cenſeri nequit; huicque opinioni ſubſcribunt (4) in terminis collateralium fœminarum omnes juris
322 Interpretes. Quamuis enim de eo diſceptent Doctores, an filiæ & alii in linea deſcendenti cõſtituti ſine dote à parentum hæreditate per ſtatuta repelli illiſque legitima in totum auferri poſſit? quibuſdam affirmatiuam, quibuſdam
323 negatiuam propugnantibus, uti videre licet apud Gail. *libr. 2. obſeruat. 122.* & Bernhard. Greu. *in addit.* tamen in eo conſentiunt omnes, quod ſtatuta & conſuetudines fœminas collaterales, ſorores ſcilicet & alias, quibus nulla legitima, nullaue dos ex fratris aliorumque collateralium ſucceſſione debetur, in totum excludentes, nullamque dotem ex fraterna hæreditate aſſignantes vel reſeruantes, ſubſiſtant Albert. Brun. *de ſtatut fœmin. excludent. art. 1. quæſt. 1. num. 8. & 9.* Natta *in eod. tract. in princ. numer. 5.*

Idque hic (5) tanto indubitabilius locum inuenit, ex quo hæ ſorores iam ante ex paternis & maternis bonis ſemel legitime dotatæ & elocatæ
324 ſunt. Fœmina ſiquidem ſemel dotata ſine dubio ab omnium aliorum, præſertim collateralium, agnatorum ſucceſſione in totum per ſtatutum excludi poteſt Hondedæ, *conſil. 10. numer. 42. vol. 1.* Curt. Iun. *conſil. 5. numer. 33.* Menoch: *conſil. 3. numer. 17. verſic. 9.* qui alios conſentientes adducunt. Quinimo in terminis fortioribus, nempe excluſionis filiarum à parentum ſucceſſione, Doctores vnamiter concludunt, filiam cõgrue
325 & ſemel dotatam abſque dubio à ſucceſſione parentum excludi poſſe Natta *d. tract. de ſtatut. fœm. exclud. quæſt. 1. numer. 3. & ſeq.*

326 Suffragatur huic & (6) hæc ratio, quod exſtante tali conſuetudine ſorores maritatæ vice verſa maritorum ſuorum ſorores ex fraternis bonis dotare jiſue æſtimationem bonorum immobilium ſoluere non tenentur: ſed illa quaſi in cambium retinent & lucrantur, Ita vt de validitate huius conſuetudinis neutiquam dubitari queat, Nec eſt, quod quis exiſtimet, abſurdum & iniquum eſſe, ab vno dotatam, ab omnium aliorum hæreditate excludi, ſed ſufficit, fœminam ſemel congrue dotatam & in matrimonium collocatam eſſe. Imo abſurdum potius foret
227 ſi de ſingulis ſucceſſionibus atque ita pluries dotanda eſſet, & ex illa pluralitate dotationis non conſeruarentur, ſed potius deſtruerentur agnationes, & ſic ſufficere, quod fœmina ab vna dotata ſit, ad hoc, vt ab aliorum omnium ſucceſſione excludi poſſit, vti formaliter reſpondet Menoch. *conſil. 3. numer. 17. verſic. & per tot.* Idemque in ſpecie voluere Albert. Brun. *d. tract. de ſtat. excluſiu. fœmin. artic. 8. quæſt. 14. numer. 53.* Laurent. de Palat. *in tractat. quod ſtant. maſcul. fœmin. non ſucced. n. 146. verſic. ſi vero ſtatutum.* Campegi. *de dote quæſt. 44.* Barthol. Bertazzol. *conſil. ciuil. 11. num. 9.* Chaſſan. *conſil. 55. numer. 16.* Dec. *conſi. 379. numer. 8.* Socin. Iun. *conſil. 62. numer. 20. libr. 3.* Curt. Iun. *conſil. 5. num. 33.* Alder. Maſcard. *de interpret. ſtat. c. 4. numer. 25.* Hondedæ. *conſil. 10. num. 42. vol. 1.* Alban. Mandel. *conſil. 92. num. 2.* Aldouinus Aldouiui *conſil. 104. numer. 18. & ſeq.* Ioſeph. Ludovic. *concluſ. Peruſ. 21. numer. 36. & ſeq.* qui omnes plures alios adſtipulantes adducunt.

Idque hic tanto minus dubii habet, cum hic 328
nõ de excludenda fœmina à ſucceſſione aſcendentis, ex qua ipſi dos vel legitima debeatur, ſed de excluſione ab hæreditate collaterali, è qua nulla dos mulieri debetur, agimus, per ſuperius deducta, quemadmodum etiam de priori, non hoc poſteriori caſu Anchoran. & alii in contrarium laudati loquuntur. Quinimo omnes quo- 329
que illi diſſentientes Doctores qui exiſtimant, fœminam dotatam ſimpliciter per ſtatutum excluſam in dubio non cenſeri excluſam, niſi ab hæreditate dotantis in eo conſentiunt, valere ſtatutum, ſi ab omnium ſucceſſione excludatur Philipp. Dec. *conſil. 346. numer. 4. verſic. & iſta communis concluſio.* Sicut de ſubſiſtentia & validitate harum conſuetudinum primo nullatenus dubitari queat.

Supereſtigitur, vt ſecundo loco indagemus 330
utrum hic talis conſuetudo extet quæ ſororesà fratris hæreditate in totum abſque dote excludat, an vero illis ex bonis fraternis de conſuetudine dos dari vel æſtimatio bonorum ſolui debeat; pro cuius maiori euidentia repetenda & recenſenda ſunt verba ipſa; auß vielgemeldten Landrechte vnd Gerichtsbuche/ welche alſo lauten/ de ſucceſſione in bonis parentum, im Gericht zum Newenlande iſt gebräuchlich vnd herkommen/ daß die Brüder das Vätterliche vnnd 331
Mütterliche Erbe vnder ſich theilen vnnd die Schweſtern darauß nach Freunde Raht außſtewren vnd berathen/ poſtmodumq; ad articulos de ſucceſſione fratrum & ſororum, vnd wie Schwerte vnd Spielmagen ſuccediren/ vnnd in welchen Fällen einer dem andern fürgezogen wird/ zum vierdten das Schwert gehet vor/ wenn aber keine Mänliche Erben ſeyn/ ſo gehet es auffs nechſte Blut/ zum fünfften/ das nechſte Blut vom Schwerte gebrê/erbet/vñ da kein Schwert verhanden/ erbet die Spille/ das nechſte Blut; ex quibus verbis elucet, fœminas & ſorores extantibus fratribus maſculis à fraterna hæreditate in totum excludi, eamque fratribus & maſculis in vniuerſum deferri, nec vllam ſororibus dotem in linea collaterali reſeruari.

Nam cum in primo caſu, vbi de filiarum & 332
deſcendentiũ ſucceſſione agitur, clare exprimatur, fœminas, quidem à maſculis excludi, ſed eas legitime è bonis dotandas eſſe: in collateralium vero & fratrum hæreditate fœminæ ſimpliciter & in totum abſq; vlla dotis vel precij reſeruatione ab hæreditate excludantur, maſculis vero abſolute & in vniuerſum ſine vlla exceptione ſucceſſio deferatur, manifeſto elucet, fœminis excluſis in linea collaterali nullam dotem deberi vel reſeruatam eſſe, alioquin ſiquidem & hoc expreſſum foret l. 1. §. *ſin autem. C. de caduc. tollend.* Incluſioq; vnius importat excluſionẽ alterius *l. maritus. 19. C. de procur. l. cum prætor ff. de judic.* Et quorundam expreſſio reliquorum derogationem inducit Hippolit. Riminald. Iun. *cõſ. 783. n. 4.* Quodq; lex nõ dicit, nec non dicere debemus *l. ſi ſeruus. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred.* quomodo etiã Surd. *de aliment. t. 1. quæſt.*

31.*n.*17.*& seq.* ex eo, quod in *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest.* filiabus ex bonis maternis alimenta reseruantur, concludit, eo ipso alimenta ex bonis paternis censeri denegata.

336 Idque (2) hic tanto magis statuendum, quia per ius consuetudinarium sororibus jus succedendi præciditur, & tota hæreditas fratribus defertur, ibi: das Schwert gehet vor/item das Schwert erbet / wann aber kein Schwert da ist/ erbet die Spillen hæreditas enim est successio in vniuersum jus defuncti *l. hæreditas ff. de verb.*

337 *signif.* Et statutum alicui hæreditatem absolute deferens, totam deferre censetur Roland, *con-*

338 *sil.62.à n.13.lib* 3. Et qui excluditur ab vniuersa successione, censetur etiam exclusus à parte (veluti hic à dote) Alciat. *respons.4.n.24. tom.1. lib.2.* Cephal. *consil.* 145.*n.9. & seq.* Seraphin.

339 Oliuar. *decis.963.n.4 part.7.* Et à quo totum remouetur, ab eo etiam remouetur portio totius, vt est legitima vel dos arg. *l. si quis cum totum. ff. de except. rei judicat.* Annibal. Fundat. & Casp. Gyp. *in nouiss. decis. Rot. Bonon. decis.* 150.*n.* 23. Aldouin. Aldouin. *consil.*104.*n.*22. *& seq. Tiber.* Decian. *resp.*71.*n.*10. *& seq. vol.* 4. qui omnes in hisce terminis, exclusiuis fœminarum loquuntur. Cum igitur hic sorores à paterna hæreditate existentibus fratribus simpliciter & in totum excludantur, sequitur eas etiam à parte, videlicet dote excluſaesse.

340 Tertio juris est non ignoti, quod non sit quis dotandus ex bonis, quorum successio à lege statuto vel consuetudine ipsi denegatur Surd. *de aliment. tit.9.quæst.* 38.*n.*3. Sed tantum ex illis bonis, in quibus ipsi successio debetur, atq; hic fœminis non debetur successio in bonis fraternis, ergo nec petere possunt, vt inde dotentur, sicut nec ei, qui à successione alicuius ab intestato per statutum vel consuetudinem exclusus est, legitima debetur Herman. Vultei. *consil.* 29.*num.*42.*vol.*2. *Marpurg. versita nec dos.*

341 Vnde & Doctores Quarto in terminis docent, ad hoc, vt dignoscatur, an dos fœminæ per consuetudinem exclusæ debeatur, distinguendum esse, vtrum in statuto fœmina simpliciter excludatur, nihilq; legitimæ dotisue nomine ei reseruetur, an vero cum qualitate, quod dotetur excludatur, dotisue nomine fœminę exclusæ aliquid reseruetur Brun. *d. tr. art.6. in princ. n.25. ibi: quandoq; simpliciter excludentia, quandoq; excludētia cũ aliqua qualitate, puta quod sint dotata & art.9. in princ. nu.10. in fine & alii* mox allegan-

342 di. Quod si in statutis fœminis exclusis aliquid reseruetur, tunc illud merito illis exsoluendum esse: Sin vero nihil in statuto ipsis reseruatum, sed simpliciter vel per verba exclusiua vel delatiua vel prælatiua masculorum exclusæ sint, tunc etiam nihil fœminis, præsertim collaterali-b° dotis vel legitimæ nomine deberi, fœminasq; collaterales vigore consuetudinis simpliciter à successione exclusas, etiã à dote exclusas censeri Surd. *d. tr. tit.* 1. *quæst.*31 *n.*27. *& seq. & tit.*3. *quæst.* 1.*n.*42. *tit.*9. *quæst.*38.*n.*1 *& seq.* Bald. *in* Auth. *ex testam. col.2. versic quilibet C. de secund. nupt.*

343 Sicuti etiam eius rei manifesta exempla habemus tam in jure diuino, dum ex eo, quo in sæpe allegato textu *Num. c.* 27. hæreditas fratrum fratribus defertur, & sororibus nihil reseruatur, ab omnibus Doctoribus unanimi cõsensu concluditur, nec dotem sororibus deberi Guil. Bened. *d. uerb. duas habens filias. n.*183. tam in jure ciuili, dum eo ipso, quod filia propter emancipationem à lege 12. tabellarũ simpliciter exclusa etiam à legitima, & sic etiam à dote exclusa censebatur §. *emancipati, Instit. de hæred. quæ ab intest. defert.* Cum igitur hic sorores simpliciter à successione fratrum excludantur, nec dotem, multo minus precium bonorũ exigere possunt.

Quemadmodum & (5) Doctores in terminis 344
fortioribus nempe exclusione matris tradent, si statutum matrem propter existentiam masculorum à successione simpliciter excludat, tunc matrem etiam à legitima exclusam censeri: hac rursum ratione adducta quia legitima sit portio eius, in quo quis successurus erat ab intestato, cum ergo successio ab intestato dene- 345
gata sit matri à statuto, sequi, quod nec ei competit legitima, vti determinat Iason. *in l. si quando. §. generaliter. n.*11. *C. de inoffic. testã* Alexan. *consi.3.n.*10. *tit.7.* Perer Paul. Paris. *consil.*94. *n.24. & consil.9.n.*12. *volum.* 3. Communemque 746
esse conclusionem, quod mater excludatur, etiam à legitima, si vi statuti non admittatur ad successionem filij, ait. Roland. à Valle *consil.26.n.52. & seq. vol.3.*

Quinimo (6) docent idem Interpretes in ter- 347
minis grauioribus ipsorum descendentium, filiam scilicet quæ simpliciter per statutum vel cõsuetudinem à successione exclusa, cuiq; nihil legitimæ loco reseruatũ est, etiam exclusam censeri à legitima, quæ portio sit eius, quod ab intestato debetur *l. Papinianus § quoniam. ff. de inoffic. testam. l. parentibus l. Imper, C. eod.* Ita vt necessario 348
sequatur, filiam ab intestato à tota successione exclusam, à legitima, vti parte, quoq; exclusam censeri tradentibus Bertaz. *consil. ciuil.*7. *n.* 14. 15. *& 16.* Tiber. Decian. *d. respons.*77.*n.*20. *& seq.* Aldov. Aldouini. *consil.* 20.*n.* 18. *& seq.* Surd. *consil.*45.*n.*1.2. *& seq.* Beci. *consil.* 103. *n.*21. *& seq.* id quod nullum dubium habet, si filia jam 349
ante legitime (vti hic) dotata sit, per prædicta, quod si igitur hoc in terminis longe fortioribus simpliciter statutũ exclusæ matris vel filiæ procedit, quanto magis in terminis leuioribus, collateralium nempe fœminarum per statutum vel consuetudinẽ simpliciter exclusarum, quibus ne quidem dos uel legitima de jure debetur, idem statuendum, concludendumque, illas videlicet simpliciter exclusas quoq; à dotis petitione exclusas judicandas esse.

Quemadmodum & (7) pro regula generali 350
traditur à lege, statuto vel consuetudine simpliciter exclusum à successione censeri, etiam exclusum censeri, à legitima Brun. *d. tract. de exclus. fœmin. artic.* 8. *quæstion.*1. *n.* 21. *& seq.* Marc. Anton. Peregrin. *art.* 36.*n.*6. *de fideicommis.* Surd. de *aliment. d. libr.*9. *qũæst.* 38. *n.*1. Natta *consil.*308. *n.*4. Aldouin *consil.*104.*n.*48. *&* 83. Ruin. *consil.* 27.*n.*8. *lib.*3. Socin. Iun. *consil.*25.*num.*10. *lib.* 1. Barthol. Bertaz. *consil. ciuil.*1. *num.* 11. Seraphin. Oliuar. *decision.*963.*n.*2. vbi dicit, generale esse

quod

quod non debeatur legitima ex bonis, in quibus non ſucceditur.

351 Quod ſiigitur fœminis ex fraternis bonis legitima non debetur, nec dos, quę loco legitimæ ſuccedit, vti poſt Bald. Bart. & caſtrenſem arguit Surd. *de aliment tit.1.quæſt.31.n.30.* Menoch. *conſil.168.n.2.*

352 Ne quid interim dicamus (8) de eo, quod fœmina per ſtatutum excluſa perinde habeatur, ac ſi in rerum natura non extaret, vel jam mortua eſſet *arg.l.fiunt.§.1.ff.de bon poſſeſſ.contra tab.& l.2.§ ſed ſi ſint ſui.ff.ad Trebell.* Lancellot. Gallia *conſil 101.n.9.* Hondedæ. *conſil.6.n.12.volumin.1.* Riminald. Iun. *conſil.31.n.71.* Cæſar Manent. *conſil.19.n.2.* Si vero ſorores in rerum natura non eſſent, nec dos eis deberetur, Ergo nec extante ſtatuto excluſiuo vllam dotem ex fratris hæreditate petere & exigere poſſunt.

353 Idque (9) ſubſecuta obſeruantia omnium ſtatutorum & conſuetudinum optima interpres manifeſto confirmat, Neque; vllum à ſororibus exemplum vel præiudicium allegatum, nedum probatum extat, quod ſororibus ex fraternis bonis dos vel precium bonorum auitorum à fratribus exſolutum, ſibi contrarium vero tam in actis prioribus, quam libello huius inſtantiæ plurimis actibus & exemplis corroboratur, proque obſeruantia ſtatuti & conſuetudinis præſumitur, donec contrarium probetur, (quod hic neutiquã factum eſt,) Ita vt rurſus de exiſtentia & validitate huius conſuetudinis, quoque; ſorores in totum excludantur, nullum meo judicio dubium ſuperſit. Neque in actis quicquã ſolidi contrà hanc poſtremã quæſtionẽ ab aduerſo regeſtum inductumque reperio.

Licet enim huiuſmodi conſuetudo rurſum paſſim iniquitatis redarguatur & inſimuletur, prætendaturq; iniquum & abſurdum fore, quod dotata ab vno, ab omnium aliorum ſucceſſione excludatur, ſicuti hoc argumenti genere in ſpecie vtuntur Anchoran. *conſil.80.nu.2.verſic. item ceſſet*, dicens abſurdum quod fœmina dotata à patre tantum, ob vnam dotem repellatur, ab hæreditate matris auię & omnium aſcendentium & Angel. *conſi.126 in fine* & Ioan. de Anania *conſil.89.n.5.* allegati in rationibus dubitandi à Menoch. *conſil.3.n.4.* & Roland. *conſil.54.num.10 libr.3.* illius tamen contrarium paulo ante ſatis ſuperque; demonſtratum fuit, & vlterius præcitatis diſſentientibus communiori Doctorum calculo probatis, docetur, nec iniquum nec abſurdum eſſe, ſi fœminę ſemel congrue dotatæ & in matrimonium elocatæ ab omnium aliorũ hæreditate per maſculos excludantur, imo abſonum & intentioni conſtituentium contrarium fore, ſi de ſingulis ſucceſſionibus fœminæ dotari deberent, cum per illam pluralitatem dotationis non conſeruarentur, ſed potius de-
354 ſtruerentur agnationes: ſed ſufficere fœminam ſemel dotatam & elocatam eſſe, vt ab omnium aliorum ſucceſſione excludatur, vti late reſpondendo firmat Menoch. *conſil.3.per tot.maxime n.17.verſic.9.& ſeq.& n.24.verſic.non obſtat tertiam.* & Aldouin. *conſil.104.n.18.& ſeq vbin.23.* dicit de validitate huiuſmodi conſuetudinis ambigendum non eſſe Albert. Brun. *d.tractat.de ſtatut. exclus.fœmin.art.8.quæſt.14.n.53.* Laurent. *de palat.in tract.quod ſtant.Maſcul.fœmin.non ſucced.n 146.verſic. ſi vero ſtatutum.* Campegi. *de dote. quæſt.44.* Barthol. Bertaz *conſi.ciuil.n 9* Chaſſan. *conſil.55.num.16.* Deci. *conſil.379.n.8.* Socin. Iun. *conſil.62.n.20.libr.3.* Curt. Iun. *conſil.5.num.33.* Alder. Maſcard. *de interpret ſtat.c.4.n.25.* Hondedæ. *conſil.10.n.42.vol.1* Alban. Mandel. *conſil. 92.num.2.dubio.* Aldouin. Aldouini *conſil.104. n.12.& ſeq.* Ioſeph. *deciſ. Perus.21.num.36.& ſeq.qui omnes plures alios adſtipulantes adducunt.*

Idque hic tanto minus dubii habet, cum hic 355
non de excludenda fœmina à ſucceſſione aſcendentis, ex qua ipſi dos vel legitima debeatur, ſed de excluſione ab hæreditate collaterali è qua nulla dos mulieri debeatur, agimus per ſuperius deducta, quemadmodum etiam de priori non hoc poſteriori caſu Ancheron. & alii in contrarium laudati loquuntur, quin imo omnes quoq; illi diſſentientes Doctores, qui exiſtimant fœminam dotatam ſimpliciter per ſtatutum excluſam in dubio non cenſeri excluſam, niſi ab hæreditate dotantis in eo conſentiunt valere ſtatutum, ſic ab omnium ſucceſſione excludatur Phil. Deci. *conſil.346.n.4.verſic.& iſta communis concluſio*, ſic vt de ſubſiſtentia & validitate harum conſuetudinũ primo nullatenus dubitari queat.

Nec etiam ſecundo loco de mente & inten- 356
tione juris noſtri conſuetudinarii, quaſi illud ita exaudiendum ſit, quod nihil ominus fœminis excluſis, dos ſeu precium bonorum exſolui debeat, controverſia excitari poteſt, ex hoc capite, quod ſecundũ aliquos in ſtatutis fœminas dotatas excludentib⁹ ſub intelligendũ ſit, ſi dotatæ fuerint ab hæreditate eius, de cuius ſucceſſione agitur non ſufficere, quod forte è patris vel alterius hæreditate dotatę ſint, quemadmodum tradunt Anchoran. *d.conſil.80.n.2.* & latius Dec. *conſil.346.n.4.verſic quando ſtatutum ſimpliciter dicit, quod dotata non ſuccedit, intelligitur de hæreditate dotantis, & non probibetur alis* ſuccedere Rube. *conſil.106.n.3.* Socin. Iun. *conſil.11.n.8.lib.1.* & alios, quos collegit Menoch. *d.conſil.3.n.9.* cum ſtatuta juris communis correctoria, ita ſic 357
intelligenda, vt jus corrigant, fœminaſq; lædant, vti ex Capra & Alciat. refert. Menoch. *d.conſi.3.n.6.* & quod huiuſmodi excluſiones juſtæ exhæredationes ſint, quæ factæ nõ intelligãtur, niſi no- 258
minatim exprimantur, quemadmodũ ex prædictis in ratiõibus dubitandi etiã inducit Menoch. *d.conſil.3.n.8.* Siquidẽ (1) jam ante oſtenſũ eſt, 359
conſuetudinẽ noſtrã in vniuerſũ maſculos fratres præferre in ſucceſſione, fœminaſq; in totũ ab hęreditate excludere, nihilq; illis dotis nomine, multo minus integrum bonorum pretium reſeruare. Deinde (2) nõ quadrant huc in cõtrarium laudati Doctores. Nam illi ſolummodo 360
loquuntur de eo caſu, quando in ſtatuto dicitur, quod filia dotata excludatur à ſucceſſione patris, matris, cenſeri excluſa tantũ ab hæreditate dotantis, nõ aliorũ, & in libro noſtro conſuetudinario nõ dicitur, quod ſoror dotata excludatur ab hęreditate fratris, ſed ſimpliciter ſine vlla dotis mentione, quod exſtantib⁹ maſculis frater

præfe-

præferatur, soror vero à successione excludatur, & non admittatur, nisi deficientibus masculis. Ergo dissentientes illi Doctores non modo ad terminos nostri thematis minime quadrant, sed ipsa juris provincialis verba satis aperte indicant, sororibus nullam dotē reseruari. Prętereа&
361 (3) præcitatis Doctoribus communius contradicitur statuiturque; sufficere, fœminam ab vno dotatam esse, vt ab omnium aliorum successione excludatur quemadmodum pleno calamo docet. Menoch. *d. consil. 3. per tot. maxime. à. n. 17. vers. 1. vsq; ad finem. vbi etiam nu. 25. 26. 28. n 29.* refutat supra obiectas tuas rationes & allegatas auctoritates, hancq; magis receptam testatur idem stabiliunt Aldovin. *consil. 104. n. 28. & n. 48.* Rolan. à Valle *consil. 24. n. 11. & seq. vbi n. 13. &* Brun. Natta & Campegio de huiusmodi statutis addens, hanc esse magis communem, & tam in judicando quam consulendo amplectendam. Idem adstruit Socin. Iun. *consil. 62. n. 23. versic.* remanet. *li. 2. 3.* vbi pro ea judicatum refert, & omnes alii supra in præcedentis objectionis confutatione cumulati.

362 Insuper & (4) sæpedicti discrepantes interpretes tantum hoc propugnant, si in statuto simpliciter dicatur, filiam dotatum excludi ab hæreditate patris matris, aui, auiæ, censeri, excluſam non aliter nisi dotata sit, ab hæreditate eius, de cujus successione agitur, nec sufficere, quod ab vno forte dote provisa fuerit: at si aliud quid in statuto adjiciatur, ex quo appareat, dotatam semel excludi ab omnibus, illud omnino servandum esse Dec. *d. consil 346. n. 4. versic. & ista communis* conclusio procedit, quando statutum dicit simpliciter quod dotata non succedit, secus si vltra procedat, Veluti si dicat, mulier dotata, non succedat patri, matri, fratri, tunc licet dotata esset, ab vno nō excluditur ab hæreditate omniū, vt in libro nostro consuetudinario non modo nihil dicitur de dotatione seu quod fœmina dotata excludatur à masculis collateralib⁹ sed etiam vlterius procedit & verbis satis apertis nempe prælatiuis (daß Schwert geht vor / das Schwert erbet;) omnem hæreditatem masculis debet, & ab ea fœminas excludit sine ulla dotis reseruatione. Ergo hic de dotali exclusione du-
363 bitari nequit Aldou. *d. consil 104.* Maxime cū (5) In collaterali successione & tali casu versemur, vbi sororibus nulla dos de iure debetur. Multo absurdius & iniquius igitur est, quod per sententiam à qua non certa dos aliqua, sed integra successio in omnibus bonis & avitorum prædiorū æstimatio abiudicatur & sic in effectu tota consuetudo euertitur & annullatur.

364 Similiter nec juuat (3) quod in causa Barnefelt contra Barnefelt duabus sororibus præter dotem ex paternis & maternis receptam ad renunciandum successioni materteræ & desistendum à lite quingenti taleri à fratribus dati: Et in causa Jedden Simmens contra Wartens certæ pecuniæ summa fœminis exsoluta dicitur. Nam id (1) contigit in casu longe diverso in priori siquidem casu liberat non de nostro casu, an scilicet frater in fratris masculi hæreditate fœminis in pari gradu constitutis præferatur, sed de hoc, an fœmina ad materteræ, & sic alterius fœminæ successionem aspirare possit, qui termini longe à casu nostro diversi sunt, vti in supra quæstione 3. in refutatione tertii cōtrarii exempli deductū. Secundo quoque constat, si quid 365 sponte vel voluntarie ab vno alterove masculo fœminæ detur, id in consequentiam non trahi, nec juri statutario præiudicare vel derogare, vti in terminis resoluit Lud. Morot. *cōs. 34. 11. in fine.* Sicuti enim non inducitur consuetudo per tales actus Meichsn. *tom. 3. decis. 14 n. 72.* ità nec eneruatur vel disoluatur juxta *l nihil tam. naturale 35. de leg.* Et res inter alios acta, aliis non præiudicat, Sicuti nec ex eo, quod quis ad redimendam vexam evitanda litium fastidia aduersario aliquid per trānsactionem soluit, juri dantis, multoq; minus tertio quicquam decedit vel præiudicatur. Minus juuat secundum exemplū 366 mit Jedden Simmens / cum & post cœptam hanc litem contigerit Alban. Mandel. *consil. 187. n. 8. lib. 1.* Meichsn. *tom. 2. libr. 1. decis. 8. n. 40.* & cum hac reseruatione expressa factū sit, quod id consuetudini nullatenus derogare debeat *Symphor. tom. 1. part. 2. tit. 11. vol. 3. n. 37. & 38. fol. 217.* Prætera quoque illa exempla cum sententia à qua minime quadrant, ciue fomentū præbent, nam in dictis duobus casibus exigua quædam pecuniæ summa fœminis sponte data omniaq; bona tam mobilia, quā immobilia fratribus relicta; at hic in sententia omnia mobilia & immobilia sororib. adjudicata exceptis solis Erbſtam̃ gūter, quæ apud masculos quidē remanere eorū vero pretiū & æstimatio sororibus solui debeat, quod toto cælo à dictis exemplis discrepat.

Quartum quod in contrarium & pro sorori- 367 bus allegari posse videtur est ius prouinciale inter nobiles in diœcesi Bremensi vigens. Nam illo jure omnia bona mobilia eō sese mouentia cum immobilibus, quæ avita non sunt, ad fœminas & sorores vna cum masculis deuoluuntur, avita vero seu gentilitia bona Erbſtamgūter agnatis quidē relinquuntur, sed eorū æstimatio sororibus exsoluenda. Cumq; hoc in nobilibus vbi sine dubio major conservandæ familiæ fauor militabat, locum habeat constitutumq; sit, idem multo magis in ignobilibus & rusticis statuendum, absurdumq; videtur, quod masculi rustici melioris conditionis, quā nobiles censeri debeant, hocq; exemplo, coniuncto forte æquitatis prætextu dicti Academici ad cā quā tulerunt sententiam pertracti commoti videntur, sed plane sine ratione & contra manifesta juris principia. Iudex enim nō secundum cō- 368 fictam ex proprio cerebro æquitatem, sed secundum leges & consuetudines judiciorum judicare sententiamq; ferre debet, vti clare & severe statuitur in ordinat. Camer. *part. 1. tit. 13. ibi.* Die Beyſitzer ſollen in ſeinē Sachen / ſie ſeyn ſo gering / als ſie wollen / auff ihr Gutdunckē / oder eines jeden erwogener Billigkeit (NB) oder eigen vorgenōmen vnd nicht den Rechten gemäß informirten gewiſen / ſondern auf die Reichß Abſchiede vnd redliche / erbahre Gewonheiten der Herrſchafften vnd Gerichten (NB) Vrtheil faſſen vnd abſprechen. *& part. 2. tit. aut h. jubemus*

mus in fin. C. de judic. c. venientes de iure jur. Gail. lib. 1 obſeru. 36. num. 12. & per tot. Menoch. *de arbitr. lib. 1. cas. 14.* vbi inter alia *numer. 4.* dicit,
369 cum conſuetudine loci quid eſt definitum, nihil eſſe in judicis arbitrio poſitũ, Sed id neceſſario ſequendum, & conſuetudine determinatum cenſeri lege determinatum tantum, vt
370 judex aliter judicans litem ſuam faciat, & de ſyndicatu teneatur Gail. *d. obſeru. 36. n. 13.*
371 grauiterque peccet, Aldouinus Aldouini *conſil. 37. numer. 5.* neque æquiores, vel mitiores lege eſſe demus *Novel. 82. c. 1.* Sed cum ICto reſpon-
372 dere, quamuis lex dura videatur, tamen ita ſcriptum, proindeque ſeruandum eſſe *l. proſpexit. 12. §. 1. ff. qui & à quibus manumiſſ.* Cum igitur hic in judicio & loco controuerſo tale ſtatutum fœminas in pari gradu cõſtitutas, inprimis vero ſorores à fratrum hæreditate excludens, nec eis ullam dotem, multo minus precium bonorum avitorum reſeruans, omniaque bona mobilia & immobilia, vel à patre vel ipſo defuncto ac-
373 quiſita maſculis deferens adſit: ſecundum illam conſuetudinem judex à quo poſtpoſito conficte æquitatis prætextu judicare debuit, vti in his ipſis terminis concludit Menoch. *conſil. 3. num. 24. in fine & nu. 25.* Cumque id prætermiſerit & aliam quantam apud aliud hominum genus (nobiles ſcilicet) vigentem conſuetudinem ſequi voluerit, nulliter plane pronunciauit, con traque manifeſta jura impegit, præſertim cum
374 conſtet conſuetudines & ſtatuta eſſe ſtricti juris, neque de loco ad locum, caſu ad caſum, perſona ad perſonam extendi poſſe Ioan. Gœdda *conſil. 62. numer. 162. lib. 1. Marp.* Carol. Bardel-
375 lon. *conſil. 11. num. 13. & ſeq.* Aldouin. *conſil. 35. nu. 45.* Et conſuetudo, ſtatutum ſeu conſtitutio de certis perſonis ſeu certo perſonarum genere loquens non extenditur ad alias perſonas *Dd. in l. 1. C. de ſum. trin.* Bart. *n. 24.* fuſe pro more Ludolph. Schrader. *conſil. 3. n. 181. lib. 1.* Ioan. Baptiſt Valenzuel. *conſil. 74. n. 83.* Cephal. *conſil. 59. num. 26.* nequidem ex identitate rationis Schra-
376 der. §. *conſi. 3. n. 83.* Maxime quando alia ſpecialis conſuetudo in loco litigioſo exſtat Horat. Carpan. *in ſtatut. Mediol. in prælud. num. 524.* Petrus Paul. Pariſ. *conſil. 25. n. 37. & ſeq. lib. 4.*

377 Atqui oppoſita ſtatuta equeſtris ordinis ſolummodo ad certum genus perſonarũ (ſcilicet Nobilium) ſpectant, & pertinent; Ergo de perſona ad perſonam, caſu ad caſum, loco ad locum, & ſic ad caſum noſtrum extendi nequeunt, ut & indiuiduo reſoluit Academia Ingolſtadienſis inter Georg. Euerhard. *conſi. 14. num. 31. verſic. quod & num. 32. verſic. quamuis nobiles illius pro-*
378 *uinciæ quoad ſucceſſiones lib. 2.* Maxime cum & hic alia ſingularis & ſpecialis conſuetudo in loco judicii noſtri extet, & ſæpe dicti nobiles nullam juriſdictionem ſuper judicio im Newenlande habeant, & eis jus conſtituere, vel illorum ſtatuta hos obligare & arctare nequeant; Imo ſta-
379 tuta ciuitatis dominantis nequidem attenduntur, quoties in loco ſubiecto alia conſuetudo adeſt Carpan. *d. loco numer. 524.* Pariſ. *d. conſil. 25. num. 39 & ſeq.*

380 Neque abſonum & abſurdum eſt, diuerſas in eadem prouincia conſuetudines inter nobiles & ignobiles in ſucceſſionibus vigere, & nobiles fœminas quidem admitti, ignobiles vero excludi vti in ſpecie tradit Georg. Euerhardi *d. conſil. 31. verſic. eſſe autem. & ſeq.* Nicol. Boer. in comment. ad conſuetud. Bituriens. *tit. de conſuet. matrim. Do Serij §. 4. col. 2. in princ.*

Et ita etiam in ipſis ſucceſſionum materiis 138
aliud inter ignobiles ciues & ruſticos in Diœceſi Bremenſi & aliis prouinciis ſeruari & obtinere videmus, ſic vxores nobilium hic loci nõ ſuccedunt maritis, vxores vero ignobilium & ruſticorum ſub ciuitate Bremenſi eiuſque territorio & pagis maritorum ſubſtantiam lucrantur, prout præter notorietatem conſtat ex tom. 3. ſymphor verb. ſtatutum, atque ita fœminę ignobiles & ruſticæ melioris condicionis ſunt, quam nobiles vice verſa in comitatu Burgundiæ dimidiam nobilium & acqueſtruum lucrantur, vxores nobiles, ignobiles ſecus. Chaſſan. *in conſuetud. Burgun. d. rubric. 4. §. 2. in princ.*

Sic in multis imperii Ducatibus, comitatibus 382
& illuſtribus familiis excluduntur, filiæ & fæminæ à ſucceſſione eaque deferuntur agnatis, at nobiles & ignobiles fœminæ in ijsdem locis ſæpe admittuntur ad hæreditates ſicque illæ illuſtres fœmine deterioris conditionis ſunt, quam hæ ignobiles & Sexcenta alia. Neque vſpiam in iure vel apud probatos auctores traditum inuenitur, quod communitates & inferiora iudicia conſuetudines, à nobilium illius prouinciæ moribus & ſtatutis diſcrepantes, inducere nequeant, quodq; illæ ſecundum has informandæ ſint, Sed contrarium jam ante clare oſtenſum. I-383
mo conſuetudo ſpecialis alicuius loci prævalet & præfertur in deciſione cauſſæ, conſuetudini generali totius prouinciæ Iuxta Valenzuel. *conſil. 79. n. 119.* Pariſ. *d. conſil. 25. n. 37. & ſeq. & n. 40. & ſeq.* Quanto magis igitur conſuetudini 384
particulari nobilium? maxime cum hæc conſuetudo nobilium, toto quod dicitur cœlo diſcrepet, à conſuetudine judicii noſtri, nec ullam affinitatem cum ea habeat, nec vnquam in deciſione ſimilium caſuum in hiſce vel aliis judiciis inter ignobiles in conſiderationem uocata ſit, vel vocari conſuerit. Ita vt denullitate & manifeſta iniuſtitia ſententia à qua titubari nequeat, quæ neglecta particulari conſuetudine loci litigioſi aliam extraneam intraneæ conſuetudini præponere vel ſecundũ illam cõtra iura litem dirimere, locique conſuetudinem in effectu totaliter euertere, fœminaſque ad ſucceſſiones vna cum maſculis admittere. Imo ſororibus plus juris in fraterna hæreditate attribuere conatur, quam in paterna & materna ſibi ipſi arrogarunt & vindicarũt Nam in paternis & maternis nõ ſucceſſerunt, ſed tantũ tota dote ab jis excluſæ ſunt, at in fraternis plene ſuccedere fraternorumq; bonorũ mobiliũ & immobilium nõ auitorum partẽ, omniũ vero reliquiorum æſtimationem habere & obtinere debent, quod multo pinguius & majus eſt, & ne quidem ullo verbo à Sororibus unquam potitum fuit, quod etiam nullitatem redolet *l. præſens. l. cũ judex. C. de ſentent. l. 1. l. ait. ff. re judic.*

QVID

Quid igitur Iudicandum?

385 EXhis itaq; facile patet, quid judicandum & sententionandum sit, nempe institutam petitionem hæreditatis fraternę per reorum exceptionem & oppositam consuetudinem fœminarum exclusivam, elisam, & sic in priori instantia male judicatum, proindeq; eam sententiam quæ jus consuetudinarium in totum evertit, reformandam, fratresq; ab instituta actione absolvendos esse.

386 Quod si vero summum hocce tribunal adhuc aliquam dubitationem circa probationem huius cõsuetudinis supereſſe putabit (sicuti tamen omnibus circumstantiis consideratis vix futurum, multo minus quicquam de jure & validitate harum consuetudinum hæsitaturũ credo) articuli in hac instantia exhibiti ulteriusad respondendum & probandumadmittendi erunt: Nec tertium dari vel decerni posse video.

Expensas vero tum ob coloratam litigandi causam, tum quod sorores sententiam priorem pro se habent, compẽsandas arbitror juxta Gail. *lib.* 1. *observ.* 152. Sententiamq; sequenti vel consimili forma concipiendam arbitror.

SENTENTIA.

IN Sachen Schevingk Sixsen vnd Consorten Appellanten eins/ wider Kenecken / Becken vnnd Edelmuth Sixsen / Appellaten anders theils/ seyn die am 28. Ianuarij Anno 1623. einkommene gravamina, als überflüssig nicht/ sondern die Sache von Ambtswegen für beschlossen angenomẽn / darauff vnd allem Vorbringen nach zu Recht erkant/ daß durch Richter nechstvorgehẽder Instanz übel geurtheilt/ wol davon appellirt vnnd ermelte Appellanten von angestelter Klag zu absolviren, vnd zu erledigen seyn/ als wir sie denn auch hiemit absolviren vnd erledigen/ die Gerichtskosten derowegen auffgelauffen / auß bewegenden Vrsachen gegen einander compensirend vnd vergleichend.

Salvo cuiuslibet, inprimis autem nobilissimorum & Doctissimorum Cameræ Imperialis Dn. Adsessorum accurratiori & saniori judicio & calculo.

CASPARIS KLOCKI.

CONSILIVM CII.

In quo

I. Variæ Quæstiones ad materiam ultimarum voluntatum, Testamentorum, Substitutionum, Fideicommissorum, Legatorum & Prælegatorum pertinentes proponuntur & determinantur.

II. Num Principes, Comites & Barones Germaniæ absque juris communis solennitatibus Testamenta condere possint?

III. An pacta Illustrium familiarum de acquirenda vel conservanda successione valeant?

IV An Prælegata & Fideicommissa hæredi universali instituto facta, si maiorem hæreditatis partem absorbeant, in restitutionem veniant, & de iis, sicut de portionibus hæreditariis judicandum sit? Et quibus remediis Hæres prælegatarius eas portiones à cohæredibus consequatur?

SUMMARIA.

1. MVtua coniugum testamenta *valent.*
2 Testatorem *blandis sermonibus ad Testamenti confectionem illicere licet; modo dolus & fraus absit num.* 3.
4 Substitutio vulgaris *per additionem instituti hæredis expirat: Refellitur num.* 21.
5 Relato, *non* referenti, *standum, quoties aliter in relato scriptum, quam in referente invenitur, & n.* 6. *Diluitur n.* 24. 25.
7 Testatoris voluntas *potest declarari ex verbis eius etiam in contractu ante vel post conditum testamentum prolatis; etiam per privatam epistolam num* 8.
9 *Quando tractatur de* declaranda testatoris voluntate, *duo testes sufficiunt: Vide tamen n.* 26. *&* 27.
10 Testator *quando mutat & aliquid novi disponit circa testamentum iam conditum, septem testes requiruntur.*
11 Substitutio *septem testibus probanda.*
12 Extensio *in substitutionibus admittitur expra sumpta mente testatoris in aliqua verosimili ratione fundata.*
13 Fideicommissum *in dubio iniunctum præsumitur, quando nihil fuit expressum in testamento, sed tamen aliunde probari potest testatoris voluntas.*
14 Substitutio *ob favorem vltimæ voluntatis extenditur decasu ad casum per voluntatem testatoris.*
15 Testatoris voluntas *quomodo declarari possit? & num.* 16. 17. 18.
19 *In* Substitutione fideicommissaria *regulariter extensio non est licita: Limitatur numer.* 20.
22 Voluntas defuncti *magis, quam verba attendenda sunt.*
23 Interpretatione *alia opus non est, ubi testatur seipsum declarat.*
26 Declaratio testatoris *potest etiam fieri per scripturam privatam.*
28 Substitutio *potest fieri in contractu & dispositione inter vivos; & num.* 29.
30 Dictio OMNIS, *nihil excludit: Extenditur num.* 31. 32. 33.
34 Exclusio *quorundam, reliquorum est inclusio; & num.* 35.
36 Geminatio *verborum enixam testatoris voluntatem declarat.*
37 Nemo *pro parte testatus, pro parte vero intestatus decedere potest.*
38 Ius accrescendi *unde originem trahat? & num.* 39.
40 Cessio *jurium lite pendente facta invalida est.*

41 Litigioſi vitium *non habet locum, ſi alienatio fiat in vltima voluntate.*

42 Ceſſiones *rerum litigioſarum cum univerſitate tranſeunt.*

43 Vitium litigioſi *non attenditur in corporalibus.*

44 Quilibet *rei ſuæ moderator & arbiter eſt; & nu. 45. Reſtringitur quoad legitimam liberorum & parentum n. 46. 47. & n. 49.*

48 Fratrum & ſororum liberi *in teſtamento præteriri poſſunt.*

50 Bona avita (Stammgüter) *per donationem in extraneos transferri poſſunt.*

51 Pacta, *quibus in totum aufertur libera teſtandi facultas, improbantur.*

52 Donatio *omnium bonorum, præſentium & futurorum, nulla & invalida eſt.*

53 Teſtamentum *ut irrevocabile fiat, nullo remedio caveri poteſt; & num. 54.*

55 Pacta illuſtrium familiarum *de ſuccedendo valida ſunt.*

56 Princeps *ob Germanorum integritatem tollere poteſt l fin. C. de pact.*

57 Verba, Lego, Relinquo, Divido, Ordino, Dispono, *ſi univerſitati adiiciantur, inſtitutionem hæredis inducunt.*

58 Principes, Comites & Barones Germaniæ *in ſuis Territoriis imaginem Imperatoris repræſentant: Et num. 59. 60. 61. Removetur hoc dubium nu. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109.*

62 *In* teſtamentis ſummorum Principum *ſolennitates teſtamentariæ non attenduntur: Vide tamen infra nu. 115. 116. & nu. 110.*

63 Imperiales donationes *ſine inſinuatione valent: Quod an ad inferiores Duces, Barones &c. porrigatur? Vide nu. 90.*

64 Liberalitas Principis *nullis finibus clauditur.*

65 Comites & Barones, *qui habent merum mixtumq; imperium & omnimodam Iuriſdictionem, nulla penitus adhibita ſolennitate teſtamenta conſcribere poſſunt: Et num. 66. & nu. 68. 69. 70.*

67 Princeps *fruitur priuilegio militum in ſuo teſtamento.*

71 Dominorum *Regalibus utentium poteſtatem in dubium revocare, nil aliud eſt, quam revangare velle mundum.*

72 Teſtium *interventus in caſu, quo Barones, omnimoda Iuriſdictione inveſtiti teſtantur, duntaxat proprobatoria, non etiam formali ſolennitate deſideratur: Reſpondetur ad hoc & ſequens dubium numer. 121. 122. 123. 124.*

73 Principum teſtamenta *largius & benignius, quam privatorum, ſunt interpretanda.*

74 Teſtes *non tam de probatoria, quam forma ſubſtantiali in teſtamento requiruntur.*

75 *In* teſtamento inter liberos *duo ad minus teſtes requiruntur: Idem in teſtamento militum obtinet num. 76. De quo tamen dubitatur nu. 77. 78. 79. 80. 81.*

82 Princeps *in teſtamentis active & paſſive utitur jure communi; & num. 83.*

84 *In* teſtamento *coram Principe vel apud acta facto teſtes etiam ſunt adhibendi: Contraria opinio in Camera Imp. approbata num. 85.*

86 Regula, *quod potui, nolui, quod volui, adimplere nequivi.*

87 Teſtamentum *ob omiſſas ſolennitates in pœnam teſtatoris non ſuſtinetur.*

88 Solennitates *in l. omnium. C. de teſtament. ideo exiguntur, ut evitentur fraudes, & nu. mer 89.*

91 Imperator *ſibi hoc non tribuit, ut totam obſervationem teſtamentorum multis vigiliis excogitatam atque inuentam evertat.*

92 Fraudibus *& malitiis obviandum.*

93 Argumentum ab abſurdo *valet, cum à ratione & judicio naturali deſumatur num. 94. Vide quoque num. 112.*

95 Obſervantia *in contractibus & teſtamentis attendenda: & num. 96.*

67 Teſtamentum *Ducis Superiorem recognoſcentis an ſine debita ſolennitate in Camera Imp. ſuſtineatur?*

110 Emancipatio *Comitis Leonſtenii interpoſitione Decreti & authoritatis Imp. obtenta.*

111 Emancipatio *eſt actus voluntariæ juriſdictionis.*

113 Ius commune tollere *eſt de Reſervatis Supremi Principis.*

114 Teſtamenti *forma & ſolennitas à privato mutari nequit.*

117 Princeps *in teſtamento condendo non aliter fruitur privilegio, quam ſi exprimat, ſe hoc jure Principis facere.*

119 Doctoris *opinio non eſt magni facienda, quæ perfunctorie citra diſcuſſionem refertur.*

120 Doctores *perfunctorie loquentes non faciunt communem.*

125 Teſtamento *ob defectum ſolennitatum annihilata, legata corruunt; & num. 126. Vide etiam num. 147. Secus ſi teſtamentum ex cauſa præteritionis vel exhæredationis nullum ſit n. 127.*

128 Teſtamentum *aut quatenus alia diſpoſitio ad pias cauſas etiam ſine teſtibus validum eſt.*

129 Legata *ex teſtamento ad pias cauſas debentur.*

130 Pacta *gentilitia vel ſtatuta familiæ de ſuccedendo valent: & num. 131. 132. 133. maxime, ſi à familia Iuriſdictionem habente erigantur num. 134 & ab Imperatore confirmata ſint, numer. 135. Præiudicia Cameræ num. 136.*

137 Reſervatio *certorum bonorum neceſſaria eſt, ut eiuſmodi pacta ſuſtineantur: Idem de donatione omnium bonorum iudicium eſto n. 138. & 139.*

140 Statutum *liberam teſtandi facultatem tollens viribus caret.*

141 Teſtamenti factio *eſt juris gentium.*

142 Reſolutio *Octavæ Quæſtionis hoc & n. 143. 144. 145.*

146 *Nonæ Quæſtionis* determinatio.

148 Teſtatoris *mens in ultimis voluntatibus prædominatur & pro lege habetur.*

149 Teſtator *id velle non præſumitur, quod non loquitur*

loquitur: Nec *sufficit, testatorem ita voluisse, nisi aliquo modo disponat num.* 150.

151 Voluntas *in mente retenta nil operatur.*

152 Iura *dicentia*, voluntatem defuncti *præ omnibus rebus esse servandam*; *quomodo intelligenda sint? Et num.*153.

154 Regula, *quæ vulgo dicitur, haberi pro expresso, quod verisimiliter testator expressisset, si illud cogitasset, vel de eo fuisset interrogatus, declaratur.*

155 In dubio *facienda est* interpretatio *contra fideicommissum.*

156 Æqualitas *ratione gradus & affectionis servari debet*: *Et num.*157.158.

159 Testator *præsumitur velle minus gravare hæredes, quam est possibile*: *Ampliatur num.*160. *Restringitur, si ex testamento contrarium appareat num.*182

161 Prælegata & fideicommissa *facta hæredi universaliter instituto, quando absorbent maiorem hæreditatis partem, in restitutionem veniunt, & de iis, sicut de portione hæreditaria, iudicandum est*; *& numer.*162. *Quod quando verum? vide infra num.* 185. *Vide quoque num.*187. *ubi Baldi opinio num.*162. *relata diserte reiicitur & improbatur.*

163 Extranei hæredes *qui dicantur?*

164 Pacta, *bona agnatica perpetuo fideicommisso gravantia an testamento infringi & subverti possint? Et num.*188.

165 Prælegatum *relictum hæredi pro ea portione, pro qua est hæres, videtur inutiliter relictum.*

166 Legatum *relictum hæredi à se ipso iure legati non debetur.*

167 Prælegatum *pro portionibus cohæredum valet & valere potest iure legati, & hæres prælegatarius eas portiones consequitur ab illis iure actionis, vel etiam retentionis, precio non soluto*: *Et num.*168.169.

170 Particula auch/ *Etiam, est repetitiva similium.*

171 Declaratio *in una parte testamenti trahitur ad alias partes eiusdem*: *Et num.*172. 173.

174 Generalia & brocardica fundamenta *practicum sensum non satis illuminant, nec sunt ad decisionem causarum alleganda.*

175 Decisio *in terminis quærenda*; *& num.*176. 177.

178 Decisionem *legis vel alicuius Doctoris in terminis allegans, se tutissimum exhibet pro victoria obtinenda.*

179 Verba, VOLO, STATVO, *apta sunt ad inducendum fideicommissum.*

180 Dictiones, gehörig seyn vnd verbleiben/ *pervenire, pertinere, &c. important fideicommissum.*

181 Assignatio *à testatore soli filio facta in vim prælegati sustinetur.*

183 Testator *id voluisse censetur, quod verbis expressit.*

184 Testator *suam dispositionem iuri communi conformare voluisse præsumitur.*

186 Prælegata *post iniunctum fideicommissum facta de rebus particularibus acquirendis, non veniunt in restitutione fideicommissi.*

189 Feudum *in agnatos alienari & refutari potest.*

190 Prohibitio alienandi, *quæ provenit ex natura fideicommissi, tacite inest.*

191 Testator *fideicommissa conditionalia inducere & limitare hoc num. nec non alienationem bonorum restitutioni subiectorum expresse vel tacite remittere potest nu.*192.193.

194 Intellectus *Auth. contra cum rogatis. C. ad Trebellian.*

195 Testator, *qui gravaverat hæredem de restituenda hæreditate, & postea dederat licentiam alienandi, intelligitur substituere, filio non disponente.*

196 Fideicommissum, *potest fieri in casum, quo decedat hæres intestatus*: *Ratio num.*197.

198 Fideicommissum *viribus subsistit, quando non fuit facta alienatio ab hærede, licet illi data fuerit potestas alienandi.*

FACTI SPECIES.

WEiland die wolgeborne Fraw/ Frau Künigunda/ Freyfraw zu Königseck vnd Aulendorff geborne Gräffin zu Zimbern/ ꝛc. hat Anno 1594. den 8. 18. Decembris jhr verschlossen Testament in Beysein acht erbetener Zeugen solenniter auffgerichtet/ vnd nach verschafften vnderschiedlichen Legaten, folgender Gestalt citra hæredis Institutionem & substitutionem geordnet.

Vnd weiln die Institution vnd Erbsätzung ein Grundfest eines jeden Testaments ist/ vnnd wir dieser Zeit/ wie gemelt/ keinen Ehelichen Erben haben/ derentwegen vnd mit nicht geringer Erwegung wir offtermahls zu Gemüht geführet vnd betrachtet/ wie vnd welcher Gestalt wir die sondere Liebe/ Trewe/ Gutthat vnnd erwiesene Dienste/ so vns von wolgedachten vnserm geliebten Herrn Ehegemahl Herrn Bartholden Freyherrn zu Königseck vnd Aulendorff/ Herrn der Graffschafft Rottenfelß vnd Herrschafft Staussen/ Röm. Käyserl. Mayt. Rath/ ꝛc. vielfaltiglich widerfahren vnd begegenet/ denselben wiederumb ergentzen vnd vergelten/ derentwegen mein gleichmässige Liebe vnd Danckbarkeit durch ein eusserliches Zeichen im Werck erklären vnnd bewehren möchte/ dero Vrsach halber/ wir vns fürgenommen/ doch von jhme vnsern lieben Herrn Gemahl weder vnderrichtet/ noch mit Güte Trawen oder auß Furcht genötiget/ sondern mit zeitiger Vorbetrachtung/ auß selbst eigener Bewegnuß/ freyen guten Willens/ vnd für mich selbst/ jhme das jenige/ so ich von weiland den auch wolgebornen Herrn Wilhelmen Graffen vnd Herrn zu Zimbern/ Wildenstein/ vnd Mößkirch/ Herrn zu Oberndorff/ vnnd der freyen Herrschafft/ Schramberg Röm. Keys. Mayt. Rath ꝛc. Meinem freundlichen lieben Brudern Sel. Gedächtnuß/ ererbt/ über welches wir dann selbsten Fraw vnd Meister seyn/ Mit denselben auch/ wie vnser freyer/ guter Will/ wenden vnd bewegē/ schaffen/

handlen / thun vnd laſſen mügen vnſers Gefallens/derwegen wir mehrgedachten vnſern vielgeliebten Herrn Gemahl Herrn Bartholden/ vnd gantz wol befugter weiß / ſonderlich ſeiner wegen vns vielfaltig bewieſener Gutthaten erzeigter Lieb vnd ſchuldiger Danckbarkeit / vnd daß ich verhoffe nicht minder künfftiglichen von jhme aller Lieb vnd Trew gewärtig zu ſeyn / In Bedenckung nun ſolcher erzehlter / auch anderer mehr wichtigen vnd vns darzu bewegenden Vrſachen/ wir hiermit wiſſentlichen/wolbedächtlichen vnd willkürlichen zu vnſern Rechten/wahren vnzweifelichen vnd zu vnſern univerſal Erben einſetzen/ aller vnſerer Verlaſſenſchafft/ es ſey mein Heurathgut/deßgleichen auch alle Rechtfertigungen/ keine außgenommen/ ſo von wolermelten vnſern geliebten Herrn Brudern Wilhelm Graffen zu Zimbern/ꝛc. auff vns/ ſo wol als andere ſeine hinterlaſſene Erben / erblichen kommen vnd gefallen/ keine außgenommen / Item alle meine Kleider/Ketten/Kleinoder/Ring/Baarſchafft/ außſtehend Geldſchulden / Silbergeſchirr / fahrende Haab/ Haußrath/Bettgewand/ Renten / Zinſen/ Güldten/ Zinßbrieff/ liegend vnd fahrend Güter/Kleines vnd Groſſes/Beſuchts vnd Vnbeſuchts/benent vnd vnbenents / Geld vnnd Geldswehrt/allein außgenommen/ was wir in dieſem vnſern Teſtament vnd letzten Willen andern verſchafft oder vermöge hernachfolgenden vnſers Vorbehalts,ins künfftig andern bey lebendigem Leib verſchencken oder verſchaffen möchten.

Wann der Allmächtige Gott über kurtz oder lang vns auß dieſem vergänglichen Leben ohne Eheliche Leibes-Erben erfordern würde/ mehrwolermelter mein lieber Gemahl Herr Barthold ꝛc. vns überleben ſolte/alsdañ vnſer einiger Erb/ aller vnſer verſchaffter/verlaſſen Haab vnd Güter/ſeyn/heiſſen vnd bleiben ſolle/auch mit ſolcher ermelter meiner Verlaſſenſchafft/als wie mit allen andern ſeinen eigenthümblichen Gütern zu ſchalten vnd zu walten macht haben / abermahl vnverhindert männigliches in alle wege.

Würde ſich aber begeben / nach dem Willen Gottes/daß vielwolermelter vnſer geliebter Gemahl Herr Barthold/vor vns Tods verſcheiden ſolte/ (welches doch der Allmächtige Gott gnädiglich verhüten wolle) ſo ſubſtituiren wir hiemit / nemblich deß wolgebornen Herrn Jörgen Freyherrn zu Königseck vnd Aulendorff/ꝛc. vnſers freundlichen lieben Gemahls Bruders Söhne/ welche jetzbenante vnſere liebe Vättern/wann vnſer geliebter Gemahl Herr Barthold/ſo vnſer eingeſetzter Erb iſt/ vnſern tödlichen Abgang nit erleben ſolte / ſo viel vnter denſelben nach vnſern Ableiben verhanden vnd im Leben ſeyn / ſetzen wir auff ſolchen Fall zu vnſern wahren Erben / aller vnſerer vnverſchaffener Verlaſſenſchafft hiemit ebenmäſſig / wie vnſern Herrn vnnd Gemahl/ſubſtituiren,benent vnd geſetzet haben wollen/ Alſo vnd dergeſtalt / ſo viel derſelbigen alsdann noch im Leben/angeregte vnſere Verlaſſenſchafft / alle miteinander zu gleichen theilen / erben/menniglichs daran ohnverhindert.

Jedoch ſollen obgemelte vnſere freundliche liebe Vättern Herrn Georgen Freyherrn zu Königseck eheleiblichen Söhnen / ſchuldig ſeyn / jhren Schweſtern den Frewlein zu Königseck/ꝛc. So offt ſie eine wird ehrlich vnd wol jhren Stand gemäß verheurahten / ein tauſent Gülden von dieſer vnſer Verlaſſenſchafft zu den zwey tauſent Gulden / ſo ſie zuvor wird Heurahtgut haben / von vnſertwegen geben werden / ſoll auch daſſelbin jhrem Heurathsbrieff gemeldet werden/ alſo daß vnſer inſtituirter, oder da Er / wie gemelt/ vnſern tödtlichen Abgang nicht erleben ſolte/vnſer ſubſtituirte univerſal-Erben geſtracks nach vnſern tödtlichen Abſchied auß dieſer Welt/ völlige Macht vnd Gewalt haben/(denſelben wir jhnen auch hiermit außdrücklich gegeben / ſich deſſelben zu vnderwinden / auch hiebeneben alle Obrigkeiten/ Geiſtliche vnd Weltliche / ſie bey dieſem vnſerm Teſtament vnnd letzten Willen handzuhaben / zu ſchützen vnd zu ſchirmen / demütigſt/ höchſtes Fleiſſes vnd in Gebühr erſucht vnd gebetten haben wollen) wir wollen auch hiermit ſie/vnſern ein oder nachgeſetzte Erben ſambt vnd ſonders in krafft dieſes vnſers Teſtaments zu poſſeſſoren vnd Beſitzer aller vnſerer vnverſchafften Verlaſſenſchafft / alſo vnd dermaſſen conſtituirt vnd eingeſetzet haben/ daß ſie dieſelben poſſeſſion vnd Beſitzung immediate vnnd ohn alles Mittel zu Endung vnſers zeitlichen Lebens continuiren ſollen vnd mögen/ als hetten wirs jhnen bey vnſern Lebzeiten ſelbſten vnnd eigenthümblich übergeben vnd zugeſtellet / alſo vnnd daß jhnen andere apprehenſion hierzu nicht von nöthen ſey / vielweniger daß ſie jemand daran verhindern ſollen noch mögen.

Et rurſum: vnd hiemit wollen wir dieſe vnſere Ordnung im Namen Gottes beſchloſſen haben / in der aller beſten beſtändigſten Form vnd Weiß / wie es in allen Rechten vnnd allen löblichen rechtmäſſigen Gebräuchen allermeiſt Krafft/Macht vnd Beſtändigkeit haben ſoll/kan oder mag.

Ob aber jhr hierinnen einiger Mangel / Gebrechen oder Zierlichkeit zu dergleichen Teſtament vnd letzten Willen gehörig / erfunden würden/deſſen wir vns doch nicht verſehen / ſo ſoll es doch vollkommene würckliche Krafft haben / als ein Codicill, oder ein jede Gabe von Todes wegen/oder als ein Fideicommiſſum, deren Eygenſchafft vnnd Würckung / aller wir genungſamb bericht vnd erinnert worden ſeyn/oder ſonſt als ein jeder letzter Will/allergeſtalt vnnd in alle wege/als wehren alle nothwendige Formb/Zierligkeiten / weſentliche Stück vnd clauſulen außtrücklich von Wort zu Worten hierinnen begriffen/alles getrewlich / ohne ſonder Gefehrde. Bey welchem letzten Willen wolermelte Fraw Teſtirerin es nicht allein ohnverendert gelaſſen / ſondern es haben auch hernacher Jhr Gn. in einer Verſchreibung de dato 20. Decembris Anno 1597. angeregte teſtamentirliche diſpoſition mit folgenden Worten wiederumb beſtetiget.

Dem allem nach vnnd zu würcklicher Erzeigung

5 Communis hominum vſus *& conſuetudo in imponendis nominibus & rebus denominandis ſpectanda eſt, & num. 6.*
7 Equi, boues, *ſues &c. nomen ſeparati generis ſunt, nec ſub legato ſupellectilis domus intelligi poſſunt; & num. 8. 9 vbi deciſio in terminis adducitur.*
11 Mobilium *appellatione quandoque animalia veniunt; Reſtringitur num. 12. 13. 14.*
15 Indefinita locutio *declaratur & reſtringitur per ſequentia.*
16 Verba ſubſequentia *declarant generalitatem, quando ſunt ſubiecta generalitati immediate ante orationem perfectam, & vnica oratione concluduntur.*
17 Maſſaritiarum *nomine intelliguntur ſupellectilia; & vtenſilia ad vſum domus exiſtentia nu. 18. 19. 20.*
21 *In* legatis *in quibus ſpecies eſt poſita poſt genus, vel verba indefinita, reſtringitur diſpoſitio legatie verbis ſpecialibus ſubiunctis; & num. 22. 23.*
24 Dictio, an/ *demonſtrationem rerum legatarũ inducit, & æquiualet dictioni* Videlicet *num. 25. & 26.*
27 Exempla *ſubiecta declarant regulam.*

28 Verbo

28 Verbo, Fahrnuß, *non denotatur aliud, quam supellex; & num.* 30.

29 Ex verbis *sequentibus declaranda sunt præcedentia.*

31 Hæres *quando generaliter in bonis omnibus, mobilibus & immobilibus, seque mouentibus, institutus est, tunc in prælegato speciali non veniunt animalia.*

33 Fructus *à solo separati, pecuniaque parata, aurũ & argentum in generali legato mobilium veniunt.*

36 Differentia *an sit inter dictionem* Farhnuß vnd bewegliche Güter? *& num.* 37. 38.

39 *Contra* vsum *juridice judicari nequit.*

40 *In dubio semper contra* prælegatum *in id, quod minus est, fit interpretatio.*

41 Testator *præsumitur quam minimum voluisse grauare hæredes.*

SVFFRAGANTE IEHOVA.

QVæritur an verbis istis testamenti Domini Matthei Kalt daß die beyde neben einander zu Billickhen ligende Behausung mit der Fahrnuß vnnd Haußrath / so zur Zeit deß Falls darinnen befunden wird / testator etiam animalia continere voluerit.

Et cum prælegatum vniuersum sub generali significatione verborũ, Behausung / Fahrnuß vnd Haußrath comprehendatur, in horum 1 verborum significationem inquirendum est, cum id tantum his verbis legasse censendus sit quod vsu communi significant *l. labeo.* §. *Seruius* 2 2. *de supell. legat. l.* 3. *ff. de Reb. dub.* Domus quidem appellatione non nisi ædificium per se venire expediti iuris esse existimo: Domo enim legata, ait Callistratus, ne quidem instrumentũ eius, neque suppellex aliter legato cedit, quam si idipsum nominatim à testatore expressum fuerit *l. vlt. cum l.* 8. *ff. de supell. legat.* Cum vero animalium nominatim mentio facta non sit; ea nec 3 legato contineri omnino consecutiue dicendũ est, ni forsan sub verbis Fahrnuß vnd Haußraht testatorem ea comprehendisse quis asseuerare velit; Sed nec hoc admitti posse sequentia ostendunt. Verbo enim supellectilis Haußraht eas 4 tantum res, quæ ad vsum communem patrisfamilias, quæ nomen sui generis separatim non habent, secundum Alfenum *in l. supellectilis.* ℭ. Seu instrumenta patrisfamilias rerum ad quotidianum vsum paratarum, quæ in aliam speciem non caderent iuxta Celsum *in l. labeo.* §. 1. *de supell. legat. venire* manifestum est. Vnde efficitur, vt quæ ad artificij genus aliquod pertinerent, neque ad communem vsum patrisfamilias accomodatæ essent, supellectilis non sint *d. l. 6.* Adeoque licet testator & ipsa supellectilis loco habuerit, non tamen legando supellectilem 5 hæc & legare voluisse intelligatur, Cum non vsus & consuetudo vnius, sed communis hominum in imponendis nominibus & rebus denominandis spectanda sit *d. l. labeo* 7. §. *Seruius* Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 160. *n.* 26. *vbi per tot* quæ in legato suppellectilis veniant vel non explicat; cui addi potest Modest. Pistor. *consil.* 65. *n.* 8. *vol.* 1.

In præsenti itaque facti specie cum equos, pe- 6 cudes & similia eius generis animalia non communis vsus edendi & bibendi causa, vt loquitur ICtus *in l. vasa ænea* 11. *de supel. legat.* habuerit, Sed partim, vt homo militaris & Capitaneus, partim vt agricola, nulla iuris ratio est, quæ ad hunc specialem testatoris agri & belli vsum habita appellatione supellectilis venire admittat, repugnante definitione *d. l.* 6. & 7. *de supel. legat.* Et præsertim etiam cum verba testatoris debeant intelligi secundum conditionem personæ, ad quam referuntur *l. plenum.* §. *equitũ. ff. de vsu & habit. c. si de benefic. de prabend. lib.* 6. Petr. Peck. *de testam. coniug. lib.* 5. *c.* 26. *n.* 2. Quinimo 7 cum hi equi, boues, &c. in aliã speciẽ animalium cadant, & nomen separati generis habeant, sane sub legato supellectilis domus intelligi non possunt iuxta expressam ICtorum *in d l.* 6. & 7. dispositionem, vbi ea de ratione, quod aliud genus habeant instrumenta agri & domus, à supellectile legata excludi docet, cui sane perquam similiter equos, boues, sues & similes à supellectile § excludi, quod sub separato genere animalium comprehendantur, dicendum erit.

Nec opus longius eiusmodi rationibus in 9 quirendis immorari, cum in terminis decisionẽ habeamus iuris expressam *in l. junct. l.* 2. *ff. de supellect. legat. ubi ICtus, supellex, ait.* est domesticũ patris familias instrumentum nõ res mouentes, non animales, vbi Bartol. *n.* 1. si quis supellectilẽ leget, dicit, non continetur asinus & equus, sicut etiam secundum eundem Bartol. neque liberi neque arma veniunt *in l.* 3. *in fin. ff. eod.*

Ex his igitur necessario concluditur, legato 10 deß Haußgeraht̃s seu supellectilis animalia nulla includi, adeoque nec legatariam ea vi horum verborum sibi vindicare posse.

Restat de adiuncto vocabulo Fahrnus, Mobilium, videamus, vtcunque autem appellatio- 11 ne mobilium quandoque animalia venire, ex Parisio testatur Menoch. *d. loc. n.* 20. Bertrand. *consil.* 188. *n.* 2. *vol.* 7. Franc. Mantica *lib.* 9. *c.* 3. *n.* 1. *de coniect. vlt. volunt per l. mouent. ff. de verbor. significat. & alios text.* Petr. Peck. *de testam. coniug. lib.* 5. *c.* 30. Cæsar. Vrsill. *in addit. ad Afflict. decis.* 106. *n.* 13. Decian. *consil.* 44. *n.* 86. *vol.* 4. Attamen quo 12 minus hoc præsenti in facti specie fiat, refragantibus nimirum verbis & voluntate testatoris quibus invitis mobilium significatio ad animalia extendenda non est, vt expresse voluit Bertrand. *l. consil.* 188. *n.* 3. & 4. *volum.* 7. Mantica *d. c.* 3. *n.* 1. *post Decium consil.* 652. *num.* 2. sequentes euincunt rationes.

Primo, id suadent verba restrictiua à testato- 13 re adiecta ibi: mit der Fahrnuß vnd Haußrath / so darinnen an Federwerck / ꝛc. vnd allen andern zu einer ordentlichen Haußhaltung gehörigen Haußrath / Küchen- vnd all andern Geschirr / ꝛc. Particula enim So æquiualet latinorum, quæ Modestin. Pistor. *consil.* 36. *nu.* 20. *vol.* non solum 14 mobilium legatum ad locum, domum scilicet,

ſed & nominatim ad uſum quotidianum do-
14 mus: ibi: Zu einer ordentlichen Haußhaltunge reſtringens, ut non alia poſſit eſſe verborum vis, ac ſi teſtator mobilia & eam ſupellectilem, quæ ad ordinarium domus uſum requiritur do, lego, ubi relationum. Quæ, adiunctum præcedenti diſpoſitioni ſine copula eam reſtringit, ut dicit Bartol. *in l. ea tamen ff de legat 3 l. à filio. §. pen. & §. fin de alim legat.* Alexand. *conſil.* 14. *abunde & eleganter in pr. lib.* 7. Cavalcan. *deciſ.* 27. *p.* 3. *num.* 7. *in fin.* facit text. *l. Stichus quimeus de legat.* 1. & quæ notat Modeſtin. Piſtor. *d. conſi.* 36.
15 *num.* 21. Eſt quippe proprium indefinitæ locutioni, declarari & reſtringi per ſequentia *l. qui non militabat. §. filiis de hæred. inſtit.*

16 Et verba ſubſequentia declarant generalitatem, quando ſunt adiecta generalitati immediate ante orationem perfectam & unica oratione concluduntur Cavalcan. *deciſ.* 26. *num.* 47. *p.* 3. Vnde quaſi in terminis & quidem longe fortioribus, ſi teſtator reliquerit legatario omnia &
17 quæcunque bona mobilia, maſſaritias &c. (quo nomine ſupellectilem intelligi docet Bartol. *in l.* 1. *inprinc. de ſupel. legat.* Franciſc. Mantica *lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 22. *de conſect. ultim. volunt.* poſt Bartol.
18 *iam d. loc.* & Abb. *conſil.* 88. *n.* 2. *lib.* 2.) & utenſilia ad uſum domus exiſtentia in domo habitationis teſtatoris legatum tantum ad maſſaritias & utenſilia domus reſtringi, non autem ad omnia mobilia cuiuſcunque generis extendi, nec poſſe gravari hæredem niſi reſpectu ſupellectilium ad uſum domus deſtinatorum reſpondit Burſatus *conſi.* 450. *n.* 4. *verſic. ad ſecundum.* quia, *ait*, qualitas illa ad uſum domus & exiſtentia in domo legato utenſilium in eadem ratione adiecta, repeti debet in prima parte legati mobilium licet generaliter concepti eiuſque vi genus illud bonorum mobilium reſtringitur ad ſpeciem adiectam, ea ſcilicet quæ ſunt in domo teſtatoris utenſilia & ſupellectilia. Hæc *d. loc.* pro
19 quo etiam textus egregius *in l. hæres* 100. §. *vxori. ubi gl. ad verbum verum eſt de legat.* 3. ſimiliterque Cavalcan. *deciſ.* 27. *num.* 9. *p.* 3. Et ideo dixi, *ait*, legatum factum de omnibus bonis mobilibus & ſupellectilibus, teſtatorem intellexiſſe de mobilibus ſe moventibus, & non de moventibus per ſe, quæ moveri poſſunt ab aliis, ſed de ſupellectibus maſſaritiis, &c.

20 Eodemque modo ſi teſtator dictionem generalem omnia mobilia (quæ tantum generalis appellatio in præſenti mobilium prælegato non reperitur) quali clauſula reſtrinxiſſe; ut ſolum ſupellex, non autem animalia, pecudes, aurum & argentum fructus à ſolo ſeparati, &c. veniant, tradit Plorus *tract. de in lit. iur.* §. [illegible] 5.

21 Secundo, in legatis, in quibus ſpecies eſt poſita poſt genus vel verba infinita reſtringitur diſpoſitio legati ex verbis ſpecialibus ſubiunctis in favorem hæredis, ut teſtatorem noluiſſe omnia bona, quæcunque alias generali appellatione venirent in legato generali & verbis teſtatoris indefinitis, ſed ſaltem ea, quæ ſubiuncta & iis, per quam ſimilia ſunt ad legatarium transferre voluiſſe dicatur. Sic enim gl. *in l. cum quidam* 8. §. *in verbis non deberi ff. de ſupel. legat.* prius generali nomine poſito ſcilicet inſtrumento, deinde ſpeciali, ſupellectile ſcilicet, ſuppoſito, per hoc ſubiunctum ſpeciale reſtringi præcedentia omnia tradidit; confirmaturque in ter-22
minis à Socino *Iun. conſil.* 113. *vol.* 3. Decio *conſil.* 92. *per tot.* addit Baldum *conſil.* 485. *n.* 4. *vol.* 4. ubi in legato mobilium reſpondit, quando ſpecies ſequitur genus, quod tunc ſpecies ſubſequens reſtringat ipſum genus, ſecus ſi procedat, per *l. quæſitum §. pen ff. de fund. inſtr. legat.*

Hic vero teſtator generali bonorum mobi-23
lium legato ſtatim ſpeciem utenſilium ſcilicet Haußgerath/ ſubjecit, iſtaque inſuper per manifeſta exempla huic ſaltem convenientia declaravit. Qua ſpecierum enumeratione res legatas, quæ ad oculum demonſtrare voluiſſe videtur. Hæc enim videtur eſſe vis dictionis
24 an/ ut demonſtrationem rerum legatarum inducat per notat. Caualcan. *deciſ.* 29. *num.* 32. *p.* 3. Vt æquivaleat dictioni videlicet, quaſi teſtator
25 in leganda ſupellectile uſus ſit, legatum generale ad ſpecies enumeratas limitari tradit Guid. Pancirol. *conſil.* 64. *n.* 16. *& ſeq.* Faciunt notata Burſati *conſil.* 13. *num.* 32. *p.* 1. Vbi conſequen-26
ter ex ſpeciali & particulari ſubiuncto nomine & exemplis ad utenſilia domus tantum pertinentibus neceſſario & veriſimiliter teſtatorem noluiſſe bonorum mobilium legato omnia bona mobilia in genere, ſed ſaltem ſupellectilia domus legatario relinquere judicanda ſit, quemadmodum in propoſito eadem ratione concludit Burſat. *d. conſil.* 450. *numer. quinto & ſeqq.*

Cui pro confirmatione accedit vulgatum il-27
lud, quod exempla ſubiecta ſemper declarent regulam præcedentem *l. ult. §. qui dulcia ff. de vino, tritic. & oleo legat.* Guid. Pancirol. *conſi.* 64 *n.* 18. *verſic. ſecundo reſpondetur.*

Tertio per verbum Fahrnuß in §. daß die bey-28
den/ non denotari aliud, quam ſupellectilem, adeoque per copulam Et connecti à teſtatore maioris explicationis gratia res eaſdem more germanis ſimilemque latinis teſte ICto *in l. ſæpe* 53. *ib.* Et cum dicimus de verbo ſubſequenti §. verba. So ſollen demſelben/ ꝛc. ibi zuſambt dem Haußrath wie obgemelt/ ꝛc. ubi per legatum tantum ad domos & eiuſdem ſupellectilia refert, omiſſa omnino appellatione mobilium der Fahrnuß expreſſe declarant, ut ſane maioris evidentiæ tantum cauſa verbum Fahrnuß in præcedentibus teſtatorem poſuiſſe judicandum ſit. Ex ſequentibus enim teſtatoris verbis declaran-29
da ſunt præcedentia *l. ſi ſervus* 50. §. *fin. de legat.* 1. Cavalc. *deciſ.* 14. *n.* 4. *lib.* 3. Modeſtin. Piſtor. *conſ.* 31. *n.* 6. *p.* 1.

Quarto dilucidius idem eo ipſo probatur, 30
quod inſtitutio cæterorum hæredum facta ſit univerſaliter in omnibus bonis mobilibus, immobilibus & ſe moventibus: Alle vnd jede meine jetzige vnd künfftige ligende vnd fahrende/ ꝛc. wie das alles genant/ Geſuchtes vnd Vngeſuchtes nichts außgenommen zu gleichen theilen haben ſollen/ à qua inſtitutione poſtea per viam prælegati tantum excipitur domus cum utenſilibus & mobilibus. Quando vero generaliter alicuius 31
in bonis

in bonis omnibus mobilibus & immobilibus sequemouentibus institutus est, tunc in prælegato speciali mobilium non veniunt animalia, pro vt in specie ex Decio *consil. 655. Casus col. 2. versic. Secundo efficaciter* tradit *d. §. 1. num. 16. nam in præcedenti.*

32 Quinto testatorẽ appellatione der Fahrnuß noluisse comprehendere animalia inde euincitur, quod nequidem fructus à solo separatos, pecuniamque paratam, aurum & argentum legato hoc mobilium & supellectilis continere voluerit ibi: Jedoch Früchten/ꝛc. quæ tamen alias in generali legato mobilium veniunt *l. sichorus. §. his verbis. de legat. 3.* Plotus *d. tract. §. 1. n. 15.* Pinel. *in l. 1. part. 2. n. 45.* C. *de bon. mut.* Bursat. *d. consil. 450. n. 4. Secundo.* Tessaur. *decis. 160. n. 1. & seqq. &* ita decisum in Rota refert Hieronym. à Laurent. *decis. 74. num. 4. & seqq.* Igitur nihilominus ea, quæ nec proprie mobilia, sed mouentia dicuntur & prorsus à mobilibus diuersi generis sunt, ab ijsque distinguuntur *l. 1. ff. de ædilit. edict. l. pen. C. de jur. dict. l. vnic. §. cum autem. C. de Rei vxor. act. l. 2. &* 3. C. *de quadr. præscript. l.* 13. C. *de seruit. l. 4. C fam. eris.* comprehendere voluisse putandus sit.

35 Confirmaturque ex eo, quod ibidem reperiatur verbum dergleichen außgescheiden vnd vngemeint/quo ipso sane expresse indicatur, alia quæuis, ob diuersitatem generis à legato der Fahrnuß vnd Haußgeräte/exceptis seu appellatione vtensilium comprehensis, in prælegatũ non venire, vt cum animalia non minus atque fructus à solo separati, vasa argẽtea, pecunia numerata, &c. sub alio quã vtensilium & supellectilium nomine contineantur, non minus atque illa ipsa specificata & ob diuersitatem generis excepta in prælegatum non venire intelligantur, hæc enim videntur necessario, sicut & verba illa dergleichen/hoc est, huiusmodi alijs, quæ denotant similitudinem & identitatem casuum & rationis, & repetunt qualitatem præcedentem in casibus similibus Caualcan. *decis. 25. nu. 15. & seq. part. 3.*

36 Sexto vix scio, annẽ ex vsu Germaniæ differentia sit inter dictionem Fahrnuß & beweglichẽ Gũter videtur enim vox Fahrnuß illud proprie comprehendere, quod latinis vtensile & supellex, beweglich autem omne, quod mobile, seu de loco ad locum moueri potest. Quemadmodum autem longe aliud est dicere, lego mobilia mea, aliud vero res omnes mobiles, Sic & differentia constituenda sit inter legatum der Fahrnitß & legatum aller beweglichen Gũter. Priori
37 casu sub legato mobilium ex hodierna recepta consuetudine vsuque loquendi non veniunt nisi vtensilia & supellectilia domus. Posteriori vero, si testator omnes suas res mobiles alle beweg-
38 liche Gũter leget, latius est legatum & fructus, aurũ, nummos complectitur, de qua ex vsu vulgo recepta consuetudine testatur Ioan. Andr. *in addit. ad specul. tit. de fruct. int. §. 1. vers. Sed quid si debeo.* & Olrad. *consil. 219. factum tale est. circa fin.*

Et notorium est, hodie hominis appellatione suorum mobilium non sentire de supellectile, & ita vsu obseruari, contra quem iuridice iudicari non possit, ait Pinel. *in d. l. 1. p. 2. n. 50. C. de bonor. mutat.* Idem asserit Tessaur. *decis. 160. n. 7.* Natta. *consil. 117. numer. 5.* Francisc. Mantica *d. lib. 9. tit. 3. num. 8. de coniect. vlt. volunt.* Ex quo rursus cõcluditur, nec testatorem in præsenti casu verbũ mobilium, der Fahrnuß/de aliis, quam supellectilibus & vtensilibus intellexisse. 39

Septimo in dubio semper contra prælegatum in id, quod minus est, fit interpretatio *l. qui concubinã §. 1. l. nummis. ff. de legat. 3. l. si istud scriptum. in fin. de legat. 1.* Præsumitur enim testatorem quam minimum voluisse grauare hæredes 40 41
l. vnum ex familia §. si rem. de legat. 2. §. non solum. Institut. de legat. Bursat. *consil. 5. n. 12. vol. 1.* videri etiam potest Bald. *consil. 485. lib. 4.* Afflict. *decis. 107.* Simon de Prœtis 11. *dubit. 10. num. 36. & seqq.*

Casparis Klockii.

CONSILIVM CXXVI.

De renunciatione quadam in solenni forma coram judice facta.

Svmmaria.

1 Testamentum *resoluitur, si testatore viuo hæres decesserit.*
2 Ius accrescendi *quando locum habeat?*
3 *Quando permissa sit omisso testati jure ab intestato aditio?*
4 Renunciatio *sub condicione facta.*
5 Filia *hoc casu metu reuerentiali ad renunciandum inducta.*
6 In renunciatione *subauditur clausula, Rebus sic stantibus vel in eodem statu permanentibus, ita, vt ijs mutatis etiam renunciatio mutetur.*
7 Causa finalis *existimatur, quæ si non exstitisset, actus factus non fuisset.*
8 *Si filia inducta sit ad renunciandum jurato bonis paternis, eo, quod ipsi legata sint à patre aliquot millia, & legatum deinde non adpareat, renunciatio non valet.*
9 Renunciatio *stante enormissima læsione præsumitur facta propter metum vel aliam speciem doli.*
10 Renunciationes *metu extortæ non obligant.*
11 Legitima liberorum *quomodo computanda?*
12 Feuda *in legitimam non computantur; Secus in feudis mere hæreditariis num. 13. & 14.*
15 Dos *congrua quænam dicatur?*
16 Filia *dotata renuncians ob enormem læsionem in integrum restituitur, etiam sine absolutione à juramento.*
17 Diuisio *inter hæredes ratione inæqualitatis & læsionis ad æqualitatem reducenda est; & numer. 18.*
19 Renunciationes *fœminarum odiosæ: & stricti juris num. 20. ad fauorem renunciantium interpretandæ n. 21.*

Edler Veſter inſonders vielgünſtiger lieber Juncker/welcher maſſen E. V. geliebte Gemahlin/wie ſie Anno 1593. ſich an dieſelbe verheurahtet/ von jhren Vormündern zu Adelicher Eheſtewr vnd Heurathgut 5000. fl. Hauptguts wegen Vätterlichen anerſtorbenen Erbfalls adſignirt, aber dagegen in den pactis dotalibus mit nachfolgenden Worten abgeredet worden/ daß ſie vor ſich vnnd jhre Erben jhrem Bruder/dem auch Edlen/Veſten Hans Georg Camern von Worms genant Dalberg ſeinen Erben vnd Nachkommen/ als dem Stamm von Dalberg zu gutem/damit Er vnd ſie jhren Adelichen Stand/ wie derſelbigen geliebte Voreltern/ wolherbracht haben/ alſo auch deſto beſſer außführen mögen/ von allen Vätterlichen vnnd Mütterlichen Erbe ligenden vnd fahrenden Gütern/ wie dieſelbe auff ſie E. V. Haußfraw oder jhre Erben fallen oder ſich zutragen möchte/ als es bey dem Stamm von Dalberg vnd andern mehr Adelichen Geſchlechtern von Alters alſo herkommen/ abtreten/ ſich deren aller/wie es in allen Geiſt: vnd Weltlichen Rechten am aller beſtendigſten Krafft vnd macht haben ſolle/gleich nach dem Ehelichen Beylager vnd Chriſtlichem Kirchgang verziehen/dernhalben auch gewöhnlichen vnnd gebührlichen Verziegs in Beyſein jhres Ehegemahls vnnd darzu erforderten Freundſchafft vor dem ordentlichem Geiſtlichem Richter thun/jedoch jr andere künfftige Bey- vnd Nebenfäll durch ſolchen Verzieg jhr ohnbenommen/ vnd in allwege vorbehalten ſeyn ſollē/ Jmmaſſen auch ſolche renunciatio in ſolenni forma coram judice volnzogen worden iſt. Vnd hierüber Streit vnd Mißhelligkeit dahero vorgefallen/ dieweiln der Hochwürdigſte Fürſt vnd Herr/Herr Wolffgang/ Ertzbiſchoff zu Meintz vnd Churfürſt/ꝛc. höchſtlöblichen Andenckens den 17. Martij Anno 1590. ein Teſtament auffgerichtet/ deme vnder andern dieſer Punct einvorleibt worden. Demnach dann die Einſetzung eines Erben ein Haupt vnd weſentlich ſtück eines jeden Teſtamentes iſt/ſo haben wir in allen übrigen vnſern patrimonial vnnd andern vnſeren eigenen Gütern beweglichen vnnd vnbeweglichen fahrender Haab/ Haußraht/ Bahrſchafft/ Silbergeſchirr/ Schuldforderung/ Schlöſſern/Häuſern/Dörffern/Renten/ Gülten/Gefällen/ Freyheiten/Zinſen/ Zehenden vnd allen andern/wie das Namen haben mag zu vnſern Erben eingeſetzt/thun auch ſolches hiemit in Krafft dieſes Teſtaments/nemblich vnſere beyde Brüder Damian vnd Johan vnnd beneben jhnen vnſern Vettern Wolff Friederichen vñ Balthaſern vnſers verſtorbenen Bruders weyland Friederichs Sel. Eheleibliche Söhne/ alſo vnd dero geſtalt/daß ſie berürte vnſere eigenthümliche Verlaſſenſchafft in drey gleiche Stück theilen ſollen/davon Damian eins/ das andere Johannen/das dritte Wolff Friederichen vnd Balthaſarn zuſtehen vnd werden ſoll/vnſerer darbey/dieweil dieſes alles dem Stamm zu guten verordnet/ in beſten zugedencken/ vnd ohnvergeſſen zu ſeyn. Hactenus verba Teſtamenti.

Vnd aber E. V. Schweher Sel. An. 90. vff Bartholomei ſtylo veteri geſtorben/ noch höchſtermelter Jhr. Churf. Gn. (welche es bey jhrem Teſtament ohnverendert verbleiben laſſen) Todt erlebt/ob gleicher geſtalt/wie die noch im Leben verhandene inſtituirte Erben mehrwolermeltē Juncker Hans Georg an ſeines lieben Vatters Sel. Stell treten vñ jhnen den dritten Theil an ſolcher Verlaſſenſchafft völliglich ziehen laſſen/auch ſeine Schweſter E. V. vielgeliebte Haußfrawen an ſolchen höchſtgedachten Churfürſtl. eigenthumblichen Verlaſſenſchafften auff jhren Brudern erblichen devolvirten dritten Theil auch einen Zutritt habe.

Zumahln/daß ſie anderer geſtalt in die renunciation nit verwilliget/wann ſie nit Hoffnung zu angedeuteter ſucceſſion gehabt hette/Alſo E. V. hierin mein rechtlich Gutachten jhro zueröffnen geſonnen/ daß alles habe ich auß deroſelben Schreiben vnnd beygefügten Handlungen mit mehrern vmbſtändiglich vernommen.

Hierauff ſoll E. V. zu begehrtem Außſchlag ich dienſtlich nit bergē/ daß/ obwol dieſer Sachen Erörterung etwas intricat vnd zweiffelhafft iſt/ dannoch in Erwegung allerhand ſich erreigender vnd theils mündlich vermeldeter Vmbſtände derſelben Gemahlin von derſelben Churfürſtl. Verlaſſenſchafft ex æquitate juris meines Bedünckens nit könne füglich außgeſchloſſen werden.

Dann Erſtlich demnach E. V. Schweher Sel. höchſtermelts Herrn Teſtatoris Ableiben nit erlebt/ſondern etliche Jahr vor Jhr. Churf. Gn. Todts verblichen/ iſt nit zu zweiffeln/ daß berürtes Teſtamenti, uti caduci, ſo viel tertiam partem anlangt/Krafft vnd Würcklichkeit dardurch erloſchen ſey/ Cum juris ſit manifeſtiſſimi, teſtamentum reſolvi, ſi teſtatore vivo hæres deceſſerit Vaſqu. *de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 9. nu. 74.* poſt Pariſ. *conſi. 62. n. 9. lib. 2.* Ioan. Petr. Surdus *deciſ. 152. n. 10.* 1

Ob nun wol diß auff Juncker Damians Perſon Sel. gezogen vnnd hingegen inferirt werden möchte/daß den übrigen benambſeten Erben ſolcher erledigter Theil jure adcreſcendi zugewachſen/ *l. unic. C. de caduc. tollend.* auch ſolcher geſtalt diß Teſtament bey ſeinen Würden vnd Kräfften ohnverrücket gelaſſen ſey/ ſo iſt doch hierbey fürnemblich wahr zunehmen/daß die eingeſetzte Erben von beſagtem Teſtament ſelbſt in dem abgewichen/daß ſie Juncker Hans Georg deſſen mit dem geringſtem Wort in angeregter Teſtamentirlichen diſpoſition nit gedacht worden/ zu deni erledigtem dritten Theil ab inteſtato verſtattet/ Jmmaſſen auch jhnen den Erben/wann dem teſtamento clauſula codicillaris einverleibt/ vnnd ſonſt kein Gefehrde zu Vnderſchlagung der legatorum vnnd anders gebraucht/ omiſſo teſtati jure die Erbſchafft ab inteſtato anzutreten frey vnd bevor geſtanden/ *l. fin. C. de Codicill.* Bart. *in l. licet. n. 2. & l. fin. nu. 2. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam. ubi etiam* Weſ. *in fine.* 2 3

Alſo vnd weiln die Erben ſich deß Teſtamentes ipſo facto begeben vnd Juncker Hans Georg den Weg zur ſucceſſion ab inteſtato eröffnet/ E. V. Gemahlin als die in æquali gradu mit jhrem geliebten Bruder ſtehet/ ſich der Churfürſtl. Verlaſſen-

lassenschafft zunähern / nicht weniger berechtigt ist / Den Fall auch ohnvergreifflich zusetzen / es hierin deß Gegensins walten solte / So hette doch E. V. geliebte Haußfraw vors Ander auß dem Grund / wo nicht zu höchstermelts Herrn Churfürsten / dannoch jhres Junckern Vatter Sel. Erbschafft jhre habende action zubehaupten / daß allem Ansehen nach die renunciatio gleichsamb
4 sub condicione beschehen dero gestalt / daß die jhrem geliebtem Brudern zu gute gemeinte renunciatio alsdann statt finden / wofern sie auch deß Nebenfalls mit Jhr. Churf. Gn. künfftig erfrewet seyn solte.

Wie dann damals nicht allein kein ander Nebenfall / als mit höchsternenten Churfürsten in consideration gezogen werden mögen / besondern es haben auch hochermelte Churfürstl. Gn. durch dero abgeordnete Gesandten dahero desto leichter E. V. Gemahlin zur renunciation zubewegen gehabt.

5 Dieweiln aber E. V. Haußfrawen quæ metu reverentiali ob summam Principis Electoris authoritatem ad renunciandum inducta fuit, solch in effectu auß bedingter Vortheil entzogen / so wird sie jhre renunciation nicht allein darumb
6 nicht binden / quod in renunciatione subintelligatur clausula, rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, ut iis mutatis etiam renunciatio mutetur Bursat. *consil.* 177. *num.* 21. Ioan. Vincent. Hondedæ *consi.* 36. *num.* 18. *vol.* 1. Carot. *decis.* 58. *n.* 9. Mandell. *consi.* 77. *n.* 31. Bursat. *consi.* 101. *n.* 29. Besondern auch weiln der respect auff die Churfürstl. Verlassenschafft vnd daß sie in Antrettung derselben / wiederumb Ergetzlichkeit haben könte / gleichsamb die fürnembste Vrsach gewesen / in die renunciation zuverwilligen / Cum illa causa finalis existimetur,
7 quæ si non extitisset, actus factus non fuisset, & renuncians ita non renunciasset text. *in l. cum eiusdem.* § *interdum. ff. de ædilit. edict. l. utrum ff. de verbor. obligat.* Tiraquell. *in tractat. Cessante causa limit.* 1. *num.* 26. *& seq.* Cravetta *consil.* 142. *nu.* 9. Natta *consil.* 609. *num.* 11. Roland à Valle *consil.* 44. *numer.* 15. *vol.* 4. qui dicunt etiam si causa sui natura esset impulsiva, quod tamen dicatur esse finalis, si ea cessante actus factus non fuisset, causa autem finali renunciationis cessante, cessat etiam renunciatio.

Auß diesem Grund dann fürtreffentliche Rechtslehrer diese decision schöpfen / wenn ein Vatter seine Tochter zum endlichen Verzieg mit
8 dem gegenversprechen beredet / daß er sie anderwerts mit einem ansehentlichem legato bedencken wolle / aber hernacher dergleichen legatum nit vermachet wehre / daß die renunciatio quantumvis jurata ohnverbindlich vnnd jhr ohnvergreiflich sey / ita respondit Federicus de Senis *consi.* 199 *incip. Quæritur an Domina.* quem recte
7 allegat Mynsing. *consi.* 56. *num.* 16. citans ibid. insuper Achar. & Butr.

Vber diß vnd zum dritten gibt mehrerwehnte renunciatio E. V. geliebten Gemahlin auch der Vrsachen keinen Abbruch / daß im widrigen Fall / vnd da dieselbe vor kräfftig gehalten würde / sie jhres Kind: vnd Pflichttheils / legitima genant / in den Vätterlichen Gütern beraubt / vnnd also enormissime lædirt, vnd vernachtheilt würde / quæ etiam enormissima læsione stante præ-
9 sumitur renunciatio facta propter metum vel aliam speciem doli Mandell. *consi.* 89. *n.* 5. Huius-
10 modi autem renunciationes metu extortæ non obligant Gail. 2. *observat.* 42. *n.* 9. *& observ.* 147. *n.* 15. Simoncell. *de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 174. Fusc Ioan. Vinc. Honded. *cons.* 28. *per tot. vol.* 1.

Solche læsion vnd Vernachtheilung etwas deutlicher auß zuführen / ist zuwissen / daß vermöge gemeiner Rechten im Fall 1. 2. 3. oder 4. Kin-
11 der dritte Theil Triens, aber da derselben 5. oder mehr verhanden semis der Vätterlichen Güter nothwendig muß verlassen werdē / iuxta authent. *noviſsima C. de inoffic. testam.* quæ desumpta est ex Novell. 18. *c.* 1. *de triente & Semisse.* Also vnd im Fall E. V. Schweher Sel. Zeit seines Absterbens im Vermögen 60000. fl. gehabt / davon pro legitima triens, das ist der dritte Theil außgesetzet vnd E. V. Haußfrawen 20000. fl. zugeeignet werden müssen. Ob dann wol nicht ohn / daß die
12 Lehengüter ad constituendam legitimam nit angeschlagen werden / Petr. Anton. de Petra *de fideicommiss. quæst. 8. n.* 468. Berous *conf.* 113. *nu.* 33. *& seq. vol.* 2. Capit. *decis.* 2. Ioan. Petr. Surd. *consi.* 427. *nu.* 39. ubi plures citat, dieweil ich aber eusserlich berichtet / daß vnder E. V. Schwehern Sel. Gütern auch etliche Lehen / so lauter Erblehen vnd mera feuda hæreditaria verhanden / welche den eygenthümblichen Gütern ehnlich vnd gleich geachtet / so müssen auch dieselbe in Belegung deß
13 Kindtheils oder legitimæ nach einhelligem Schluß der Rechtslehrer in die Vätterliche Erbschafft gerechnet werden / Cum feuda plane hæreditaria sint computanda in bonis defuncti,
14 quando tractatur de assignanda legitima sive eius supplemento Iul. Clar. *in* §. *feudum. n.* 46. Michael Grassus *in* §. *legitima. q.* 21. *nu.* 4. Menoch. *consi.* 8. *n.* 19. *in fin.* ex communi Roland. à Valle *de lucro dotis. q.* 54. Iacob. Thoming. *decis.* 2. *n.* 14.

Nun ists aber richtig / daß nach Gelegenheit E. V. Schwehern Sel. stattlichen Reichthumb vnd Vermögens derselben Haußfrawen bey weitem an dem Heurathsgut jhr Kindtheil oder legitimam nicht erlangt / also / daß solch dos auch pro congrua nicht zuhalten / Cum illa dos con-
15 grua dicatur, quæ nō est minor legitima Decius *consi.* 180. *n.* 1. Ioan. Petr. Surd. *de aliment. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 60. Francisc. Personal. *quæst. jur.* 16. *n.* 5. ubi in terminis per totum eleganter loquitur Andr. Gail. 2. *observat pract.* 147. *n.* 6. qui etiam ibidem
16 *n.* 10. in terminis ait in Camera restitutionem in integrum concedi probata enormi læsione etiā sine absolutione à juramento, cum tale juramentum sit captiosum & contra bonos mores.

Zu Bestetigung dessen / vnd daß die renunciation vor Krafftloß / vnd von Vnwürden zuhalten / oder zum wenigsten zuvernichten sey / fürtregt nicht wenig dieser Rechtschluß / quod etiam
17 divisio inter hæredes ratione inæqualitatis & læsionis ad æqualitatem redigenda sit *l. si maior. C. commun. divid l. maioribus. C. comm. utriusque judicii.* Et sic etiam ex communi usu Curiarum Franciæ receptum, ut divisio inęqualis rescinda-

tur vel ad æqualitatem reducatur, neque attendi deceptionem ultra dimidium, ſed ſufficere, quod læſus ſit in notabili quantitate atteſtatur Rebuff. *de reſciſſ. contract. art. unic. gl. 15. nu. 27.* 18 ubi ita judicari ſe ſæpius vidiſſe ſubiungit, de qua etiam judiciorum obſervatia, ut vel eo minima læſio in diviſione reſciſſionem eius operetur ſcribit Molinæ. *in tractat. deuſur. n. 182.*

19 Bey dieſen motiven ich nicht viel anregen will/daß dergleichen renunciationes im Stand Rechtens odios vnd verhaſt/ Weſemb. *conſi. 11. num. 34.* Ioan. Vincent. Hondedæ. *conſi. 29. n.* 20 *93. vol. 1.* Dahero dieſelbe ſtricti juris vnnd eines engen genawen Rechtens vnd nicht zuerweitern. Rota Romana *deciſ. 242. n. 1 p. 2. in noviſſim.* Cavalcan. *deciſ. 22. n. 14.* Aurel. Corbul. *de jure Emphyteut. c. 15. limitat. 41. num. 7.* Intrigliol. *de ſubſtitut. cent. 3. q. 73. nu. 137.* Franciſc. Vivius *deciſ. 211. n. 8.* Nicol. Everhard. *Iunior. conſi. 29. num.* 21 *136. vol. 1.* Vbi hoc maxime procedere ait, ſi agatur de renunciatione juris quæſiti, uti hic, ubi 22 fuit delata hæreditas. Beſondern vielmehr dem renuncianten zum beſten außzudeuten ſeyn/ Aurel. Corbul. *d. tractat. de Euphyteut. jur. c. 15. limitat. 41. n. 8.*

Einem ſolchem nach E. V. offtehrngemeldte Haußfraw/ wo derſelben nicht deß dritten Theils dimidia oder ſonſt ein anſehentlich auß der Churfürſtl. Nachlaß gefolget werden ſolte/ dannoch vnnd zum wenigſten jhrer Pflichtheils ſupplementum oder Ergentzung in Vätterlichen Gütern mit Fug nicht wol zuverweigern iſt/ wie dañ E. V. geliebten Schwager deß Adelichen Gemüths/ daß er ſein einig Schweſter vnd mehrer Fortſetz: vnd Pflantzung der bißhero geſpürter Brüderlicher vnd Schweſterlicher Trew/ affection vnd Lieb nicht abzuweiſen/ beſondern vielmehr bey einer ſo ſtattlichen durch den milten vnd reichen Segen Gottes wolhabenden Nahrung derſelben vnd jren lieben Kindern ein namhafftes obangeregter Forderung halber in der Güte zu zuwenden/ ſelbſt geneigt ſeyn wird.

Welches E. V. zu meinem Gutachten (ſo im nothfallnus mehr ohnwidertreiblichẽ Rechtsgründen zubeſtercken iſt) jedoch ſalva cuiuſcunque rectiori ſententia, ich dienſtlich nicht verhalten ſollen/ derſelben mich zu jederzeit beliebenden Dienſten/ vnd vns alle dem getrewen Gott/ zu Gnaden empfelend.

Caſparis Klockl.

CONSILIVM CXXVII.

Si quis moriatur relictis duobus patruis, id eſt, fratribus ſui patris, quorum unus erat patri ipſius defuncti utrinque coniunctus, alter vero ex uno latere tantum; an ambo ſuccedant, an vero ex uno latere coniunctus excludatur per utrinq; coniunctum.

Summaria.

1 Duplicitas Vinculi *quando attendatur?*
2 Pluralitas Vinculorum *in collateralibus non attenditur ultra fratres & fratrum filios. & num. 3.*
4 Pluralitas vinculorum *non facit quem eſſe in propinquiore gradu; & n. 5.*

FACTI SPECIES.

Der Edel vnnd Veſt Ludwig von N. iſt jüngſthin ab inteſtato ohne Hinterlaſſung E. helicher Leibes-Erben Todts verfahren/ vnnd keine nehere Erben verlaſſen/ als ſeiner Mutter vier Brüder/ auch deſſelben Geſchlechts von H. Dieweiln aber der Elteſte vnder jhnen deß abgeleibten Mutter von beyden/ aber die übrige drey avunculi von einem Banden/ vnnd nemblich dem Vatter hero Geſchwiſtrig ſeyn/ weil der Elteſte ob vinculi duplicitatem in den eigenthümblichen Gütern ſeine Brüder/ uti ex uno latere coniunctos nicht zur ſucceſſion verſtatten/ Als wird gefragt/ ob derſelbe deſſen befugt ſey? Solche Frage allein deciſive zuerörtern/ Ob wol nicht ohne/ daß duplicitas 1 vinculi alsdenn in acht zu nehmen/ quando tractatur de ſucceſſione fratrum inter ſe, vel quando filii fratrum tractant de ſuccedendo. So hats doch auſſerhalb jetztgehörten Falls in præſenti hypotheſi eine andere vnd dieſe Meynung/ daß ohngeachtet Juncker H. A. von H. von beyden/ ſeine Brüder aber von einem Band dem Verſtorbenen verwant/ nichtsdoweniger ſie allzugleich der Erbſchafft vähig vnnd jhnen darzu der Weg eröffnet ſey/ Eſt enim hic caſus ſingularis, in quo duplicitas vinculi non attenditur *argument. l. 13. §. 2. verſic. Exceptis. C. de legit. hared.* 2 Nicol. Everhardi Præſes *conſil. 44.* & magis in terminis hoc tradiderunt Ioan. Schneidew. *Inſtitut. de ſucceſſ. ab inteſtat. in 3. ordine ſucced. num. 34.* poſt Anthon. de Roſell. & Nicol. de Vbald. Weſemb. *in ſupplement. ibid. num. 9. lit. A.* Ioan. Fichard. *conſi 49. nu. 2. vol. 1.* Didac. Covarruv. *in Epit. ſucceſſ. ab inteſtat. num. 14.* ubi hanc opinionem veriorem & communem atteſtatur, citans poſt Comeum & Rubeum etiam Curt. Iunior. *conſil. 46. col. 2.* Michael Graſſus *de ſucceſſ. ab inteſtat. q. 33. n. 2.* (qui ibidẽ allegat Wurmbſer. *lib. 2. de ſucceſſ. obſervat. 3.* ſed meo judicio lapſus eſt memoria, voluit Wurmbſerium *ſupra dict. loco* citare) ubi formaliter ponit caſum à Schneidewin. & Covarruv. inductum, moritur (*inquit*) unus relictis proximioribus patruis, fra- 3 tribus patris ſui (idem eſt in avunculis fratribus matris ſuæ) quorum unus erat utriq; coniunctus, alter erat frater patris conſanguineus tantum, & quærit quis iſtorum ſuccedat, an vero ambo concurrant? & reſpondet, patruos ſimul & æqualiter admitti non habita diſtinctione bonorum ad hæreditatem, nec conſiderari in alio 4 duplicitatem vinculi, ſed ſolam cognationem & paritatem gradus & proximitatem. Ethucaperte inclinat Ambroſ. Schurrer. *de hared. quæ ab inteſtat. defert. tit. 12. de ſucceſſ. collat. in 9. dilatione.* Ioan. Fichard. *conſi. 49. n. 2. vol. 1.* Ludovic. Molina *de Iuſtit. & iur. diſputat. 164. Verſic. ſeptima concluſio.* Iacob. Marchiſell. *lib. recollect. q. 101. num. 5.*

n.5. Camill. Borell. *cons.* 92. Hi omnes in eo secũ videntur Bart. *in l. post consanguineos. §. legitima n.1 ff. de suis & legit.* Quo etiam confert Valent. Forster. *de succeff. ab intestat. lib.* 8. *c.* 7. ubi reprehendit opinionem Iacobi de Belviso existimantis, duplex vinculum semper & in perpetuũ gradus prærogativam intercipere, uti minus juridicã. Salvo tamen cuiuscunq; saniori judicio.

Casparis Klockii.

CONSILIVM CXXVIII.

An in casu proposito frater & soror vterini à Testatore cum sororis germanæ defunctæ liberis ad successionem sint vocati?

Summaria.

1 Proximiorum *& legitimorum hæredum, item consanguineorum nomine, non vterini, sed ij veniunt, qui successionis jure proximi sunt.*

2 Sororis germanæ *liberi præferuntur vterinis; & n.3. & num.* 13.

4 Testatoris *voluntas semper præsumitur cõformis successionibus ab intestato & numer.* 5. *& num.* 10.

6 *An in casu, si testator fecerit mentionem proximiorum, nepos patruo præferatur, vel patruus nepoti? hoc & num.* 7. 8. 9.

11 Nepotes *seu fratrum filii quando succedunt cũ fratribus vel sororibus, tum diuisio non fit in capita, sed in stirpes.*

12 Prælegatum *germanæ sororis filiis relictum arguit, Testatorem eiusdem liberos plus quam vterinos dilexisse, & illos hispratuliffe.*

13 Ius Saxonicum *repræsentationem in collateralibus non agnouit, sed proximitatem graduum considerat.*

FACTI SPECIES.

Qvi liberos non habebat, sed fratrem & sororem vterinos, & defunctæ sororis germanæ filios sex duobus ex his Iacobo & Martino prælegauit; Deinde ita scripsit; De reliquis ac aliis meis bonis relictis seu relinquendis tam mobilibus, quam immobilibus, tam hæreditariis, quam hypothecis, cum nullam specialem dispositionem seu ordinationem fecerim, volo proinde, cupio, exopto & vnice oro, vt ista qualia & quantacunque sint vel fuerint, inter proximiores & legitimos meos hæredes ac consanguineos, quibus prædicti Iacobus & Martinus connumerantur & coniuncti erunt, imo Iure sanguinis sunt, amicabiliter & pacifice æquali portione diuidantur & partiantur: Adjecitque in his consistere vltimam suam voluntatem, quam iure Testamenti valere velit, aut saltem quouis alio meliori modo: nec vllam aliam heredis aut hæredum institutionem fecit.

Quæsitum est, An supra scriptis verbis fratrem & sororem vterinos tanquam proximiores instituisse videatur, quib' duos sororis germanę defunctæ liberos adiunxerit, quos nominatim expressit, vt hæreditas inter quatuor istos æqualiter diuidatur?

An vero solos vocauerit germanæ filios?

An denique vna cum vterinis etiam omnes illos sex liberos defunctæ? Et an hoc præsupposito, hæreditas in tres, an in octo partes diuidenda sit?

A DOMINO CONSILIUM.

Præsupposita Testamenti validitate in præsenti hypothesi, illa potissimum vti præiudicialis occurrit decidenda quæstio, An frater & soror vterini à Testatore cum sororis germanæ defunctæ liberis ad successionem sint vocati?

Et decisiue procedendo solos germanæ liberos exclusis fratre & sorore vterinis vocatos, iuri & disponentis voluntati magis crediderim consentaneum.

Constat enim primo Testatorem proximiores & legitimos suos hæredes ac consanguineos vocasse: Proximiorũ autem & legitimorum hęredum, item consanguineorum nomine, non vterinos (qui eo proprie non veniunt *l. ultim. §. sed nec fratrem. 2, C. de legitim. hæredib. facit l. si spurius. 4. ff. vnde cognati.*) sed eos venire, qui successionis jure proximi sunt, tum è materia subiecta & adiecto verbo hæredum liquet, tum ex vsu juris *l. post consanguineos 2. §. legitimo. & seq. ff. de suis & legitimis l. si repudiauerint. 2. ff. vnde legit. l. 3 ff. eod. l. 1. §. proximum ff. vnde cognati l. 2. §. 6. ff. de suis & legitim.* Cæterum successionis iure ab intestato proximos esse defuncto hoc casu sororis germanæ liberos & vnilateros fratres excludere, juris est notissimi *Nouell. 118. c. 3. vers. vnde consequens. vers. quandoquidem igitur, ibi: illud palam.* Grass. *lib. sentent. de succeff. ab intestata. q.* 31.

Cum & vtrinque coniuncti proximiores dicantur Ioan. Petr. Ancharan. *lib. 3. quæst. famil. quæst. 2. num.* 15. Idque non modo in successione intestati, verum etiam testamentaria obtinet, ex quo Testator censetur voluisse hæredes institutos succedere secundum juris communis dispositionem, ita vt voluntas Testatoris semper præsumatur conformis successionib. ab intestato ex Gozad. Socino & Portio probat Petr. Anthon. de Petra *in tract. de fideicommiss. quæst.* 11. *num.* 46. *& seq.* qui loquitur in fideicommisso, & in eo voluntatẽ Testatoris præsumi esse, vt succedatur secundum dispositionem juris communis in successione ab intestato ex Roland. *consil. vlt. num.* 10. *& seq. vol.* 1. vbi de communi testatur. In quam Sententiam plures cumulat Petra *d. loco num.* 59. *& seq.* nec non Cephal. *consil.* 489. *num.* 34. *& seqq.* quo loci hanc verissimam & magis communem affirmat, quod in fideicommissis eo modo & ordine succedatur quo ab intestato.

Ideoque eodem modo filium ingredi locum patris in successione ex Testamento, prout ingreditur ex dispositione legis in successionibus ab intestato, Et per proximiorem Testamento institutum eum etiam intelligi, qui ob repræsentationem patris ab intestato proximior est

cum cenſeatur eſſe in gradu patris, idem Cephal. *d. conſil. 489. n. 59. & ſeq.*

6 Quam uis inſuper in caſu, vbi Teſtator fecit mentionem proximiorum, nepotem patruo nõ præferri, ſed patruum nepoti, juſque repræſentationis locum non habere, non pauci & quidem magni nominis ICti ſcribant uti Caſtrenſ. Bald. Pariſ. Aretin. Iaſ. Roland. Decian. Covarruv. Alexand. Raudenſis quos allegat Me-
7 noch. 4. *præſumpt. 95. num. 21.* Attamen hanc opinionem falſam & à pluribus non receptam, fuſe oſtendit Menoch. *conſil. 357. numer. 27. uſque 35.* incluſive, &c. cuius dicta non tranſcri-
8 bo. Sed & Baldi opinio *in l. cum ita 32. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2.* diſtinguentis inter ſucceſſionem legalem, in qua filium loco patris ſurrogari, & hominis diſpoſitionem teſtamentariam, in qua filium locum patris non intrare, ſed proximiorem gradu præferri exiſtimat, non incongrue reſtringitur ad diſpoſitionem Teſtatoris expreſſam & manifeſtam: ſiquidem in caſu ubi eiuſdem diſpoſitio ambigua & tacita eſt, ea potius legis vel juris diſpoſitioni accommodanda eſt, utcunque etiam Teſtatoris verba deberent impropriari, quod maxime procedit, ubi lex talis eſt, cui teſtator poteſt renunciare, ut cum Teſtator eam non prohibet, merito credendum ſit, eum velle legi adhærere. Vnde cum Teſtator potuiſſet prohibere repræſentationem, cum id non fecerit, ſtatuendum eſt, quod repræſentationem locum habere voluerit, & ſic legis voluntatem ſecutus fuerit; Ita fere formaliter Baldi ſententiam declarat Cephal. *conſ. 333. à nu. 25. uſque 34.*

9 Quinimo & ſecundo poſito, veriorem ſententiam eſſe eorum, qui repræſentationem hoc in caſu locum habere negant, vix tamen eſt, ut eadem in præſenti hypotheſi in conſiderationem trahi queat, cum ex ſorore nepotes nõ excluſi, ſed eo ipſo ſint vocati, quod Iacobum & Martinum prælegato honoratos velit inter hæredes & proximiores connumerari, quo ipſo vocabulum *proximiores* Teſtator ipſe explicavit, quod proinde in eodem orationis contextu in duplici ſignificatu, ut tam uterinos, quam ſororis germanæ liberos comprehendat, accipiendum non eſt, Id enim abſurdum foret.

10 Tertio juvatur quoque ſupra præmiſſa præſumptio ex eo, quod Teſtator Iacobum & Martinum vult inter proximiores hæredes, qui ſunt jure ſanguinis coniuncti, Ergo voluit ſuccedi jure ſanguinis, id eſt, ab inteſtato, conſequenterque excluſit unilateros.

Quarto hæc deciſio non minus inde firmatur, quod Teſtator cupiat dividi hæreditatem ſuam æquali portione quo ipſo ſucceſſionem in
11 capita indixit, & rurſum uterinos excluſit: Nam quoties nepotes ſeu fratrum filii ſuccedunt cum fratribus vel ſororibus, tum diviſio non fit in capita, ſed in ſtirpes, *d. Novell. 118. c. 3. ibi, tantum ex hæreditate.*

12 Denique & Quinto prælegatum germanæ ſororis filiis relictum arguit hanc voluntatis conjecturam, Teſtatorem videri eiuſdem liberos plus quam uterinos dilexiſſe & illos his prætuliſſe, Faciunt notata Menochii *4. præſumpt. 95. num. 29.*

Quibus omnibus conſequens eſt, de jure 13
communi ſororis germanæ liberos ſex ad ſucceſſionem in capita (cum diverſarum ſtirpium nulla poſſit eſſe conſideratio) excluſis uterinis admittendos. Sane ſi ex jure Saxonico præſens controverſia eſſet dirimenda, cum id repræſentationem in Collateralibus non agnoſcat, ſed proximitatem graduum conſideret, & hoc in caſu frater & ſoror uterini in remotiorem & eundem, in quo germanæ ſororis liberi ſunt conſtituti, videlicet tertium gradum, tranſeant, eo utique jure à ſucceſſione uterini non venirent arcendi, ſed potius cum ſororis germanæ liberis virilem partem auferrent per text. *in art. 70. libro ſecundo.* Schneidevvin. *in Inſtit. in 3. ord. ſucced. numer. 17.* Verum uteunque in loco, ubi Teſtator mortuus eſt, Ius Saxon. magna ex parte obſeruetur: vix tamen eiuſdem deciſio ad teſtatorem noſtrum, uti clericum, extendetur.

Et ita mihi videtur ſalva peritiorum cenſura.

THOMÆ MERCKELBACHI.

CONSILIVM CXXIX.

An, & quando pater filio, nurui & nepti alimenta ſubminiſtrare teneatur?

SVMMARIA.

1 Actio petitionis hæreditatis *inſtituta; eius requiſita num. 2.*

3 Alimenta *debentur officio judicis, quod fundatur in æquitate nu. 4. & 5. quæ tamen ad producendam peculiarem actionem inefficax eſt num. 6. vide quoque num. 47. 48.*

7 Nil intereſt, *ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur?*

8 Pater *non tenetur alere filium, qui ſe ipſum poteſt alere ex fructibus maternorum vel aliorũ bonorum & num. 9. videtamen n. 15. & ſeqq.*

10 Pater *non ex ſuis, ſed filii bonis expendiſſe cenſetur quando apud patrem bona filii aduentitia exſtant.*

11 Filio *grauioribus ſtudiis deſtinato an pater teneatur præſtare impenſas? & num. 12. & ſi illas præſtiterit, an animo credendi præſtitiſſe cenſeatur num. 13.*

14 Pauper *quo ſua culpa factus eſt, non meretur ſubuentionem.*

16 Alimenta *non ſunt ex proprietate bonorum, ſed ex fructibus & reditibus præſtanda; & num. 17. 18. & n. 20. 21. Reſtringitur num. 22.*

19 Pater *alit filium diuitem, ſi tamen fructus ſuorum bonorum non ſufficiant, nec filius cogitur vendere.*

23 Proprietas *vendi debet pro ſoluendis alimentis neceſſariis, ſecus pro iis, quæ ad decorem.*

24 Ali-

24 Alimenta *alicui ex propriis bonis præstanda extrahi possunt ex rei venditione.*
25 Differentia *inter alimenta & sumptus studiorū & num. 26. 27.*
28 Alimentorum *nomine an etiam veniant sumptus & expensæ studiorum? & num. 30. 31.*
29 Studiorum *impendia alimentis & doti æquiparantur.*
32 Debitor *præsumitur liberatus, si instrumentū debiti apud creditorem inueniatur cancellatum.*
33 Animus *probatur per librum proprium rationū.*
34 Ex destinatione *ad studia donatio sumptuum præcise non infertur.*
35 Patris vsufructus *in bonis filij non extinguitur, nisi morte vsufructuarii.*
36 Pubertas *fauore alimentorum incipit ab anno decimo octauo in masculo, & duodecimo in fœmina.*
37 Pater *potest liberos inæqualiter instituere, si modo legitimam non imminuat.*
38 Filius *ingratus desinit esse filius; Quod quomodo intelligendum? num. 39.*
40 Consensus parentum *an in nuptiis liberorum necessario exigatur? Aff. hoc num. Sed aliud in praxi inualuit, vt nunc honestatis duntaxat, & minime necessitatis putetur parentum consensus num. 41.*
42 *An* statuto *introduci possit, quod patris consensus requiratur? & num. 43.*
44 Vxor *vel* nurus *non debet puniri pro delicto mariti.*
45 Socer *alit nurum, quam filius ipso inuito duxit.*
46 Filia, *quæ nupsit sine consensu patris, est alenda à patre.*
49 Necessitas alendi *non solum adparentes, qui procrearunt, sed etiam ad cæteros vtriusque sexus parentes ascendentes extendenda; & numer. 50.*
51 Pater *non cogitur filium alimentare coniugatum; Refellitur num. 64.*
52 Alendi onus *quare incumbat marito & filio?*
53 Pater, *qui dotem nurus retinuit, tenetur illius fructus præteriti temporis reddere.*
54 Matrimonio soluto *affinitas sublata, omnesque eius effectus exstincti intelliguntur; & nu. 55. 56.*
57 Affinitatis *causa cessante, cessat & ipsa affinitas.*
58 Nurus *socerum, matrimonio iam dirempto, ad alimentorum exhibitionem cogere nequit.*
59 Vxor *duntaxat constante matrimonio bona mariti pro alimentis hypothecata habet, non quoque eodem soluto; vide tamen num. 70.*
60 Socer *ad alimenta nurui suggerenda obligatus est; & num. 61. 62. 63. & n. 67. Extenditur num. 68.*
65 Ius alendi *deriuatur à iure naturali.*
66 Maritus *indotatam ducens an sit alimentorum præstationi obnoxius?*
69 Nurus *si alii viro nubat, an ius exigendi alimenta expiret?*
71 Pater *filium etiam alere tenetur, qui portionem sibi adsignatam ludendo, vel alias luxuriose consumpsit; & num. 72.*
73 Nurus *aliunde viuens, & victum sua industria quæritans an fruatur beneficio alimentationis & num. 74. 75.*
76 Alimentarius *an, & quatenus teneatur ad commodum eius, qui alimenta præstat, operari?*
77 Pater *non grauatur onere alendi filium, quando eius substantia ita est attenuata, vt pro alimentis propriis non sufficiat.*
75 Proprietas *vendi debet pro præstandis alimentis debitis jure sanguinis.*
78 Reditus *bonorum attendendi sunt, ad cognoscendum, an pater possit se & filium alere.*
80 Paupertas *probari debet ab allegante; & n. 81.*
82 Condemnatus ad alimenta præstanda *ea extra suam domum subministrare non tenetur.*
83 Alimentatio *in adibus minus grauis esse solet, quam extra.*

A DOMINO CONSILIVM

MIt den anhero geschickten Actis befinde ich / daß weyland Joh. Bernh. Zeylin hinterlassenē Kinds verordneter Curator ad litem als Kleger / wider Herrn Iohan Baptistam Zeylin der Stadt Passaw Syndicum; Beklagten angestelte Klag auff 2. Puncten Hauptsachlich haffte / vnd Erstlich weiln ermeltes Herrn beklagten Sohn Sel. Johan Bernhard Zeylin auß seinen Anherrlichē Gut 800 fl. ererbt / davon Herr Beklagter / als Vater bißhero den usumfructum gehabt / wie nicht weniger jhme Johan Bernhard wegen seiner abgeleibten Mutter auch ein Mütterlichs bey ermelten Beklagten verhandenes Guts überblieben / daß nunmehr angeregte Verlassenschafft auff sein Töchterlein erblich gefallen sey / hierumb besagte Kläger gebeten dieselb jhr Pflegtöchterlein Susannam für ein Erbin zu declariren vnd zuerklären / vnd fürs Ander / nach dem in der Zeylischen Erbschafft nicht so viel übrig / daß die alimenta sein Johan Bernhardts Zeylin Wittib vnd Töchterlein davon gereicht werden möchten / jhn Herrn Beklagten vermög der Rechten / auch Passawischen Stadt-Gebrauchs ad alimentandum nurum & neptem anzuhalten implorando desuper Iudicis officium.

Intentatuntitaque Actores petitionem hæ- 1
reditatis ad consequendam auitam & materna hæreditatem, Cuius etiam requisita adsunt de 2
quibus Mynsing. *consil. 10. n. 3. & 4. & passim. Dd.* simul & coniunctim implorando officium judi- 3
cis pro alimentis, cū enim respectu alimentorū desit obligatio naturalis (de quo tamē videri potest Ioan. Garzia *de expens. & meliorat. c. 3. n. 10. & seqq.*) & ciuilis, non potest dari actio: quia tamen 4
nō deest æquitas, quæ fundata in sanguinis coniunctione & naturali caritate, suggerit, alimenta esse coniunctis præstanda, Iustum est, hoc casu officium judicis dari Cæsar. Vrsil. *in addition. ad Afflict. decis. 99. n. 7.* Decian. *consil. 9. num. 48. vol. 1.* vbicunque enim æquitas suggerit, si deficiat actio, competit officium Iudicis *l. plane. ff. de petit. hared.* & officium prædictum descendit ab æquitate tanquam à matre *l. Quintus.* §. 5

Pompo-

Pomponius. ff. de aliment. legat. & dicit Bald. *in l. fin. §. ſed cum n.* 1. C. *de furt.* quod officium judicis detur ex mera æquitate Natta *conſil.* 534. *num.* 6. Roland à Valle *conſil.* 1. *n.* 55. *vol.* 1. præſupponit quidem judicis officis officium quandam obligationem, ſine qua alias non daretur, non eſt tamen ea propria & vera, vel ad producendam actionem peculiarem efficax, vt poſt alios valde eleganter explicat nouiſſime Ioan. Petr. Surdus *in tract. de aliment. tit.* 3. *q.* 1. *num.* 14. *& ſeqqq.*

6

7 Cæterum cum nihil interſit, teſte ICto Paulo, ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur *l. nihil. intereſt* 112. *ff. de R. I.* videndum vlterius de Dn. Rei exceptionibus & defenſionibus, & an per illas actorum intentio elidatur?

Primo Dn. Reus defendendo excipit, quod filius prædefunctus habuerit ipſe bona aduentitia, videlicet 800. fl. qvos & plures Reus videlicet 900. fl. in ſumptus ſtudiorum & alimenta filii erogarit, vt ita iterum peti nequeat quod ſemel eſt ſolutum.

8 Quemadmodum etiam pater non tenetur de jure alere filium, qui ſeipſum poteſt exhibere ex fructibus maternorum bonorum vel aliorũ text. *in l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius ff. de lib. agnoſc. arg. l. Ne ſemius ff de Nepot. geſtis* Ioan. Petr. Surd. *in d. tract. de aliment. tit.* 7. *q.* 6. *n.* 1. *& 2.* Nicol. Euerhard. *conſil.* 182. *Super eo n.* 3. *& conſil.* 198. *viſis. hinc inde. n.* 14. Natta. *conſil.* 201. *Egregius quondam. n.* 12. *& conſil.* 644. *Cum controuerſia* vbi dicit, alimenta jure ſanguinis ex officio judicis debita non exhibenda, qui aliunde habent, vnde ſe alunt Weſembec. *conſil.* 26. *n.* 42. *verſic. non etiã obtinent.* Eoq; caſu, ubi extant apud patrem aduentitia ipſius filij, præſumitur is non ex ſuis, ſed filij bonis expendiſſe *l. vlt. ff. de petit. hæredit.* Menoch. *poſt Bart. lib.* 3. *præſumpt.* 30. *n.* 18. Rebuff, *de priuileg. Schol. priuil.* 53. *verſic. Tertio intellige.* Ioan. Garzia. *d. expenſ. & melior. c.* 4. *n.* 2. Bertrand. *conſil.* 34. *viſo caſu n.* 5. *& 6. vol.* 2. *p.* 1. Maſcard. *de*

9

10

11 *probation. concluſ.* 1150. *nu.* 2. Denique onus ſtudiis filiale præter Grammaticam eſſe patri voluntarium, ad quod nulla adſtringatur neceſſitate Apoſtolica ad Bart. *in Auth. quod locum lit. CC. de collat.* Petr. Rebuff. *de priuileg.* 53. *verſ. Intellige tamẽ.* Menoch. 3 *præſumpt.* 29. *n.* 26. Iac. Phil. Portius. *conſil.* 68. *n.* 35. poſt Bald. *in l. de bonis. §. nõ*

12 *ſolum. ff. de carb. edict.* Anton. Gomez. *ad l. Tauri.* 29. *n.* 18. vnde ad expenſas pro ſtudio juris vel medicinæ pater non tenetur, vti innuit Surd. *de aliment. tit.* 6. *q.* 19. *n.* 10. Quod eleganter quo-

13 que tradidit Ioan. Garzia. *de expenſis & meliorat. c.* 3. *n.* 47. *& ſeqq.* vel, ſi illas præſtitit animo credendi præſtitiſſe dicatur qua ratione & collationi ſubiacent per iura allegata, præſertim ſi euentus docuerit filium inutiliter ſumptus profudiſſe luxui ac gulæ deditum nullos in ſtudiis progreſſus feciſſe Ioan Garzia *de expenſ. & meliorat. c.* 4. *nu.* 3. quo caſu nequidem pater ipſi expenſas miniſtrare tenetur *l. ſed Iulianus. §. proinde ff. ad Macedon.* quia non gerit tunc vtiliter negotium patris, & quia non tenetur dare perituro *l. ſi quis cum ſciret. §. pro empt.* Rebuff. *de priuileg.* 53. *verſ. ſecundo intellige.* quæ omnia eo magis ſtringunt, quod pater vſque ad pubertatis annos videlicet 15. de ſuo alimentari, vltra quam pubertatem parens vlterius non tenetur.

Quinimo & pro ſecundo ſi pater tantos ſumptus filio donandi animo ſubminiſtraſſet, poſſe alios liberos minorennes vtpote debito bonorum ſubſidio defraudatos extitulo inofficioſæ donationis hanc donationem infringere.

Tertio quoque huiuſmodi ſumptum ſubminiſtratio eo minus ad captioſam liberalitatẽ trahenda eſt, quod filius jus patriæ poteſtatis violauit ſine patris conſenſu matrimonium contrahendo.

Quarto Dn. Reum neque ciuiliter neque naturaliter obligatum eſſe, vt nurui ac neptiex filio alimenta ſuggerat, quia filio & neptis patri vltra 800. fl. ſint ſoluti naturaliter, quod ex defectu conſenſus paterni matrimoniũ ſit illegitimum, Deinde nurum in claſſe perſonarum alimentandarum, quarum & Dn. Reus refert non numerari, vel etiam ſi alenda eſſet, hoc duntaxat obtinere ſi conſenſu ſoceri nuptiæ ſint contractæ, ſi etiam matrimonium non fuerit ſolutum.

Quinto viduæ eiuſque defuncti mariti res familiares non fortunæ iniuria, ſed luxu prodigalitate & inertia ita acciſas & ad reſtim deueniſſe, ideoque indignam officio judicis cenſeri per notat. à Surd. *de alim. tit.* 7. *quæſt.* 25. *n.* 11. *& ſeq.* Quin poſſe viduam egeſtatem effugere vel alimenta aliunde conſequi, ſi inſtar aliarum honeſtarum matronarum laborando victum querat.

14

Denique & Sexto non eſſe in Dn. Rei facultatibus, præſertim cũ ex annuo ſtipendio, quod à ciuitate Paſſauienſi pro Syndici munere conſequitur, ſe & ſuam familiam ſuſtentare neceſſe habeat, vt in ſua decliui & aggraueſcente ætate opis cum primis indiga alimentorum viduæ eiuſque familiæ dandorum oneri plane ſit impar.

Cæterum etſi huiuſmodi defenſiones prima facie non modo ſpecioſæ, ſed & momentoſæ appareant. Vereor tamen vt actorum intentionem præſertim quoad alimenta nepti ſubminiſtranda depellendam non vehementer ſtringant, vti etiam ex ſubſequentibus conſtabit manifeſtius.

Primum enim quod prædefunctus filius habuerit aduentitia, ex quibus viuere potuerit: ex aduerſo conſtanter negatum fuit. Nam præterquam quod pater filijs huiuſmodi bona integra illibataque ſeruare teneatur *l. quicquid.* 2. C. *de bon. matern.* ſunt quoque alimenta huiuſmodi, non ex proprietate capitali vel ſorte, ſed fructibus, acceſſionibus, penſionibus & reditibus ſolummodo exhibenda text. *in l. ius alimentorum. §. modum. ff. vbi pupil. educ. deb. l. Imperator. ff. ad Trebellian.* Bald. *conſil.* 30. *ſicut dixi. vol.* 2. Alex. *conſil.* 100. *n.* 7. *vol.* 1. *& conſil.* 72. *n.* 7. *vol.* 5. Bart. *in tract. de Aliment. in fin. vbi ait:* alimenta non eſſe

15

16

17 præſtanda ex venditione rerum, ſed ex fructibus & redditibus Chaſſan. *in conſuetud. Burg: rub.* 6. *§.* 4. *verb. & alimenter. n.* 8. Crauetta. *conſil.* 209. *licet dudũ n.* 9. Ioſeph. Ludov. *in commun. concluſ.* 1. *n.* 28. Ioan. Petr. Surd. *in tr. de aliment. tit.*

tit.7.q.8.n. 12. Simon de Prœtis *lib.* 4 *de inter-*
18 *pret.vlt.volunt.dubitat.* 11.*n.*70. Qua ratione vt quis seipsum dicatur posse alere respici solent reditus & non proprietas, vt voluit Baldus in terminis *in l. fin.* §. *ipsum autem. C. de bon. quæ liber.* vbi tradit, etsi pater non teneatur alere filium, qui habet aliunde alimenta (per supra adducta) tamen si filius bona habeat, quorum reditus non
19 sufficiãt ad ipsius alimenta, adendus erit à patre, necei opponere potest, quod bona vendat & alat, si ex precio bonorum suorum, quia dicitur non habere, cum non aliter potest habere, quã ex venditione proprietatis Crauetta *consil.* 199. *ad subtilia num 6.* huic sententiæ accedunt Aret. Dec. Bologn. Cordul. & qui hos refert Ioan. Petr. Surdus. *de aliment. tit.* 4. *q.*9. *n.* 10. *& rursum tit.*7. *q.*6. *n.*22. *vbi* pro hac sententia adduxit text *in l. qui bon. ff. de cession. bonorum*, vbi alimenta cõ-
20 siderantur respectu fructuum & non proprietatis, & per illum textum tradit Natta *consil.*606. *n.* 12. an aliquis sit diues vel pauper inspici, quantũ ex fructibus sui patrimonii possit redigi, non
21 quantũ ex venditione rerũ & Ioseph. Ludov. *d. concl.*1. *n.*16. dixit, quod pro alimentis præstandis nõ debent vendi prædia sed debent constitui ex fructibus post Bart. Roland. à Valle *consil.* 32. *n.* 21. *lib.*1. Menoch. *consil.*62. *n.*6. Crauetta *d. consil* 199. *n.*11. quam & Ioseph. Ludou. magis communem appellat Vincent. de Franchis *decis.* 489. *n.*24. *& seq.*

Vnde efficitur Dn. Reum non posse sub hoc prætextu 800. illos florenos quasi iure retentionis vel compensationis subducere; Nisi tamen
22 velimus prætactam opinionem in fauorem Dn. Rei ita restringere, vt procedat in alimentis præstandis, secundum decorem & condecentiam quasi tunc proprietas pro eis soluendis non sit alienanda, secus si agatur de necessariis ad vitæ sus-
23 tentationem. Eo enim casu, si fructus nõ sufficerint ad alienationem proprietatis posse deueniri, vt post Cordul. hanc sententiam limitat
24 Surd. *d. tract. de aliment. tit.*4. *q.*9. *num.*21. vel etiam actoribus hoc regere re, quod quando tractatur de alimentis eius, qui de propriis bonis alendus est tunc res ipsa vendi possit per text. *in l.* 1. §. *mulier ff. de vend in poss. mittend.* per quem ita dixit Barb. ad Bart. *in l. pen. ff. de aliment. & cibar. legat.* quam declarationem & pro vera habet, Ioan. Pet. Surd. *d. tract. de aliment. tit.*7. *q.*22. *num.*5. quia quis debet excutere proprium ærariũ, antequam possit de alieno viuere, quod ipsum an in filio quoque obtineat, apud me ambiguũ est.

25 Posset quidem etiam differentia statui inter
26 alimenta & studiorum sumptus *argum. l. alimenta. C. de negot. gest.* quod quidem illa necessitatis sint & juris naturalis, hi vero vtilitatis ad quos etiam pater inuitus cogi nequeat Bertrand. *consil.*
27 34. *n.*7. *vol.*2. *part.*1. Item illa non conferantur,
28 hi vero quandoque conferantur, verum enim vero quod alimentorum nomine sumptus & expensæ studiorum veniant Bart. *in tract. de alim. n.*2. Wesembec. *consil.*80. *n.* 3. Crauetta. *consil.* 199. *n.*3. *& consil.*336. *n.*47. Decian. *consil.*14. *n.* 14 Menoch. 4 *præsumpt.*154. *n.* 31. *& præsumpt.*
29 191. *n.*19. & studiorum impendia alimentis & doti æquiparentur idem Wesembec. *d. consil.* 26. *n.*42. *vers. quanquam* & pater eo ipso, quod si- 30
lium Ingolstadiam, viennam & Friburgum ad studia ablegauit, se ad sumptus administrandos obstrinxerit, cum sine huiusmodi expensis studiis inuigilare quis non possit *l.* 2. *ff. de iurisdict. gl. in l. Iulianus.* 3. *quod dicitur in verb. solebat. ff. ad SC. Macedon. & in l. Macedoniani vbi Bald. C. eod. & Bart. ibid. dicens*, quod pater necesse habeat emere libros filio, stante voluntate, quod studeat & Decian. *consil.*15. *Quæritur n.* 8. *vol.*2. vbi respondit, quod pater etiam inuitus teneatur filio 31
studenti alimenta & expensas subministrare, quod etiam ingeminat idem Decian. *consil.* 38. *quod pater in pr. & per tot. vol.*2. Menoch. 3. *præsumpt.*29. *n.*85. *& seq.* videtur etiam donationis capienda præsumptio text. *in l. quæ pater filio. ff. fam. erisc.* Alex. *consil.*142. *circa primum. n.*27. *vsq; ad fin. vol.*2. (qui tamen hoc judici arbitrandum vel æstimandum committit pro expensarũ quantitate) Mascard. *d. probat. conclus.*724. *per tot.*

Quidquid tamen sit, eo minus ego donationem in sumptibus studiorum, præsumpserim, quod ex quietantiis & chyrographis judicialiter exhibitis satis manifeste constet, & appareat, Dn. Reum animum donandi non habuisse, alioqui sane huiusmodi post exsolutionem debiti statim dilacerasset vel cancellasset argumento eorum, quæ tradit Menoch. *d. lib.*3. *præsumpt.* 30. *n.*20. & magis in specie idem Menoch. *3. præsumpt.*141. *n.*4. dixit, debitorem præsumi libe- 32
ratum, si instrumentum debiti apud creditorem inveniatur cancellatum, authoritates ibidem allegatas non transcribo; conferunt optime ea, quæ scribit Ioan. Garzia *d. tr. de expens. & meliorat. c.*4. *nu.*4. quod animus credendi & non donandi intervenire debet tempore ipso, quo expensæ præstantur, non ex intervallo, & subjicit
tunc animo credendi sumptus datos, si pater 33
subministrans testetur vel in rationem sumptuum & expensarum redigat huiusmodi expensas addo Surd. *de aliment. tit.*6. *q.*8. *n.*74.

Neque insuper ex huiusmodi ad studia destina- 34
tione donatio sumptuum necessario inferri potest, ut & recte in effectu post Bald. & Castrensem monuit idem Menoch. *lib.* 3. *& præsumpt.*30. *num.*23. *& seq.* Proinde quod extra causam alimentorum, quæ parens domi alius facturus erat gl. *in l. sed Iulianus.* §. *quod dicitur. verb. solebat. ff. ad SC. Macedonian.* insumptum est, cum in huiusmodi expensis animus credendi vel non minime attendendus sit Garzia *de expens. & meliorat. c.*3. *n.*49. meo judicio Dn. Reus compensando ex 800. fl. subducere poterit.

Sane poterat etiam hic Dominus Reus dilatorie excipere posito, non tamen concesso donationem sumptuum hic considerandum, attamen cum pater in bonis filii habeat usumfruc- 35
tum, qui non extinguatur, nisi morte usufructuarii patris *l. quidquid C. de bon. matern.* actores præmature, nimis præcociter & plus tempore petiisse; sed cum eo nihil videam allegatum in exhibitis exceptionibus & Duplicis ulteriori desuper excussione relicta ad alia propera.

Non juvat Dn. Reum, quod putat se dunta-

xat

xat uſque ad annum pubertatis videlicet 15. adſtrictum fuiſſe ad alimenta præſtanda, cum & ipſemet receptum cõſuetudine Paſſauienſi fateatur, daß einer ſein Vigtbar Jahr annum ætatis
36 18. erreiche/ & alioqui etiam in legato alimentorum vſque ad pubertatem intelligatur pubertas in maſculo vſque ad 18. annum *l. Mela ait. ff. de aliment. & cibar. legat.* Surd. *d. tract. de aliment. tit. 8 priuileg. 58. n.* 4. quin etiam alendi onus noſtro caſu ad plenam pubertatem reſtringendum non eſt, ſed ad totum ipſius filii agentis tempus vitæ extendendum *d. l. Mela. ait. & ibi Bart numero ſecundo.*

Quare cum reſpectu ſumptuum Academijs impenſorum ex ſupradictis non mereatur conſiderationem donatio, ſuperuacuum fuerit hic examinare tertiam exceptionem, vtpote ex ſuperioribus promanantem, quamuis etiam ea a-
37 deo vehementer non ſtringat, cum pater poſſit liberos inæqualiter inſtituere, ſi modi legitimã non diminuat, prout ſunt jura paſſim obuia.

Non obſtat etiam, violatum eſſe ius patriæ poteſtatis, ex eo, quod filius defunctus ſe ingratum & immorigerum exhibuerit, Item quod
38 nuptias ſine patris conſenſu contraxerit. Etſi enim filius ingratus deſinat eſſe filius & ſic amiſſa filiatione effectus inde reſultantes videantur tolli Bart. *in l. Diuus ff. ad l. Pomp. de parricid.* Surd.
39 *d. tr. de aliment. tit. 7. q. 3. n. 9.* hoc tamen de huiuſmodi ingrati tudine intelligendum ob quam quis exhæreditari poſſit, quæ hic nõ deprehenditur.

Fateor quidem chriſtianam eam eſſe & in ſacra pagina fundatam opinionem, quæ parentũ conſenſum in nuptiis liberorum neceſſario exi-
40 git, vt inde matrimonium ſine conſenſu paterno contractum nullum eſſe pronuncient magni nominis ICti Oldendorp, *claſſe 4. act. 26. in defenſ. rei num.* 1. Corraſ. *lib. 1. Miſcellan. 17.* Ioan. Borch. *de gradib. quomod. contrah. matr.* Daniel. Moller. *1. ſemeſtr. 47. nu.* 16. Ioan. Coraſ. *lib. 1. miſcell. 17.* Franc. Duar. *tit ſol. matrim. de nupt. c.* 2. Petr. Heig. *quæſt. 22. n.* 21. *& ſeqq.* & plures alii, quod & ex ipſo Iure Canon. in ſuo contract. de Spuriis ſi probe memini (non enim habui nunc copiam inſpiciendi) Cardinal. Gabr. Palæotus eleganter adſtruere conatur, quæ ſententia etiam de veritate theorica ſuſtineri poſſet, prout Dn. Reus hanc in rem text. juris Canon.
41 examinavit. Attamen ex male intellectis canonibus aliud in praxi invaluit, ut nunc honeſtatis duntaxat & minime neceſſitatis putetur conſenſus parentum Covarruv. *de matrimon. p.* 2. *c.* 2. §. 8. Fulv. Pacian. *lib. 2. de probat. c.* 3. *n.* 47.
42 *&* 48. In tantum ut plerique velint etiam ſtatuto non poſſe introduci, quod patris conſenſus requiratur Alexand. *conſil. 97. principalis dubitatio per tot. vol.* 1. *& conſi.* 1. *num.* 20. *& ſeq. vol.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 5. *num.* 6. *& ſeqq.* Ioſeph. Ludov. *comm. concluſ.* 1. *num.* 32. Decian. *conſil.* 34. *circa primum. num.* 13. *in fin. vol.* 4. quod tamen meo judicio recte improbat Molinæus
43 *in Apoſtill. ad Alex. d. conſi. 97. lit. D.* ubi huiuſmodi ſtatutum validum eſſe & ita obſervari contendit & appellat memorabile, ſanctum & juſtiſſimum arreſtum in ſupremo Pariſ. Senatu in Mart. Anno 1539. contra Cadomenſes latum, quo Interdictum fuit contrahere matrimonium cum puella ſine conſenſu patris vel matris, ſi tantum mater ſuperſtes ſit vel utroque parente, ſine conſenſu tutorum & agnatorum vel cognatorum in caſum diſcordiæ ex decreto Iudicis idque ſub pœna Capitali confiſcationis corporis & bonorum. Pro confirmatione horum ſtatutorum videatur etiam Moller. *d. lib. Semeſtr. c. 47. nu.* 19. Cæterum & hæc Exceptio præſuppoſita eiuſdem validitate vix quicquam operabitur mortuo filio contra eiuſdem viduam & filiolam Dn. Rei nurum & neptem. Nam in caſu ubi filio ducenti inhoneſtam uxorem alimenta denegari poſſunt Chaſſan. *in conſuetud. Burg. rub.* 1. §. 4. *verb. mariage num.* 19. *& ſeqq.* (ubiloquitur in filia ante 25. annum indigno nubenti) non eadem ratione nurui deneganda erunt, quæ in hoc nihil deliquit & pœna injuriæ non egreditur authorem & uxor puniri non
44 debet pro delicto mariti *tot. tit. C. ne uxor pro marit.* Nurus enim nihil peccavit, quæ non tenebatur ante Nuptias requirere conſenſum Soceri, ſicuti ex reverentia tenebatur filius, & cum in nuru ceſſet ratio injuriæ & contemptus, qui
45 verſatur in filio debet in ea ceſſare pœna, prout in terminis loquitur Ioan. Petr. Surd. *d. tract. de aliment. tit. 7. q. 26. num. 9. &* 10. *& tit. 1. q.* 38. *n.* 15. *& ſeqq.* qui tamen in fin. d. num. 10. ſubjicit hoc non procedere, ſi nurus inhoneſte viueret poſt contractum matrimonium.

Sed cum hodie, ut dixi, non requiratur neceſſario conſenſus parentum in nuptiis liberorum, ob eius quoque omiſſionem filius vel filia exhæredari vel alimentis privari nequit Surd. *d.*
46 *tr. de alim. tit. 7. q. 6. n.* 5. Chaſſan. *d. rub.* 1. §. 4. *verb. mariage. n.* 19. *& ſeqq.*

Nihil etiam ad rem facit Quarta Exceptio, quod Dn. Reus neque civiliter neque naturaliter obligatus ſit ad alimentandum: cuius con-
47 trarium ex præmiſſis & præſertim etiam iis, quæ in principio huius conſultationis diximus de officio Iudicis, infertur, Et actores ſe non fundant in aliqua obligatione reſpectu 800. fl. vel aliorum maternorum bonorum, ſed ſanguinis coniunctione vel naturali ratione Vincent. de Franchis *deciſ.* 178. *num.* 10. & faciunt ſupradicta, quæ hoc caſu judicis officium excitat. Et
48 hoc ſuum officium Iudex etiam nepoti contra avum impertitur uti poſt Bart. docuit Surd. *d. tit. 3. q.* 1. *n.* 27. nam neceſſitas alendi non ſolum
49 ad ipſos parentes, qui procrearunt, ſed etiam ad cæteros utriuſque ſexus parentes adſcendentes extendenda Ioan. Garzia *d. tr de expenſ. & meliorat. c. 3. num.* 33. Idque indubitato in nepte ex fi-
50 lio procedit, qua in re & Dn. reus bonam fidem agnoſcere voluit, cum ſe ad alimenta nepti miniſtranda jam ante obtulerit. Proinde potiſſima videtur dubitatio conſiſtere in eo, an Dn. reus teneatur nutui alimenta ſuppeditare? Affirmant Actores, negat Reus.

Non urgeo Primum Rei rationem, quod matrimonium ex defectu conſenſus paterni illegitimum, quæ ratio per ſuperiora confutata eſt.

Neque

Neq; etiam in eo ex parte Dn. Rei vis aliqua ponenda est, quod nurus non referatur inter octo illas personas de jure alimentandas, ex quo per extensionem efflagitante indemnitatis ratione jus alimentandi etiam ad multas alias in jure nō expressas porrigatur personas, quod facile potest ostendi per exemplorum inductionem, Illud autē facere videbatur contra nurum, quod nurui propter filium dentur alimenta. Itaq; si filio possint denegari & ipsi quoq; nurui, *arg. Auth.* 51 *multo magis. C. de SS. Eccles.* : propter quod enim unumquodq; tale est, eo magis tale est, sed pater non cogitur filium alimentare coniugatum Amanel. *sing.* 182. *per l. fin. C. de alim. liber.*

52 Deinde alendi onus videtur ex ea causa incumbere marito & filio, quod fructus dotis percipit, quare hoc onus cum eadem qualitate ad avum migrare debet, ut videlicet & is in recompensam fructibus dotalibus fruatur, hinc & Castrensis respondit, patrem teneri præstare alimēta filio & eius uxori ob non restitutam dotem Castrens. *consi. 465. nu. 3. vol. 1.* Sed cum hic avus nullam dotem habeat in manibus, minus vero eiusdem fructus perceperit, consequenter quoq; ab onere alimentandi relevabitur per ea, quæ Imola *in l. si cum dotem. §. transgrediamur ff. sol. ma-*
53 *trim.* scripsit, ubi ait, quod patet, qui retinuit penes se dotes nurus tenetur illius fructus restituere filio, qui sine culpa seorsim habitavit & onera matrimonii sustinuit, quem sequuntur Alexand. Bald. Nou. Compeg. & Beccius Relati à Surdo *de alim. tit. 5. q. 1. n. 69.*

54 Tertio illud ius alimentandi ex ipsa coniunctione & affinitate promanare videtur, at per mortem soluto matrimonio & affinitas, sublata, & cum ea omnes effectus ex affinitate resultantes (excepta duntaxat matrimoniali prohibitione quæ remanet) extincti intelligūtur text. *in l. cum eorum. §. affinitatis ff. de postuland. §. affinitas. vers. Socrum. Inst. de Nuptiis.* Zas. *in par. ff. de postuland. n. 19.* Francisc. Milanens. *decis. 15. n. 15. li. 1.* ubi (loquitur in materia suspecti judicis) & citat etiam Alexandr. *cons. 207. vol. 6.* Prosp. Farinac. *de testib. q. 54. n. 32.* (ubi dicit paria esse affinitatē non adesse, vel esse dissolutam, & loquitur in materia testium) Francisc. Vivius *decis. 181. n. 1.* qui
55 *& nu. 4.* subjicit dissoluto matrimonio non dici amplius vere & proprie socerum vel socrum, cū filius vel filia respective mortua est, per text. *in l. 3. in fin. C. de donat. inter vir. & uxor.* ubi mortua uxore non dicitur amplius socer, sed quondam socer, unde & Bald. *in l. affinitatis in fin. C. commū-*
56 *nia de succes.* testatum reliquit quod mortua uxore sopita est affinitas quoad omnia, præterquam quoad matrimonium impediendū: hinc & soror soluto matrimonio non gaudet beneficio competentiæ, ut conveniatur in id, quod facere potest *l. sed hoc ita 22. ff. de re jud.* Petr. Co-
57 stal. *in l. si de dote ff. de jure dot.*, & affinitatis causa cessante cessare & ipsam affinitatem, & proinde effectus, qui inde sequebantur, docuit Tiraquel.
58 *in tr. cessante causa. part. 1. n. 27. & seqq.* Cui etiam cōsequens videtur, ut nurus socerum matrimonio jam diremptō ad alimentorum exhibitionē cogere non possit, quod etiam Dn. Reus attigit,
59 sicut alias duntaxat constante matrimonio uxor bona mariti pro alimentis hypothecata habet, non quoq; eodem soluto, ut post Abb. & Castrens. scripsit Anthon. Gabriel. *lib. 6. commun. concl. tit. de aliment. concl. 2. n. 3.*

Quibus tamen non obstātibus contraria sen- 60
tentia, quod & socer atq; ita mariti pater alimēta nurui præstare obligatus sit, si filius & nurus non habeant unde vivant, passim recepta est, dicitur enim *in l. si quis à liberis §. non tantum ff. de agnosc. liber.* quod pater non solum tenetur alere filium, sed & cætera filiorum onera præstare, & *in l. filiam. §. si filius famil. ff. famil. ercis.* dicitur quod pater filii onera & nurus agnoscere necesse habeat. Et expresse nurum alendū esse voluit 61
gl. (etsi id Dn. Reus in Duplicis inficiatus sit) *in d. §. non tantum vers. cætera. & ibi Bart. gl. in l. quia parentibus ff. solut matrim.* Covarruv. *de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 6. n. 5. vers. tertio subinfertur. in fin.* Natta *consi. 278. circa hunc* Ioan. Petr. Surd. *d. tr. de aliment. tit. 1. q. 38. n. 2.* ubi pro hujus sententiæ confirmatione citat etiam Bart. Ias. Crot. Ripam, Ruin. Barbat. Bero. Speculat. Boerium Padill. *in Auth. res quæ. n. 85. C. commun. de legat.* Vivium & Beccium quibus ego addo Menoch. *cons. 22. hæc dubitatio n. 3. in fin.* Burs. *cons. 420. n. 34.* Ioseph. Ludov. *com. concl. 1. n. 30. & 31. ubi ait*, patrem 62
teneri præstare alimenta non solum filiis, sed etiā uxoribus filiorum, etiamsi filius non solum absque aliqua constitutione dotis, sed etiam absq; consensu patris uxorem duxerit post Ruin. *cons. 144. n. 7. lib. 5.* quod & voluit Surd. *d. loc. n. 14. & 15.* à qua sententia non discrepat Phan. de Phanuc *in tr. de lucro dot gl. 8. n. 25. vers. hæc communis* addens inter cætera patrem ad hoc ex naturali 63
obligatione teneri, &c. cum socer parentis *l. quia parentis 16. ff. solut. matr.* & nurus filiæ locum obtineat. *§. affinitatis Instit. de Nupt.* Menoch. *d. consil. 22.*

Superest, ut breviter rationes dubitandi per- 64
stringamus. Non facesset itaq; primo negotium, quod pater non teneatur alimentare filium coniugatum, prout voluit Amanel. *d. sing. 182.* quem sequitur Ascan. *in tr. de patr. potest.* eam proferens rationem, quod filius coniugatus habeat dotem uxoris, quia recte hoc refutauit Surdus *in sæped. tr. de alim. tit. 7. q. 7. num. 3.* cum ea ratio non sit bona nec generalis; quid enim si filius indotatam 65
duxisset? Neque insuper universaliter verum onus alimentandi ex fructuum dotalium perceptione descendere, cum potius naturalis ratio inter tam coniunctas personas hoc ipsum introduxerit Ioan. Petr. Surd. *d. tr. tit. 7. q. 9. nu. 2.* quæ 66
& maritum, qui indotatam duxerit, huiusmodi alimentorum præstationi obnoxium reddit, per authoritates à Cacheran. allegatas *decis. Pedemont. 132. n. 8.*

Tertia dubitandi ratio cæteris splendior & 67
prægnantior est; Quā tamen non obstante cum existimatio filii præmortui in eō vertatur, ne uxor filii turpi egestate in dedecus ante acti matrimonii laboret, videtur quoque socer ad alimentationem esse obligatus ex ratione Auth. *præterea C. unde vir & vxor.* Gail. *2 obs. 98. n. 5.* Decian. *consil. 70. Et prima facie. num. 11. vol. 2.* Quo & facit Vincent. de Franchis *decis. 486.* maxime si 68
nurus uti hic in viduitate permaneat, quo casu adhuc

adhuc in primo matrimonio conſtituta cenſetur *l.4.C.de bon.matern.* Alex. *conſi.*207.*ponderatis verbis,n.*3.*vol.*6.Tiraquel. *in tract.ceſſante cauſa.limitat.*16.*n.*1.Tiraquel.*de mobil.c.*18.*num.*8. & viri familiam retinere. Tiraq. *d. loc. num.*6. modo tamen honeſte vivat, nam alias perdit omnia privilegia, honores & commoda priſtini matrimonii Idem Tiraquell. *ibid. n.*13. *ubi quam plurimos congeſſit*, inde effectus affinitatis necdum plane ſublatos quis non abſurde exiſtimare poſſet. Quin etiam ſi liberi extiterint, adhuc veſtigia quædam & reliquias affinitatis manere dixit Tiraq. *in d.tract.ceſſante cauſa. part.*1.*num.*
29. *poſt Alex. in d. conſil.*207. *ponderatis verbis*
69 *num.*3.*verſ. Quarto.per text. vol*6. Vbi vero nurus alii viro nupſiſſet crediderim, huiuſmodi iusexigendialimenta,expiraſſe,ſiquidem is alereteneretur;qui perſonam habet in ſuis ſervitiis, ut per jura & authoritates firmat Surd. *d. tract. de aliment.tit.*1.*q.*108.*num.*1. Ingenue tamen fateor, quod hæc dubitandiratio non parum me ancipitem reddat, atque ambiguum, ut fere concurrentibuscæteris eo inclinare auſim, ut ſtatuam, ſocerum ſoluto matrimonio abonere alimentationis eſſe exemptum, Nihil tamen certi hic definio, donec videam deciſionem in terminis. Illud vero leviuseſt, quod hypotheca
70 ratione alimentorum in bonis mariti competens matrimonio ſoluto expiret, cum ea opinio controverſa ſit per notata à Campegio *de dot.p.*2. *q.*63 & negativam ultimo loco referat Gabriel. *d.tit.de aliment.concluſ.*2.*n.*3. Nec vehementer facit ad rē quinta Dn. Rei defenſio, quod vidua eiuſque defunctus maritus luxu & prodigalitate ſibi inopiam attraxerint, cui tamen vidua mederi poſſit laborando: hæc enim exceptio ſocerum non liberat, quo minus filium eiuſq; neptem alimētare cogatur, ex quo receptum eſt, quod pa-
71 ter filium etiam alere tenetur, qui portionem ſibi aſſignatam ludendo vel alias luxurioſe conſumpſit Iaſ. *in* 5.*fuerat.n.*137.*Inſt.de act.* Cacheran. *deciſ.Ped.*124.*n* 9.*& ſeqq.* ubi ex Iaſone *n.*11. rationem reddit, quod cum alimenta jure naturali debeantur, nullo eventu tolli poſſint *l.eas obligationes ff.de cap.dimin.* (de quo tamen videri poteſt Surd.*d.tr.de alim.tit.*7.*q.*5. qui in contra-
72 riam ſententiam proclivior eſt) Et hoc ſenſit quoq; Decian. quatenus ſcribit quoad alimenta præſtanda non ſpectari, an alimentandus ſua culpa pauper factus nec ne, ſed an vere pauper ſit Decian. *conſi.*42.*n.*15.*vol.*2.

73 Sed nec illa ratio magni videtur momenti, quod nurus aliunde vivere & victum ſua induſtria quærere poſſit Ber.*conſ* 130.*vol.*3.Surd.*d.*7. *q.*22.*n.*3. quo caſu, quem non frui beneficio alimentationis ſupra probavimus. Etenim cum ex ipſiuſmet Dn. Rei Exceptionib⁹ & Duplicis colligere liceat nurum honeſto & nobili (modo hoc non fuerit per Ironiam obiectum) genere eſſe
74 prognatam, quiſquam ab ea manuales operas, quæ ipſi dedecori eſſent futuræ ad vitam ex quęſtu tuendam, vix iure exegerit Cravetta *conſ.*850 *n.*8.*in fin.* pulcre Surd.*d.tit.*7.*q.*6.*n.*14.Poſt Bart. *in l.*1.*n.*7.*C.de mend.valid.ubi dicit*, alendum eſſe filium induſtrium, cui ſecundum natalium conditionem verecundum eſſet operari. Concludit tamen, quod nobilis genere qui cæpit mendica- 75
re, cogitur terram arare, quia longe magis indecorum eſt mendicare, quam arare. Et licet Bald. *in l.*1.§.*ſed ſcimus.C.de lat.libert.toll.* voluerit, loco alimentorum ſufficere, quod alimentandus recipiatur in hoſpitali: tamen hoc fallit, quando in eo ſtare non poſſet ſine dedecore Tiraqu. *de nobilit.c.*20.*n.*107.Surd.*d.tr.tit.*7.*q.*6.*n.*15.an au- 76
tem, & quatenus alimentarius teneatur ad commodū eius, qui alimenta præſtat, operari pulcre enucleat Surd. *ſæped.tr.de alim.tit.*4.*q.*29.*per tot.* Vltima exceptio meo iudicio non parum ad rem faceret, ſi eius probatio à Dn Reo præſtari poſſet, ex quo iuris eſt non incogniti, quod nō gra- 77
vetur onere alendi filium pater, cuius ſubſtantia ita eſt attenuata, ut pro alimentis propriis non ſufficiat *l.pen.in fin.ff.de li.agnoſc.* quod plurib. illuſtrat Surd. *in ſeped.tr.tit.*7.*q.*8.*per tot.* tanto minus nurum matrimonio ſoluto & affinitatis vinculo diſrupto.

Et quamvis alias non modo fructus, ſed etiam 78
proprietas vendi debeat, quando alimentandus eſt de perſonis cui iure ſanguinis alimenta ſint exhibenda Ioan. Petr. Surd. *d.tit.*4.*q.*9.*n.*38. Natta *conſ.*48.*in cauſa n.*9. (ubi hoc exemplificat in patre debitore alimentorum) Sim. de Prœt. *lib.*4 *de interpret.ultim.volunt.lib.*4.*dub.*11.*n.*71. noſtro tamen in caſu ubi agitur de nuru, & quidē ſoluto matrimonio, ubi ſanguinis vel affinitatis vinculum diſſectum eſt, alimentanda tam inclemēter cum Dn. Reo agi non poteſt, ut videlicet etiā ad proprietatis venditionem pro alimentorum exhibitione cogatur, ſed ad cognoſcendum, an 79
poſſit ſe ipſum alere reditus attendendi ſunt bonorū, & non quantitas patrimonii Surd. *tit.*7.*q.*8. *n.*12. Fulv. Pacian. *de probat.lib.*1.*C* 54.*n.*49. quod & ſupra authoritatibus latius firmavi.

Onus tamen probandi, quod reditus nō ſuffi- 80
ciant pro alimētis propriis & familiæ ad Dn. Reū ſpectat, quod & rēcte docuit Surd. *jam d.q.*8.*n.*13 *&* 14. Tralatitiū enim eſt, ſi quis intentionis ſuæ fundamentum in paupertate vel inopia poſuerit, quod illud ante omnia probare debeat Co- 81
varruv. *lib.*2.*variar.reſolut.c.*6. Maſcard. *de probat. concluſ.*1504. Fulv. Pacian. *de probation. lib.*1.*t.* 36.*n.*35.*& fuſe capit.*54.*per tot.* Quemadmodum etiam viceverſa Actores probare habent quod penes Dn. Reum ſpecificata bona materna extiterint *iurib.vulgatiſſ.* Ex quibus omnibus concludo, probata hac præſtationis inopia (cuius probatio primū à Dn. Iudice⁹ iniungenda erit) Dn. Reum quoad alimenta viduæ, vel nurui (à qua tamen actores, non ſine nullitatis vitio ad hunc proceſſum ſunt legitimati) exhibēda poſſe abſolutoriam expectare, reſpectu vero neptis, utpote in avi familia & patria poteſtate (quam alioquin avus alimenta ſubtrahendo amitteret Arius Pinel. *in l.*1.*p.*1.*n.*57.*C.de bon.matern.* Surd. *de aliment.tit.*8. *privileg.*63.) conſtitutæ, quoad alimenta condemnatoriam ex parti Domini Rei metuendam, ita tamen, ut condemnatus 82
eiuſmodi alimenta extra ſuam domum de jure ſubminiſtrare non teneatur, prout in filio hoc ſcripſit Ar. Pinel. *in l.*1.*p.*1.*n.*57.*C.de bon.matern.* Cum & in ædib. minus gravis ſolcat eſſe ali- 83
mentatio, quam extra Alex. *conſil.*100.*n.*1.*vol.*1.

Natta

Natta.*consil.307.In quæstione.n.4.* Roland.*consil.* 22.*n.9.&*10 *vol.2.*Insuper&indiminuenda summa 809.fl.solos studiorum sumptus non etiam hos,qui in causam alimoniæ cesserunt putarim attendendos, poterat & hoc disputari de vsufructu aduentitiorum, qui ad Dn. Reum spectauit: Item an Dn. Reus teneatur subductis studiorum sumptibus, illud quod in capitali de 800.fl.in residuo supereſt, in vita restituere,sed cum ipsi litigãtes hæc ipsa sicco pede transierint, neque judicialiter allegarint,non insisto vlterius.Interim non dubito quin eximius Dn. Consulens vti IC.ex his in summa festinatione congestis motiuis, qualis sententiæ euentus sit exspectandus facile sit iudicaturus.

THOMÆ MERCKELBACHI.

CONSILIVM CXXX.

In materia Moræ, vsurarum & Interesse.

SUMMARIA.

1 SEntentia *vti stricti iuris, extra terminos cõdemnationis non est extendenda, & num.2. Declaratur & restringitur n.41.& 42.*

3 Sententia *lata super sorte, Iudicis officium mercenarium super vsuris siue accessoriis expirat, ita,vt nouo judicio peti nequeant: Refellitur num.43.44.45.46.47.48.& 49.*

4 Interesse precii non soluti *iuxta l. curabit. C.de act.empt.non venit iure actionis, sed officio judicis;& quidem accessorie num.5.*

6 Fructus *debentur officio iudicis mercenario.*

7 Iudex *de petito Interesse in sententia mentionem non faciens, ab eo absoluisse censetur.*

8 Iudex *concedendo vnum ex duobus petitis, videtur alterum denegare.*

9 Mora *cessante, cessat Interesse.*

10 Debitor, *qui certo loco & tempore soluere promisit, non intelligitur esse in mora, vbi creditor diuersi fori non probat ,se conuento tempore & loco comparuisse, & paratum fuisse solutionem accipere: confutatur hæc Ratio Dubitandi num.65.66.67.68.69.& 70.*

11 *In* contractibus stricti juris *nulla habetur ratio eius,quod interest, si nulla conuentio præcesserit, licet mora commissa , aut etiam lis contestata fuerit ; In actionibus autem bonæ fidei* Interesse *à tempore moræ debetur num. 12.& num.13.14.*

15 Interesse,*si de eo non conuenerit, exigi nequit: Restringitur num.16.& 17.*

18 Sortem principalem *absque protestatione recipiens non potest postmodũ exigere Interesse.*

19 Interpellatio *in obligationibus facti non est necessaria.*

20 Mora irregularis *ex implemento contractus ex parte potentis contrahitur ,cuius nomine Interesse debetur.*

21 Contrahentes *illud in conuentionem deduxisse censentur, quod ex more regionis & vulgo fieri consueuit.*

22 *In* omnibus dispositionibus *potius id, quod actum quam quod dictum,& potius mens, quã verba inspicienda; & num.23.24.*

25 Re & Precio *simul contra omnem æquitatem nemo carere debet.*

26 Argumentũ à contrario sensu *in contractibus tãstricti juris, quã bonæ fidei procedit;& n.27.*

28 Prælatus Capituli *plenam de rebus Ecclesiæ disponendi potestatem habet.*

29 Sententiæ Correlatiuæ *virtus & efficacia.*

30 *In* causis Mandatorum *simpliciter paritionem iungentium , nec omnia specifice exprimentiũ Interesse in Executione sententiæ liquidari potest;& num.31.*

32 *Interesse debitum venditori propreciõ non soluto taxatur per respectum ad fructus rei venditæ perceptos per emptorem; nec fructus rei excedere debet num.33.*

34 Interesse damni emergentis *legitimo probandum est.*

35 Iudex *quo casu pro centenario quincunces adiudicare possit? Vide tamen num.36.39.& 38.*

39 *In* mutuo *absque liquidatione quincunces pro centenario adiudicantur.*

40 *In* materia Interesse *sufficit probationem à communiter accidentibus concludere.*

50 Argumentũ *ab omissione ad factum non procedit: Nec valet consequentia; Iudex condemnet aliquẽ in vna parte; Ergo in alia absoluit n.51.*

52 Grauamen *ex omissione iudicis illatum, licet appellatio interponatur,nõ transit in judicatũ.*

53 Interesse *potest in alia instantia peti,quando capitale fuit petitum cum reseruatione Interesse.*

54 Iurisdictio *etiam ad connexa porrigitur.*

55 Fructuum *condemnatio & liquidatio, vti connexa causæ principali, apud eundem Iudicem cognosci debet.*

56 *Ab* Expensis *excusatus non protinus excusatur à fructibus: Ratio num.57.*

58 Interusurium *non ratione moræ, sed solæ æquitate exigitur.*

59 Emptor *tenetur precium soluere cum vsurũ,quas perceptorũ fructuũ ratio, licet nullã mora intercenerit, generauit.*

60 Æquitas l.Curabit.C.de act. empt. *non solũ in contractu emptionis, sed & in omni contractu correspectiuo,tam nominato, quam innominato militat,locumque obtinet.*

61 *Explicatur ratio* c.salubriter.*de vsuris.*

62 Emptor *tenetur ad vsuras precii non soluti, quamuis non fuerit in mora,puta, quia venditor aliquid fecerit,quod facere debeat;& n. 63.Nec potest hoc casu obijcere defectum implementi num.64.*

71 Mora *in contractibus stricti juris per extraiudicialem interpellationem committitur.*

72 Fructus *veniunt à die moræ in actionibus stricti iuris,quando agitur de repropria vel actori debita;& num.73.*

74 Venditor *vsuras pro rata precij nõ soluti petere potest,antequam integraliter & perfecte rẽ tradiderit,saltem officio iudicis, si non actione ex vendito.*

75 Venditor,*quatenus repetit ab emptore æstimationẽ fructuũ pro tempore moræ fructus nõ erant debiti emptori, sed spectabant ad venditorem.*

76 Contractus, Do ut des,*permutationem quandam inducit.*

77 Contractus *omnes hodie de iure Canonico bonæ fidei censentur.*

78 Transactio *non minus habilis titulus est ad transferendum per traditionem dominium.*

79 Stipulatio, *vtcunque ſit ſtricti juris, interpoſita ſuper contractu bonæ fidei, aſſumit naturam bonæ fidei.*

80 Contractus ſtricti juris *ex intentione agentiũ poſſunt eſſe bonæ fidei.*

81 *In* cauſis ſummariis & executiuis *primus actus vicem litis conteſtationis ſuſtinet.*

82 Proteſtatio *conſeruet ius proteſtantis.*

83 Adminiſtrator Procurator *vel* Mandatarius *non habet ius remittendi fructus & intereſſe & num.* 84.

85 Creditor *recipiendo ſortem non cenſetur remiſiſſe intereſſe, quod jure actionis competit.*

86 Verbum reſtitutionis *etiam cauſam fructuum continet, & num.* 87.

A DOMINO CONSILIUM.

IN cauſa Reuerendiſſimi Principis ac Domini Dn. Magiſtri S. Iohan. Ordinis per Germaniam, contra Illuſtrem Dn. Dn. Comitem Friſiæ Orientalis Mandati cum clauſula, ſtricto quidem iure Exceptiones vti purificato termino 7. Decembr. Anno 1610. iudicialiter productæ reijci poſſent: Veruntamen cum agatur de magna Summa, forſan ex æquitate in mitiorem partem inclinatum; ideoque ad ſubmiſſionem euentualem in puncto paritionis 11. Febr. Anno 1612. factam deueniendo, illud principaliter excutiendum eſſe videtur; An Intereſſe de 6550 Imperial. thalerorum ſorte, cuius ſolutio ab Anno 1578. vſque ad annum 1609. & ita ad 31. annos fuit dilata, poſſit adiudicari, quod Dn. Reus fieri non debere in præmemoratis Exceptionibus potiſſimum ex his fundamentis contendit.

1 Primo Quod ſententia ſortis, non etiam Intereſſe mentionem faciat, ideoque vti ſtricti iuris extra limites condemnationis non ſit extendenda. 2 Qua ratione Crauetta reſpondit, Sententiam de principali latam ad ſumptus litis non extendi, vtcunque acceſſorii dicantur *conſil. 597. num.* 4.

3 Præſertim quod & Secundo in jure expeditum ſit, lata ſententia ſuper ſorte, judicis officium mercenarium ſuper vſuris vel acceſſoriis expirare, ita vt nouo iudicio peti nequeant text. *in l. terminato. C. de fructib. & litis expens. l. depoſita.* 4. *C. depoſit. l. in bonæ fidei. C. de vſur.* Hartman. Hartmani. *lib.* 2. *obſerv. pract. ſub rubr. Miſcell. obſ.* 17. *n.* 7. Anton. Teſſaur. *deciſ.* 135. Ioan. Zanger. *de Except. part.* 2. *c.* 15. *& ſeq.* Ioan. Bapt. Aſinius. *de Execut. §.* 7. *c.* 89. Guid. Pap. *deciſ.* 405. *nu.* 2. Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 48. Anton. Gamma. *deciſ.* 191. Petr. Barboſa. *in rubr. ff ſolut. matrimon. p.* 3. *n.* 61. *& ſeq.* vbi aliud eſſe in iudicibus vniuerſalibus docuit.

4 Intereſſe autem precii non ſoluti iuxta l. curabit. C. de act. empt. non venit iure actionis, ſed Iudicis officio poſt Bald. *in l. ſi traditio. num.* 11. *C. de act. empt.* Alexand. *conſil.* 73. *n.* 2. *vol.* 2. Surd. 5 *conſil.* 52. *num.* 65. & quidem acceſſorie, ita vt poſt precium receptum peti nequeat Hieron. Gabriel. *conſil.* 145. *n.* 17. *lib.* 2. per text. *in l. qui collationem. §. fin. ff. de act. empt. l. fructus. C. eod.*

6 Sicut etiam regulariter fructus dicuntur deberi officio Iudicis mercenario, niſi in caſibus, in quibus exprimitur, eos deberi ivre actionis Perr. Barboſa *in l. ſi mora.* 10. *numer.* 106. *ff. ſolut. matrimon.* Idque in noſtra hypotheſi eo magis obtinere videtur, quod ex parte Actoris in fine 7 Producti 24. April. Anno 1598. exhibiti; Intereſſe fuerit expreſſe petitũ, ita ut Iudex de petito Intereſſe in ſententia nõ faciens mentionẽ ab eo abſoluiſſe exiſtimetur Surd. *deciſ.* 69. *n.* 5. Cæſ. Vrſill. *ad Afflict. deciſ.* 32. *n.* 1. (vbi reprehendit Crauettam *conſil.* 520. *n.* 1.) vbi etiam facit Hieronym. Papponius *conſil.* 75. *n.* 28. *dicens*, Crauettæ opinionem eſſe contrà communem Alciat. *conſil.* 92. *n.* 5. *lib.* 5. (vbi loqvitur de fructibus) Weſembec. *conſil.* 99. *n.* 18. Burſat. *conſil.* 21. *n.* 8. Ioan. Bapt. Aſſin. *in prax. iudic. §.* 32. *limit.* 22. (vbi loquitur de Expenſis) Garzia *de Expenſ. c.* 6. *n.* 17. Alexan. Raudens. *decis.* 13. *n.* 94. Fab. de Anna *conſil.* 24. *n.* 6. *& ſeq.* Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 49. *num.* 147. vbi rectè citat Boer. *deciſ.* 18. Anton. Faber. *in Cod. decis. forens lib.* 7. *tit.* 18. *definit.* 74. *n.* 8. *& ſeq.* Fab. Turretus. *conſil.* 4. *n.* 54.

8 Iudex enim concedendo vnum ex duobus petitis, videtur alterum denegare Surd. *d. loc. nu.* 6. poſt Bec. *conſil.* 55. *num.* 11. *& ſeqq.*

Nec defuit Tertio cauſa tacite hoc Intereſſe denegandi, quod ex Actis conſtiterit, Dn. Reum non fuiſſe in mora, ſed penes Dn. Actorem vel ordinem Iohanniticum ſtetiſſe, quo minus Tranſactio non citius adimpleretur. Cum ratificatio à Supremo Ordinis Magiſtro in Inſula Melitenſi Anno 1586. primum ſit ſubſecuta. Prouiſum enim fuit in tranſactione, daß Oſtfrißland das Geld gegen genugſame Verwahrung/ Item/ wann dem Graffen deß Herrn Meiſters vnd Ordens gebührliche ratification vnd Verſicherung zukompt erlegen ſoll.

9 In iure autem expeditum eſt, abſque mora Intereſſe non deberi Petr. Barboſa *in l. ſi ante. 6. n. 67. ff. ſolut. matrimon.* Marc. Anton. de Amatis *deciſ.* 24. *n.* 4. Burſat. *conſil.* 433. *n.* 26. Menoch. *conſil.* 888. *n.* 21.

10 Quarto Iuris quoque eſt, quod debitor, qui certo loco & tempore ſoluere promiſit, non intelligatur eſſe in mora, vbi Creditor diuerſi fori non probat ſe conuento tempore & loco comparuiſſe, & paratum fuiſſe ſolutionem accipere *l. ſi in diem. ff. de condic. & demonſtrat.* Afflict. *deciſ.* 318. *n.* 2. Alex. *conſil.* 92. *n.* 12. *lib.* 1. *& conſil.* 172. *lib.* 1. *& conſil.* 210. *n.* 2. *lib.* 2. Anton. Gabriel. *lib.* 3. *commun. opin. de ſolut. concluſ.* 9. *n.* 9. Mynſing. *cent.* 3. *obſeruat.* 95. *n.* 3. vbi hoc his & aliis iurib. Dn. Reus in Exceptionibus late cõfirmavit.

At Dn. Actor in huius probatione plane deficit. Nullibi ſiquidem oſtenſũ, quod in loco deſtinatæ ſolutionis comparuerit, vel eo quem cũ ſufficienti mandato ablegarit.

11 Quinto cõſiderandum venit, quod ex multorum Dd. opinione in contractibus ſtricti juris, vbi certã pecuniæ quantitatẽ dare oportet, nulla habeatur ratio eius, quod intereſt, ſi nulla conuentio præceſſit, licet mora commiſſa, aut

etiam

etiam lis conteſtata fuerit Vaſqu. *lib. 3. controverſ. uſufrequent. c. 63. n. 47.* Anton. Fab. *de error. pragmatic. decad. 11. error. 1.* Surd. *deciſ. 171. n. 2.* Barboſa *in d. l. ſi mora. 10. num. 79. & ſeq.* Vinc. de Franchis *deciſ. 562. numer. 12.* Dec. *in l. vinum. 16. ff. ſi cert. petat. & ibi* Iohan. Bolognet. *num. 63.* Flamin. de Rubeis *conſi. 60. numer. 40. vol. 2. ubi dicit*, quod in actionibus ſtricti juris non veniant fructus, niſi à lite conteſtata per text. ibidem citatos Petr. Nicol. Mozz. *de con-*
12 *tractib. de diviſ. contract. num. 36 fol. 25.* In actionibus autem bonæ fidei à tempore moræ Flamin. *ibidem. n. 41.* Surd. *deciſ. 211. n. 17 & ſeq.* Caſpar. Roderic. *de anna. reditib. lib. 3. q. 7. n. 15.* Gail. *2. obſ.*
13 *6. num. 2.* Debitum vero 6500. thalerorum ex tranſactione, quam ſtricti juris eſſe vix quiſquã inficiabitur Ioan. Bolognet. *in l. tranſigere. n. 20.*
14 *C. de trãſact.* (ubi hoc addit procedere ſive trãſactio fiat ſuper contractu bonæ fidei ſive ſtricti juris poſt Alciat. *ibid.*) Weſem. *conſi. 15. n. 4.* dimanare, nec eo nomine Dn. Actorem vel eiuſdem Anteceſſores uſuras ſtipulatos eſſe, ex tenore tranſactionis palam eſt. Vnde ſane intereſſe
15 exigi nequit, quod alioquì, ſi de eo, conventio vel ſtipulatio interpoſita fuiſſet, etiam poſt latã ſententiam jure actionis peti poſſet *l. 1. ubi Dd. C. de iudic.* Felin. *in c. adverſario tuo. n. 6. de except.* Gabriel Sarayna *in apoſtill. ad Matthæſilani ſingul. 80. n. 6. & ſingul. 90. n. 3.* Angel. de Gambligionib. *conſi. 140. num. 9. & ſeq.* Mynſing. *4. obſ. 48.* Ioan. Bapt. Aſinius *de Execut. §. 7. c. 89.* Roland. à Valle *conſi. 62. num. 6. & 16. vol. 4.* ubi ita limitat *d. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ.* Vaſqu. *in l. cum duobus. num. 14. C. de inoffic. teſtam. de ſucceſſ. reſolut.* Hubert. Zuchard. *conſil. 39. numer. 21. & ſeqq.* Zanger. *d. c. 15. num. 15. fol. 515.* Barnab. Cornazzan. *deciſ. Luceníſ. 110. num. 6. & 7.* Petr. Barboſa *in rubr. part. 3. numer. 62. & ſeq. & numer. 70. l. 1. p. 1. numer. 48. in princ. ff. ſolut. matrim.* Anton. Fab. *in Cod. tit. 18. definit. 3. num. 62. & ſeq. & num. 70. l. 1. p. 1. num. 48. in princ. ff. ſolut. matrimon.* Anton. Fab. *in Cod. tit. 18. definit. 3. definit. 67. definit. 71. & libr. 4. definit. tit. 24. definit. 5. & definit. 6.* Caſpar. Roderic. *d. tract. de annu. reditib. lib. 3. q. 9. numer. 15.* Hippol. Riminald. *conſil. 67. numer. 28. & numer. 47. & conſil. 346. num. 22. & ſeqq.* Petr. Anton. Anguſola *conſil. 7. num. 3. lib. 2.* Cavalcan. *deciſ. 35. num. 11. part. 1.* Hieron. Gabriel. *conſi. 35. n.*
16 *10. vol. 2.* (quitamen ibidem num. 11. exiſtimat, fructus, qui principaliter peti nequeunt, tuta cũ re per officium mercenarium poſſe peti, nõ obſtante ſententia in favorem Rei lata, in qua condemnatio fructuum omiſſa, ſi ſententiæ nec dũ paritum ſit *l. evidenter. l. ſi quis cum totum. §. plane ff. de except. rei iudic. ubi Dd.* ubi autem paritum eſt, nullo remedio peti poſſe) Auguſtin. Berous *conſil. 200. num. 19. lib. 1.* Flamin. Chartar. *deciſ. 38. num. 15. & ſeq.* Marc. Anton. de Amatis *deciſ. 141. num. 11.* Blas. Diaz de Menez *in addit. ad Anton Gammam. d. deciſ. 191.* Alexand. Trentacinus *lib. 2. var. reſolut. tit. de Expenſis. reſol. 1. num. 4.* Valaſc. *deciſ. 107. n. 13.* Weſemb. *conſil. 3. num. 21.*

17 Quibus in locis Dd. ſupra memorati Intereſſe, fructus vel expenſas etiam poſt ſententiam peti poſſe concludunt, ſi jure actionis & principaliter, non etiam, ſi acceſſorie officio Iudicis mercenario exigantur.

Denique & Sexto fruſtra Dn. Actor Intereſſe ſibi nunc adiudicari deſiderat, quod ſortem vel ſummam capitalem citra omnem reſervationem vel proteſtationem ſemel pure acceptarit, uti ex apocha 7. Decembr. Anno 1610. producta liquet.

Cæterum abſque proteſtatione conſervato- 18
ria ſortem principalem recipiens non poteſt poſtmodum exigere Intereſſe poſt Rotam Genuam *deciſ. 87.* Ias. *in l. certum Capuæ. n. 6. & l. fin. n. 4. ff. de eo quod certo loc.* Menoch. *li. 3. præſumpt. 113.* Alex. Raudens. *de analog lib. 1. c. 37. n. 202. in fin. & deciſ. Piſan. 52. n. 95.* ubi citat Rot. Genuam *deciſ. 200.* Petr. Anton. Anguſola *conſil. 7. n. 3. lib. 2.* Auguſtin. Berous *conſil. 200. num. 10. & ſeq. vol. 1.* Hieron. Gabriel. *conſil. 145. num. 8. & ſeq. lib. 2.* Bertazzol. *conſil. criminal. 254. num. 14. & conſil. crim. 255. numer. 24.* In quam rem Dn. Reus recte citat Capell. Tholoſan. *deciſ 50.* Alex. *in addit. ad Bartol. in l. qui ſibi. 33. §. qui ſtichum. ff. de ſolut.* Petr. Gregor. *Syntagmat. iur. univerſ. lib. 21. c. 10. num. 11.* Mynſinger. *4. obſ. 48. in fin.* Zanger. *d. c. 15. num. 20. in fin.* Anton. Fab. *in C lib 4. tit 24. definit. 5.*

Vtcunque vero hæc ſpecioſa ſint, nihil tãmen Dn. Reum, quo minus ad Intereſſe damni emergentis condemnetur, juvare crediderim.

Adparet enim ex Actis, quod Domini Comites Friſiæ Orientalis ante multos annos aliquot Iohanniticì Ordinis Commendas cum pertinentiis de facto occuparint, & tãdem mediante 3. Sept. An. 1574. inita Tranſactione, ne ad earundem reſtitutionem tenerẽtur, loco cuiuſdam precii 6500. Thaleros Imperiales ſolvere & præter hos duas Commendas cum pertinentiis intra certum terminum reſtituere hiſce formalibus promiſerunt: Daß nemblich die H. Graffen zu Oſtfrießland über Einräumung der beyden Ordenshäuſer Langholt vñ Haſſel mit allẽ jhren Zugehörungẽ dem Ritterlichẽ Orden noch 6500 Reichsthaler / dern 2000. zur Zeit der Häuſer Einantwortung / jedoch / daß wolgemelte Graffen von den Orden ein Monat Zeit zuvor die begehrte Einantwortung angekündet vnnd zugeſchrieben werden ſoll / bezahlet / aber die andere 4500. Reichsthaler darvon dieſelbe 500. zu den Vnkoſten gewendet werden ſollen / in dreyen nachfolgenden Jahren ohne Zinß zu jedem Jahr 1500. vff die Zeit / als die Einantwortung geſchehen / gegen gehungſame Verwahrung zuerlegẽ / binnen Lecher in Oſtfrießland / ohne deß Ordens Schaden in jhre ſichere Gewahrſamb liefern vnd bezahlen laſſen ſollen vnd wollen / Es ſoll aber ſolche Einantwortung obgedachter Häuſer vnnd pertinentien mit allen Sigeln / Brieffen / Regiſtern vnd Documenten, wie ingleichen mit allem Korn / Haußgeräth / Hew vnd anders / wie es auff die Zeit / wenn deß Herrn Meiſters vnnd Ordens gebührliche vnnd genungſame ratification vnnd Verſicherung wolermelten Herrn Graffen zukõmpt / geſchaffet ſeyn wird / geſchehen /

vnd über das 20. Melcke Kühe zu Langholtz verbleiben / Immittelſt aber keine gefährliche Verenderung oder alienation damit vorgenommen werden / ꝛc.

Iam vero litteræ judicialiter ab ipſomet Dn. Reo 3. Sept. An. 1596. productæ luculenter evincunt, non modo ſæpius ex parte Iohannitici Ordinis interpellationem de ſolvendo promiſſam ſummam interpoſitam, quæ tamen interpellatio ob præfixum terminum & diem, & quod
19 Comites Friſiæ ad ſolutionem, & ita ad factum ſe obligarunt, non adeo fuit neceſſaria juxta Hippol. Riminald. *conſi. 67. n. 19. & ſeqq.*

Sed & in provinciali Spiræ celebrato Capitulo, vigore à ſupremo Dn. Magiſtro in Inſula Malta 9. Sept. Anno 1572. factæ de tranſigendo poteſtatis, dictam tranſactionem 1. Mart. Anno 1575. ſolenniter fuiſſe ratificatam, Ita, ut Ordo Iohannitarum contractum ex ſua parte ſufficienter impleverit, & exinde Dn. Comites in
20 mora conſtituerit; Cum ex implemento Contractus ex parte petentis mora irregularis contrahatur, cuius nomine intereſſe debetur Simon de Prœtis *conſil. 151. nu. 107. cent. 2.* Petr. Barboſa *in d. l. ſi ante 6. num. 68. ff. ſolut. matrimon.*

Maxime in noſtra facti ſpecie, ubi conventum, ut intra tres illos annos ſolutioni præſtitutos Sors principalis abſque penſionibus numerantur. Quo ipſo paciſcentes voluerunt, ut his elapſis & ſolutione ſortis ulterius dilata penſiones conſuetæ Ordini Iohannitarum præſtaren-
21 tur. Plane enim veroſimile eſt, illud à contrahentibus in conventionem deductum, quod ex more regionis & vulgo fieri aſſuevit *vulg. l. ſemper in ſtipulationibus 34. ff de R. I.* & in omnibus
22 diſpoſitionibus, quantum vis odioſis, potius id, quod actum, quam id, quod dictum eſt, & potius mens, quam verba inſpicienda *l. ſed Celſus. §. 1. ff. de contrah. ompt.* Schrader. *de feud. part. 7. c 1. num. 18.*

23 Idque argumentum ex veroſimili contrahentium mente fortiſſimum putatur Hieron.
24 Gratus *conſi. 89. n. 24. lib. 1.* & quod tacite agitur ab utraque parte, pro expreſſo debet haberi, *l. cum quid. ff. ſi cert. petat. l. ſi cui. ff. de oper. libert.* Roman. *conſ. 417. n. 3.*

Vix autem quenquam inveneris, qui non in hiſce terminis de penſionibus ſibi provideret, ut
25 ſaltem loco Interuſurij in vicem à re tradita vel dimiſſa percipiendorum fructuum precii non ſoluti uſuris fruatur, ne ſimul re & precio contra omnem æquitatem careat Petr. Nicol. Mozzius *de empt. & vendit. de ſubſtantialibus emptionis*
26 *nu. 36.* Argumentum vero à contrario ſenſu in contractibus procedit, tam ſtricti juris, quam bonæ fidei Iaſ. *conſi. 189. num. 2. vol.* ita ut, quod
27 inde deducitur, non omiſſum, ſed ex coniectura expreſſum & declaratum dicatur eleganter Petr. Barboſa *in l. ſi cum dotem 23, in princ. n. 28. & ſeqq. ff. ſolut. matrim.* pulchre Auguſtin. Berous *conſi. 140. n. 28. vol. 2. vbi dicit*, ex quo in caſu omiſſo & contrario militat cõtraria ratio, quod non cenſeatur caſus omiſſus, ſed comprehenſus, per argumentum à contrario ſenſu caſus expreſſi &c. poſt Bald. & Alexandrum: & infra quoque attingam.

Neque obſtat, quod Ordo videatur fuiſſe in mora quoad obtinendam ratificationem ſupremi Principis Melitenſis. Reſpondetur enim, Dominis Comitibus per facultatem ab eodem ſupremo Magiſtro Dn. Priori in Alemannia & Capitulo Provinciali conceſſam ſatis cautum fuiſſe.

Deinde in Tranſactionis Inſtrumento nihil diſpoſitum de Principe Militenſi, ſed de Ordinis Priori in Alemannia, qui ut Princeps Imperii cum Capitulo provinciali plenam contrahendi poteſtatem habuit, uti de Prælato, quod cum 28
conſenſu Capituli plenam diſponendi de rebus Eccleſiæ poteſtatem habeat, reſpondit Dec. *conſ. 474. n. 2.* poſt Bart. Sed & ob dilatam ratificationem non minus Domini Comites occupatis Commendis Iohanniticis, & earumdem proventibus interim ſint fruiti, ut eo nomine obſtringantur ad ſolutionem Intereſſe, ut infra dicam.

Secundo & illud pro explorato habendum non modo Mandatum 20. Iunij Anno 1595. decretum, ſed & deſuper 4. Maij Anno 96. & ſeqq. annis publicatas paritionis ſententias contractui, uti baſſuæ, initi, ita, ut quod in contractu ex paciſcentium mente comprehenſum eſt, non minus in ſententia paritionis contineatur, utpote quæ relatum ſit ad cõtractus Inſtrumentum cum relatum inſit referenti cum omnibus qualitatibus *jurib. vulg.*

Paulo vero ante monuimus, hanc fuiſſe tranſigentium mentem, ut duntaxat Dn. Comes intra triennium à ſolutione penſionum immunis, eo vero elapſo ad eaſdem ſaltem pro quantitate conventi precii adſtringeretur. At utcunque in ſententia nulla fuiſſet mentio facta Intereſſe; Cum tamen ad mandatum, & illud ad dictum 29
contractum ſe referat, conſequens eſt, ut non minus intereſſe vel interũſurium comprehendatur. Quod ita in relativa ſententia docuit Anton. Teſſaur. *d. deciſ. 135. n. 6. in fin.* ex adverſo citatus.

Quinimo ſi altius negotium expenderimus, videtur & pro Tertio Intereſſe in ipſo Mandato & deſuper ſubſecutis ſententiis eatenus includi, quatenus Dn. Reo præceptum fuit, **dem Vertrag ein würcklich völlig Genügen zuthun / vnnd den Ritterlichen Orden derohalben vnklagbar zuſtellen.** Ideoque & in repetita 13. Decembris Anno 1605. paritionis ſententia iniungitur Dn. Rei Procuratori, ut doceat paritionem, **daß dem Keyſerl. Mandato mit Erlegung 6500. Reichsthaler vnnd ferner alles ſeines Inhalts gehorſamblich gelebt ſey.**

Hoc ipſum vero non tantum ad reſtitutiõnem **der beyden Heuſer** coarctandam, ſed etiam amplius eo referendum eſt, **daß der Ritterlich Orden vnklagbar geſtellet werde** / quod neutiquam fieret, ſi Dn. Actor nomine ordinis tot annis uſuris precii, nec non tot optimis Commendis, quarum interim fructus Dnn. Comites perceperunt, ſimul carere cogeretur.

Sed & Quarto non eſt, praxi quotidiana te- 30
ſtante,

stante, infrequens, in causis Mandatorum simpliciter paritionem iniungi, neque omnia specifice exprimi; Sed demum subsecuta liquidatione eius sententiæ effectum ad interesse quoque porrigi solere; prout & de iure in execu-
31 tione sententiæ adhuc Interesse liquidari potest Simon de Prætis *consil.* 151. *n.* 112. *cent.* 2. Wesembec. *consil.* 99 *num.* 14.

Consequens his omnibus est Dn. Actori à tempore moræ quæ Anno 1578. vel ad minus 1579. primum contigit, de sorte 6500. Imperialium thalerorum pensiones consuetas adiudicandas esse.

32 Scrupulum tamen hic mouet, quod illud Interesse in compensationem fructuum à Dnn. Comitibus perceptorum pro modo fructuum debeatur Castrens. *in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt.* Crauetta *consil.* 189. *col.* 5. *versic. Aduertendum. & consil.* 105. *num.* 11. Guid. Pancirol. *consil.* 40. *num.* 10. Burlat. *consil.* 11. *num.* 2. Ita, vt non possit excedere fructus rei venditæ Fab. de
33 Anna *consil.* 151. *n.* 15. Alexan. Trentacinqu. *lib.* 1. *variar. resolut. tit. de Interesse. resol.* 6. *num.* 16.

34 Nondum autē præcessit vlla probatio, quantum nomine fructuum ab occupatis Commendis Dn. Comes perceperit. Vti vero venditor in tali casu legitimis probationibus interesse suum damni emergentis ex mora irregulari docere tenetur Cephal. *consil.* 290. *n.* 10. quem refert Peregrin. *d. consil.* 86. *num.* 13. *lib.* 3. adde Alexandr. Trentacinqu. *lib.* 1. *var. resolut. tit. de Interesse resolut.* 1. *n.* 6. *& seq.* Seraphin. de Seraphin. *de priuileg. Iuramент. priuileg* 31. *num* 1.

Ita & similiter Dn. Actor, qui instar venditoris est, ante omnia eiusdem probatione videtur onerandus. Verum cum verosimile sit precium promissum ad minimum esse cor respectiuum vel proportionabile ad occupatorum Ordinis
35 bonorum annuos reditus & fructus, videtur Iudicem pro centenario quincunces adiudicare posse iuxta Rot. Roman. *decis.* 340. *part.* 1. in nouissimis. Fab. de Anna *d. consil.* 1. *n.* 18. Peregrin. *cōsil.* 77. *n.* 9. *vol.* 2. post Molinæum *de vsur. nu.* 537. rectè citatum. (licet Peregrin. in ista facti specie septem pro centeno admittat) Rota Genua *de Mercatura decis.* 194. *num.* 3. *vbi decidit*, posse
36 Iudicem etiam absque liquidatione fructuum quinque vel sex pro centenario hoc casu taxare per *Nouel.* 7. §. *quia vero.* Ioan. Bapt. Costa *de Ratâ quæst.* 91. *n.* 9. Cardinal. Thusc. *in lit. E. conclus.* 127. *n.* 85. pulcre Anton. Faber *in Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *definit.* 20. *vbi addit.* Senatum Sabaudiæ ita iudicasse Hondedæ. *consil* 30. *n.* 22. *vol.* 1. qui similiter in fin. testatur, ita iudicatum fuisse. Caualc. *decis.* 22. *n.* 28. *& seq. p.* 4. Facit Fulv. Pacian. *consil.* 65. *n.* 31 *& seq.*

37 Præsertim cum vsuræ, quæ debentur ab emptore ratione precij non soluti, possint excedere fructus rei venditæ Ioseph. Ludouic. *decis. Peruf.* 54. *num.* 3. De quo tamen Dd. disputant V.
38 Ant. Gabriel. *lib.* 3. *de empt. & vendit. concl.* 4. *nu.* 17. *& seq.* Idque eo magis, quod & hodiè in contractu mutui absque liquidatione quincunces pro centenario adiudicentur, iuxta Recessum Deputat. de Anno 1600. §. So viel nun diesem nach/ *&c. fol.* 45, & alioqui in materia interesse sufficiat probationem à communiter accidentibus concludere Matth. Coler. *de proceſſ. executiv.* 40 *part.* 1. *c.* 10. *num.* 108. Mascard. *de probat. conclus.* 933. *n.* 20.

Quibus ita confirmatis non obstant Dn. Rei Exceptiones.

Primum enim negatur, sententiam extra ter- 41
minos condemnationis extendi, quatenus implicite re refert ad transactionis contractum, in quo ineuentum moræ, ex intentione paciscentium de pensionibus prouisum est. Siquidem mētem contrahentium, & quid illi verisimiliter voluerint, potissimum attendendum esse constat Cardinal. Paris. *consil.* 12. *n.* 32. *&* 36. *vol.* 3.

Et id, quod sumitur & venit ex argumento 42
sumpto à contrario sensu, dicitur esse ex mente contrahentium per text. in l. si quis locuples. in fin. ff. de manum. testam. Berous *d. consil.* 140. *n.* 28. *vol.* 2. quod & supra inculcatum est.

Non moramur etiam Secundam Exceptio- 43
nem, quod de veritate istius opinionis saltem quoad fructus dubitari posset; Cum & post condemnationē de proprietate vindicationem, etiam de extantibus condictionem de consumptis fructibus supeditet text. in l. male. 3. C. de condict. ex leg. Quod & animaduertit Wes. in supplement. ad Schneidevv. *in Instit. de offic. iudic. n* 6. non obliq; fugillans Interptetes, quod in alia omnia transierint, præsertim, quod l. terminato. duntaxat de litis expensis loquatur.

Secundo posset contraria opinio obtinere, si 44
ordinaria actio fuisset intentata, qua exstincta vel lata definitiua officium judicis mercenarium etiam expiret l. Iudex post quam. ff. de re judic. Ioan. Bapt. Asin. *de execut.* §. 3. *c.* 324. *n.* 6.

Nostro vero in casu Dn. Actor viam paratæ 45
executionis ingressus judicis officium nobile implorauit juxta Coler. *de proceſſ. executiv. part.* 3. *c.* 5. *n.* 3. 6. *&* 7. Claud. Cantiuncula *consi.* 12. *numer.* 8.

At contraria sententia cessat in officio Iudi- 46
cis nobili, quod vtique in locum actionis succedit & datur pro vsuris seu Interesse recompensatiuo in vicem fructuum consequendo, etiamsi solutione sortis actio principalis esset exstincta Natta *consil.* 384. *n.* 7. *&* 8. Hondedæ *consil.* 30. *n.* 53. *& seqq. vol.* 1. Anton. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 24. *definit.* 6. *vers. in proposito.* Quod & sensit. Ias. *in l. fin. § fin. n.* 8. *ff. de condict. indeb. vbi dicit* quando accessorium potest peti officio judicis nobili, (puta per restitutionem in integrum) 47
tunc exstincto principali etiam per sententiam, non extinguitur tale accessorium; quia officium nobile succedit jure actionis: Sed quando accessoria debentur iure actionis, tunc licet sit finita instantia per sententiam super re principali latā, tamen illa accessoria durant, & de per se peti possunt. Iasonem visus est sequi Ioan. Bologn. *in l.* 2. *n* 67. *ff. de jurisdict.* Alciat. *in c. quod sedem. de offic. ordin. n.* 56. *vbi diserte scripsit*, officium Iudi- 48
cis nobile etiam lata sententia definitiua non exspirare citans *l. illicitas. §. fin. ff. de offic. Præsid.* Claud. Cantiuncula *d. consil.* 12. *n.* 9. *& seq.* Et confirmantur hæc per illa, quæ supra in Quinta

Exceptione deducta ſunt, adeo, vt hoc in caſu,
49 nequis locupletetur cum aliena iactura, Iudex etiam ex officio ſuppleat Svrd. *conſil.* 101. *n.* 18.

Nec iuuat Dn. Reum, quod expreſſa Intereſſe non ſit facta mentio, ideoque videatur abſo-
50 lutus. Cum hoc argumentum ab omiſſione ad factum non procedat, vti in terminis voluit Rota Genua *de Mercatura deciſ.* 87. *n.* 4. *&* 6. & ante hanc Corneus *conſil.* 49. *n.* 14. *lib.* 2. Crauetta. *conſil.* 320. *n.* 1. Anton. Fab. *d. li.* 4. *tit.* 24. *definit.* 6. *n.* 5. Franciſc. Viu. opin. *commun.* 419. *n.* 1. *vbi dicit*
51 non valere conſequentiam. Iudex condemnat aliquem in vna parte; Ergo in alia abſoluit: quia datur medium &c.

52 Quocirca & grauamen illatum ex omiſſione Iudicis, licet appellatio intermittatur, non tranſit in rem iudicatam Felin. c. ſignificauerunt. n. 3. in med. de except. vbi dicit, in hoc eſſe textum aureum, & ibi Bald. *in c. per tuas. de teſtib.* quem extollit Franc. *in c. ex ratione. col.* 2 6. *verſic. Et aduerte. de appellat. fol.* 24.

Oſtenſum quoque ſupra eſt, Intereſſe non omiſſum ſed implicite & relatiue in ſententiis paritoriis comprehenſum.

Tandem & Quarto ſi citra veritatis læſionem largiremur, hiſce reſponſionibus non tolli omnino partis aduerſæ Exceptionem; attamen via de nouo agendi Dn. Actori neutiquam præcluſa eſſet. Nam ſi acceſſorium non per officium
53 judicis mercenarium exigatur, ſed iterum actione prima agatur, & iteratam condemnationem tam in ſorte, quam intereſſe ſeu fructibus fieri petatur; non quidem vt exigatur ſors iam ſoluta, ſed vt intereſſe tantum ſeu fructus ſecundum Bald. *in l.* 3. §. *Item Iulianus. ante num.* 6. *&* ibi Caſtrens. & Ial. *ff. de eo quod cert. loc.* vtiq; condemnatio fieri poteſt poſt Bald. *conſ.* 166. *in tertia quæſtione lib.* 1. recte laudatum à Rota Genua *deciſ.* 87. *n.* 4. Idque ſequitur Alex. Raudens. *lib.* 1. *de analog. c.* 37. *n.* 202.

Illud vero judicium nulli bi alibi, quam in hoc Summo Tribunali, vtpote ſatis in hac facti ſpecie informato, vel ob connexitatem cauſæ, & quod ſuper tranſactione eiuſdem Decretum in-
54 terpoſitum ſit, abſque circuitu eſſet inchoandũ. Cum & Iuriſdictio ad connexa porrigatur Hippol de Marſiliis *conſil* 84. *n.* 18. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 26. *num.* 51. *& ſeq.* Et in ſpecie, fructuum
55 condemnationem & liquidationem, vti connexa cauſæ principali, apud eundem Iudicẽ debere cognoſci ſcribat Alciat. *conſil.* 52. *n* 10. *lib.* 6.

Parum ſtringit Tertia Exceptio, quod Dnn. Reus moram à ſe amoliri conatur; Cum acta euidenter contrarium doceant, quod Dn. Reis moratoriis fruſtrationibus & protelationibus ſolutionem ſtudioſe, ne quid aſperius dicam, tergiuerſando aliquot annis protraxerit.

Friuolum autem eſt, quod adfert Dn. Rei patronus, principalem ſuum non eſſe condemnatũ in Expenſas eoque inferri ipſum, iuſtam cauſam litigandi habuiſſe quæ pariter ipſum à culpa & mora excuſet Nec enim protinus excuſatus ab Expenſis, à fructibus quoque excuſatur Rebuff
56 *in conſtit Regn. de expens. ad.* 1 *gl. vnic. n.* 50 Cæſar. de Graſſis. *deciſ.* 43. *num.* 17. Caſpar. Roderic. *de annuis reditib. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 71. Cels. Hugo *conſil.* 34. *n.* 31. *poſt* Bald. *in l. ex diuerſo.* §. *vbi autem. ff. de R.V.* per illum text. Alphons. de Azeuedo *in Hiſpan. Conſtit. lib.* 4. *tit.* 22. *leg.* 2. *n.* 31. Surd. *conſil.* 293. *n.* 10. Decian. *conſil.* 60. *n.* 19. *vol.* 5. *addens hanc rationem*, quod in expenſis, ob iuſtam cauſam tractetur de damno vitando, ſed in fructibus de lucro captando. 57

Deinde & precij vſuræ ſiue Intervſurium nõ ratione moræ, ſed ſola æquitate exiguntur, ne Dn. Reus rem & precium ſimul retineat contra 58
l. curabit. C. de act. empt. dum dicit, tenetur precium ſoluere cum uſuris, quas perceptorum fructuum ratio, licet nulla mora interceſſerit, generavit. Quo caſu etiam ceſſante mora emptorem 59
teneri ad vſuras, eleganter reſpondit Hieron. Gabriel. *conſil.* 57. *n.* 3. *& ſeqq. lib.* 1. Hondedæ. *conſil.* 44. *n.* 29. *vol.* 1. Pacian. *conſil.* 65. *n.* 1. *& ſeqq.* Vide etiam Peregrin. *conſil.* 77. *n.* 5, *&* 11. *lib.* 2. *& d. conſil.* 86. *n.* 12. *lib.* 3. (qui tamen *n.* 5. contrarium velle videtur) Guid. Pancirol. *conſil.* 40. *nu.* 7. Alex. Trentacinqu. *lib.* 1. *variar. reſolut. tit. de intereſſe. reſol.* 1. *n.* 16. Stephan. Gratian. *deciſ* 90. *n.* 11. *& diſceptat. forens.* 588. *n.* 17. *&* 22. Surd. *deciſ.* 117. *num.* 7. *& conſil.* 101. *num.* 23. vbi Couarruv. Alex. Gabriel. & alios citat. Videatur etiam Anton. Faber. *in Cod. d lib* 4. *tit.* 24 *definit.* 35. Menoch. *conſil* 110. *n.* 51. Caſp. Roderic. *d. tract. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 71. *& ſeqq.* Ioan. Vincent. de Anna *allegat.* 42. *n.* 12.

Nec dixeris *d. l. Curabit. C. de act. empt.* loqui in contractu emptionis; Cumeiuſdem æquitas 60
in omni contractu correſpectivo, tam nominatõ, quam innominato, militet, locumque obtineat ut ex Corneo *conſil.* 145 *num.* 7. *lib.* 2. rectè allegato, & aliis probat Rota Roman. *deciſ.* 340. *num.* 6 *p.* 1 *in noviſſ.* Pariſ. *conſi* 75. *num.* 17. *vol.* 4. Anton. Gabriel. *lib.* 3. *commun. concluſ. de empt. & vendit. concluſ* 4. *num.* 14. Cardinal. Thuſc. *tom.* 3. *pract. concluſ. in lit. E. concl.* 127. *numer.* 28. Cagnol. *in d. l. curabit. num.* 36. Rota Gen. *deciſ* 1. *num.* 42. Vincent. Caroc. *de locat conduct. p.* 2. *tit. ſi conductor rem & penſionem. numer.* 1. *& ſeq.* Bartholom. Socin. *conſil.* 170. *num* 13. *uſque ad fin. lib.* 2. Alex. *conſil.* 147. *num.* 1 *in pr. vol.* 5. Hieron. Gabriel. *conſil.* 57. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Hondedæ. *conſi.* 30. *nu.* 30. *vol.* 1. Trentacinqu. *lib.* 1. *variar. reſolut. tit. de uſuris reſol.* 2. *numer.* 3. *verſ. attamen.* Cacheran. *conſi.* 4. *num.* 13. ubi eiuſdem legis æquitatem etiam ad contractum locationis conductionis porrigit poſt Alex. *conſil.* 111. *num.* 4. *vol.* 5.

Quemadmodum etiam diſpoſitiõ c. ſalubri- 61
ter. de uſur. non continet ius ſpeciale favore dotis (de qua loquitur) ſed etiam in cæteris caſibus data eadem ratione & æquabilitate Compenſationis, generale & perpetuum omnibus conveniens, qui ex dilata ſolutione damnum aliquod ſentiunt Petr. Barboſa *in l. de diviſione.* 5. *n* 2. *ff ſolut. matrim.* Surd. *conſi.* 269. *n.* 7. quos recte citat ſequiturque Caſp. Roderic. *de annuis reditib. lib.* 3 *q.* 7. *n.* 49.

Ita nec Dn. Reo ſuffragatur, quod Dn. Actor 62
ratificationem ſupremi Magiſtri ſerius obtinuerit; Siquidem uſus bonorum Ordinis per

Tranſa-

Transactionem Dominis Comitibus relictorũ vel abdicatorum ob id interea non fuit diminutus, vel exinde fructuum perceptio impedita, ut proinde juste ad fructuum vel usurarũ solutionem urgeantur juxta notata Covarruv. *lib. 3. variar. resolut. c. 4. num. 6. vers. Duodecimo.* Hieron. Gabriel. *d. consil. 57. num. 3. & 4. libr. 1.* Hondedæus *consi. 39. n. 15. vol. 2.* Peregrin. *d. consi. 86. n. 12. lib. 3.* Cavalcan. *decis. 22. nu. 48. lib. 4.* ubi male citat Surd. *decis. 322. n. 27.* Guid. Pancirol.

63 *consi. 40. n. 24.* ubi post Baldum tradidit, emptorem, tradita sibi re vendita, teneri ad usuras precii non soluti, licet aliqua alia teneretur præstare venditor. Quod eleganter etiam enucleat

64 Surd. *consi. 101. n. 23. & seqq. ubi docuit*, non posse emptorem objicere venditori hoc casu defectũ implementi; & *nu. 26.* videatur etiam Barbosa *in d. l. de divisione. 5. nu. 69. versic. sed cavendum. ff. solut. matrim.* Bursat. *consil. 184. n. 20.* Bertazzol. *consi. crimin. 520. num. 8.* ubi etiam recte allegat Cephal. *consi. 609. num. 6. & seq.* Idem Bertazzol. *consil. civil. 16. n. 20.* Pacian. *d. consil. 65. nu. 10. & seq.* Francisc. Zoanet. *lib. rer. quotidian. cap. 9. num. 2.*

65 Similiter & Quartum effugium Dn. Reo nihil quidquam prodest, quod nonnulli Dd. arbitrentur, debitorem non excusari à mora propter absentiam Creditoris à loco solutionis destinato post cœptum judicium. Ita post Alexand. *consi. 210. nu. 1. & 3. vol 6.* Cacheran. *consi. 4. nu. 28.* eo; quod cœpti judicii non interpellationis habeat.

66 Pro Secundo Acta passim indicant, quod Dn. Actor se sæpius paratum ostenderit, sortem accipere, sed ob tergiversationes Comitis Cathegoricum responsum habere non potuerit.

67 Tertio respondetur, quod Dn. Reus ad purgandam moram ad domum Actoris ire debuit, etiamsi sint diversi fori. Nam cum Reus ex mora sua jam sit obligatus ad pœnam vel periculum interitus, istam solutionem facit, ut aliquid sibi acquirat, non autem, ut se simpliciter exoneret. Ergo debet ad domum Creditoris accedere, Ita formaliter Bartol. *ad l. illan. 10. versic. Ergo dico. ff. de constitut. pecun.* Sequitur Bursat. *consi. 184. n. 51.*

68 Respondetur & Quarto, in præsenti hypothesi non fuisse satis, Dn. Reum ad solutionem paratum, sed debuit insuper ad sistendum usurarum cursum pecuniam obsignare & deponere *l. acceptatam. C. de usur.* Berous *consi. 206. nu. 23. lib. 1.* Francisc. Viv. *decis. 525. n. 1. & 2.* Peregrin. *d. consi. 86. n. 8. in fin.* Signorol. de Homed. *consil.*

69 *254. n. 3. ubi dicit*, quod debitor volens purgare moram debeat ire ad domum Creditoris, & ibi offerre & consignare debitum, si cum creditore eiusdem sit fori (uti hic) cum uterq; sit immediatus Imperii status, & quidem totã summam;

70 Cum etiam defectus unius nummi faciat deberi usuras Guid. Pancirol. *d. consi. 40. n. 13.*

71 Quintum porro fundamentum, utcunq; coloratum Dn. Actoris intentionem minime convellit; quod & ex communi sententia in contractibus stricti juris per extrajudicialem interpellationem mora committatur Trentacinqu. *d. lib. 1. tit. de Interesse. resolut. 1. n. 31. vers. Prima est* ubi plures citat & hanc inde confirmat, quod debitor ex mora sua lucrum percipere non debet.

Abunde vero Acta contestantur, ab ordine iteratis aliquot vicibus Anno 1578. 79. & seqq. annis Dn. Reum de solutione facienda crebro fuisse interpellatum, eandem vero moram ex mora nectendo nunc hoc nunc illud causando subdole protractam.

Deinde quando agitur de re, quæ est propria 72
vel Actori debita, tunc etiam in contractibus stricti juris, in quibus fructus non veniunt, nisi post litis contestationem *l. fundus. ff. si cert. petat. l. præterea. ff. de R. V.* debentur tamen à die moræ 73
Tiraquel. *de retract. consanguin. §. 15 gl. 2. n. 16. & de retract. convent. §. 5. gl. 2. n. 5.* Roland. à Vallé *consil. 27. n. 10. lib. 2.* Hippol. Riminald. *consi. 333. n. 39. & 40.* quos recte laudat Surd. *decis. 211. n. 19. & consil. 293. n. 11.* vbi fere agunt de actione præscriptis verbis. Petr. Barbos. *in rubr. part. 3. n. 70. in fin. & seq solut. matrim. & in l. si mora. 10. nu. 89. ff. cod.*

Fructus vero huiusmodi consequimur offi- 74
cio Iudicis juxta *l. si ne & Titium ff. si cert. petat.* tanquam ex re, si non nostra, saltem nobis debita, post Bald *in l. Traditio. 11. C. de act. empt.* Surd. *consi. 101. n. 26.*

Ex quo etiam venditor, quatenus repetit vel 75
consequitur ab emptore æstimationem fructuũ pro tempore moræ, fructus non erant debiti emptori, sed spectabant ad venditorem Casp. Roderic. *d. lib. 3. q. 7. n. 73.*

Præterea videtur hic contractus inter Ordinem Melitensem & Comites Frisiæ Orientalis initus sonare in contractum Do ut des quia Ordo suas Commendas cum pertinentiis in Comitatu sitas dimittẽdo quasi brevi manu dedit Comitibus Frisiæ, ut illi rursum darent 6500. sortem, &c. quem contractum palam est, esse bonæ 76
fidei, Cum permutationem quendam significet, ut fere in terminis non dissimilibus formaliter loquitur Hippol. Rimin. *d. consi. 346. n. 12, & 13.*

Interim & Tertio nõ magnopere urgebimus, 77
ex Baldi aliorumq; sententia hodie de jure Canonico omnes contractus bonæ fidei censeri Vasqu. *lib. 3. controv. usufrequent. c. 63. ex adv. allegato n. 51.* Seraphin. *de privileg. jurament. privil. 31. n. 97.* post Plot. *de in lit. jurand. §. 22. n. 4.* vel etiã 78
transactionem nostram in contractum emptionis venditionis (qui bonæ fidei est) degenerasse, quod Ordo Iohanniit. Commendarum dominium in Comites transtulerit, eoque nomine precium acceperit Ant. Fab. *in Cod. lib. 2. tit. 4. definit. 3. n. 4.*

Quemadmodum & stipulatio, utcunque sit 79
stricti juris, interposita super contractu bonæ fidei assumit naturam bonæ fidei Hieron. Grat. *consi. 66. n. 9. lib. 1.*

Sed & Quarto in contractibus stricti juris in- 80
spicitur, quid sit actum, adeo ut ex intentione agentiũ possint esse bonæ fidei Wes. *consi. 15. n. 42.*

Illud autem contrahentes egisse, vt post lapsum trium annorum consuetæ pensiones solverentur, supra ostensum fuit. De eo vero vix quisquam dubitaverit quod Interesse à tempore impetrati Mandati (quod 20. Iunii decretum 6. Augusti insinuatum & 17. Octob. An. 1595. reproductum fuit) nulla probabili ratione denegari possit,

81 poſſit, cũ in cauſis huiuſmodi ſummariis & executivis primus actus vicem litis conteſtationis ſuſtineat, & ob id eiuſdem effectus ſit Ioan. Garz. *de Expenſ. c. 9. n. 82.* poſt alios ibidem citatos Berous *conſ. 187. n. 66. vol. 1.* Corneus *conſi. 99. nu. 5. vol. 2. ubi dixit*, quod in cauſis ſummariis reſcripti productio vim petitionis habeat. Quod Intereſſe à 17. Octobr. An. 1595. uſque ad 3. Iunii Anno 1609. de quatuordecim annis ad quantitatem 4550. Imper. thalerorum ſalvo juſtiori calculo excurreret.

Eadem ratione nec Sextum fundamentum Dn. Actoris intentionem infringit, quod illud in facto erroneum ſit, ſiquidem non tantum Dn. Actoris Dn. Anteceſſor in literis 11. Decembr. An. 1606. ad Dn. Reum miſſis, & nuper videlicet 22. Auguſti Anno 1611. judicialiter productis ſe eo, declarat, daß / wann die Hauptſumm ohnverweilt entrichtet / alsdann der Zinſen / Intereſſe vnd auffgehobener Nutzungen halben etwas Milterung möchte zuerhalten ſeyn / Sed etiam Ordinis Commiſſarii 24. Sept. Anno 1608. proteſtati ſunt, wegen der Renthen oder Früchten / deren man ſo viel Jahr entrahten müſſen.

Vt exinde de Dn. Actoris intentione & animo exigendi fructus vel Intereſſe, etiam ſoluta Sor-
82 te, nec illud plane remittendi conſtet. Proteſtatio enim huiuſmodi jus proteſtantis ſolet conſervare Hippol. Riminald. *d. conſi. 346. n. 29. & 30.* Barthol. Bertazzol. *in repet l. ſi quis maior. nu. 78. C de tranſact.* ubi concludit, & in acceſſoriis tali caſu recipienti conſervari.

Addo etiam, non fuiſſe in poteſtate Dn. Ma-
83 giſtri Ordinis in Alemannia ſitum, Intereſſe remittendi, cum ſit Adminiſtrator, & Procurator, non etiam Dominus, ideoq; non habuit jus remittendi Hippol. Riminald. *conſi. 754. num 10.* Marc. Mantua *conſi. 188. n. 47.*

84 Sed & eo ipſe Reverendiſſimus Princeps Dn. Magiſter in Alemannia, ſed eiuſdem Celſitudinis mandatarii ſolutionem acceperunt, qui tanto minus potuerunt Intereſſe exactioni renunciare Hippol. Riminald. *conſ. 67. n. 30. & ſeq.*

Poſtremo & illud ponderandum, Intereſſe hoc nobili officio judicis, quod loco actionis
85 ſucceſſit, ut ſupra deduximus, exigi, Creditor vero recipiendo ſortem non cenſeatur remiſiſſe Intereſſe, quod jure actionis competit Surd. *conſ. 923. n. 25.* Blaſius Florez Diaz de Mena *in d. addit. ad Ant. Gammæ deciſ. 191.* Quo etiam conferunt Dd. authoritates in Quinta ratione dubitandi accumulatæ.

Atque ita nomine 6500. Imper. thaler. Sortis de iure & æquitate à tempore moræ vel ad minimum inſinuati Mandati 5. pro Centenario abſque ulteriori liquidatione adiudicari poſſe exiſtimo.

Minus vero dubii habet, Dn. Reum ad reſtitutionem fructuum de duabus domibus occupatis perceptorum vel percipiendorum obligari. Cum enim earundem reſtitutio per Mandatum & ſententias paritorias iteratas iniuncta ſit, in conſequentiam quoq; & reſtitutionem fructuum ea de cauſa venire, in iure exploratum eſt,
86 eo, quod verbum reſtitutionis cauſam fructuum contineat *l. videamus. §. in Fæviana ff. de uſur.* Natta *conſi. 81. n. 4.*

Ita ut ſi Iudex in ſententia quem condemnet, 87
ut reſtituat, etiam intelligatur ad reſtitutionem condemnaſſe Tiraqu. *in l. ſi unquam verb. Revertatur. num. 276. C. de revocand. donat.* Boer. *deciſ. 18. n. 4.* Surd. *d. conſil. 293. n. 10.* Weſ. *in ſupplement. ad Schneidew. Inſtit. de offic. iudic. n. 6.* (ſibi quodammodo contrarius *conſi. 99. n. 13.*) Petr. Barboſa *in rubr. part. 3. n. 73. ff. ſolut. matrim.* Ludovic. à Pegvera *deciſ. 178. n. 4.* In quo tamen puncto fructuum quoad Langholt vnd Haſſel / cum ſibi Dn. Actor liquidationem reſervarit, necdum pronunciari poteſt.

Et ita juris quoad penſiones de Sorte 6500. thalerorum eſſe exiſtimo. Auguſtiſſimi tamen huius Tribunalis & cuiuſcunq; juſtiori cenſura ſalva. Actum 12. Martij Anno 1611.

THOMÆ MERCKELBACHI.

CONSILIVM CXXXI.

In puncto Mandati Immiſſorialis cum Clauſula.

EPITOME.

I. Clericus an & quatenus in foro ſeculari actione reali hypothecariæ coram judice laico conveniri poſſit?

II. Pactum ingrediendi bona hypothecata vel apprehendendi eorum poſſeſſionem propria authoritate an de jure ſubſiſtat?

III. Pacta, quibus Creditori jus ſuum in rebus debitoris propria authoritate, ohne Recht / ſibi ſervandi permittitur, an in Camera Imperiali Mandatis ſine clauſula locum faciant? Et an Exceptiones altiorem indaginem deſiderantes in hiſce ſummariis & executivis cauſis admittantur?

IV. De annuis reditibus & Vſuris.

V. De alienatione bonorum Eccleſiaſticorum & Solennitatibus ad eam ſuſtinendam requiſitis; & an hæ ſolennitates Canonicę conſuetudine abrogari poſſint?

VI. Verſio in utilitatem Eccleſiæ in mutuo an per Creditorem & quomodo probanda ſit?

SUMMARIA.

1 SVbmiſſio *in hac cauſa duplex.*

2 *In* Mandatis ſine Clauſula *ultra Replicas regulariter nullũ amplius ſcriptũ admittitur.*

3 Defectus juriſdictionis *iudicium reddit nullũ.*

4 Iuriſdictio *varie fundatur.*

5 Clericus *coram judice ſæculari conveniri nequit: Ampliatur n. 6. 7. 8. 9. in actionibus realibus in foro ſæculari compellari non poteſt n. 10.*

11 Actio hypothecaria *ex perſonali oritur obligatione, eamq; præſupponit, & tanquam acceſſorium naturã principalis obligationis ſequitur nu. 12. magis æquivoce, quã vere realis appellatur, & quare n. 13. contra Clericum etiam coram Eccleſiaſtico iudice intentanda n. 14.*

15 Cleri-

15 Clerici *ratione realiū actionū forū sæculare agnoscunt.*
16 Actio hypothecaria *proprie realis est; & n.17. 18.19.20.*
22 Mandata *immissorialia pro realibus actionibus habentur.*
23 Clericus *in actione hypothecaria corā judice laico recte conuenitur; & n.24. An in actionibus realibus jurisdictionē prorogare possint? n.25.*
26 Pacta, *quibus agitur non de superioris, sed duntaxat pacisc entis præiudicio, tolerantur.*
27 Pactum *valet, quod debitor in casu moræ in Camera immediate conueniri possit.*
28 Porrogationi Iurisdictionis *assensus pontificis robur conciliat.*
20 Pactum ingrediendi bona hypothecata, *vel apprehendi eorum possessionem propria authoritate, de iure validum est; Extenditur nu. 30. 31. Restringitur n. 32.*
33 Cautela *petentis se immitti in possessionem vt possit ingredi authoritate propria licet ad Iudicem vadat.*
34 Iurisdictio *ex causarum & rerum in lite existentium continentia fundatur.*
35 Clerici *priuilegio fori renunciantes in Camera conueniri possunt.*
36 Priuilegia *de personalibus, non realibus, & de inferiorum, non etiam Imperatoris jurisdictione intelligenda sunt; & n.37.*
38 In generali sermone *persona loquentis nunquā comprehenditur; maxime, vbi eiusdem præiudicium verteretur n.39.*
40 Actionis qualitas *ex medio concludendi in libello; in Mandatis autem ex eorum tenore & narratu colligitur n.41.*
42 Mandati *natura.*
43 *Quæ* actio *hoc casu intentata?*
44 *In* actione hypothecaria *quæ probanda?*
45 Obligationum, *quibus Actores nituntur tenor hoc & n.46.*
47 Pacta *quibus Creditori ius suū in rebus debitores siue hypothecatis propria authoritate,* one Recht *sibi seruandi permittitur, in Camera Imp. Mandatis sine clausula locū faciunt. & n.48.*
49 De obligationum *productarū validitate differitur hoc & n.50.*
51 Exceptiones *altiorē indaginē requirentes in causis summariis & Executiuis nō admittūtur.*
52 Censualia *instrumenta nullo cuiusuis Exceptionis obiecto impediri possunt.*
53 *An* actio intentata *per Reorū Exceptiones elisa hoc & n.54. & n.57. Vide quoq; n.102.104. & 108.109.*
55 Negligentia *ignoranti imputari nō potest.*
56 Successor Prælati *prædecessoris factū probabiliter ignorare præsumitur.*
59 Vsurarū vsuræ *nunquā licitè exiguntur; nec in sortem imputantur.*
60 Pacta executiua *& alia accessoria nō subsistunt, si principalis contractus corruat.*
61 Reditus annui *perpetui immobilibus accensentur.*
62 Census *de bonis Ecclesiæ cōstituti & rebus alienari prohibitis imponi nequit n.63.*
64 Alienationes rerū Ecclesiasticarū *ipso iure nullæ sunt; & n.65. si requisita juris forma & solennitas in jis non sit obseruata n.66.*
67 Forma *dat esse rei; & n.68.*
69 Requisita *in alienatione rei Ecclesiasticæ obseruanda; justa causa Necessitatis hoc n. Vtilitatis n.70. Incommoditatis & Pietatis n.71.*
72 Solennitates *in alienatione rei Ecclesiasticæ requisitæ copulatiue exiguntur; quarū præcipua est consensus & authoritas Superioris n.73. vel Episcopi 74. vel generalis Ordinis Fratrū n.75. Nec valet consuetudo in cōtrariū n. 76. Secunda solennitas est Tractatus nu.29. qui non præsumitur, licet in instrumento alienationis dicatur præcessisse n.80.81. (videtamē n.132. & 133.) Tertia solennitas, consensus Capituli n. 82. & singulorū fratrū subscriptio nu.83.84. & n.117. & seqq. Contrariū statuitur n.135. 136.137.138.*
77 Bona Ecclesiastica *hodie incōsulto Pontifice non alienantur; & n.78.*
86 Versio in vtilitatem Ecclesiæ *ab eo, qui in illa se fundat, probanda est; nec Prælato sic asserenti creditur in præiudiciū Ecclesiæ n.87.*
88 Mutuū Ecclesiæ factū *nō potest repeti, nisi is, qui mutauit, probet versū in eius vtilitatē, nec sufficit Prælati confessio n.89. Ampliatur n.90.*
11 Causa alienationis *iusta præsumitur, vt as alienū soluatur etiamsi solēnitas fuerit obseruata; nisi probetur pecuniam esse versam in Ecclesiæ vtilitatem.*
92 Successor *non obstringitur ad debita contracta à prædecessore, nisi versio probetur.*
93 Solennitas *inducta in alienatione rei Ecclesiasticæ debet seruari, licet fiat in casu permisso, & pecunia in Ecclesiæ vtilitatem conuerteretur*
94 Solennitates *pactæ an cōtractibus cum aduersa parte initis interuenerint?*
95 Præuentionis *siue litis pendentiæ effectus, & n. 96.97.*
98 Mandatum immissoriale *an hoc in casu iuste decretum?*
99 Re Ecclesiæ data *vel donata cū illa ōdicione vt nullo modo alienetur, ea alienari nō potest.*
100 Iudex *supplet, quæ Aduocatis desunt in iure & facto quādo illud sibi, vt iudici notū est n.101.*
103 Mandata sine Clausula *in Camera decernuntur, quādo pars via Executiuæ sua sponte se subiecit.*
105 Factū *alienū qui indagare tenetur, ignorare præsumitur.*
106 Scientia *in eo nō præsumitur qui ratione officii publici vel priuati tenetur inuestigare.*
107 Ignorantia *supina pro scientia habetur.*
110 Obligationi *vbi adiectus est dies, eo lapso mora commissa intelligitur; adeo vt vnius horæ lapsus ad inducendā morā sufficiat n.111.*
112 Mandatū *grauius est ad dandū, quā detrahendū*
113 Iudex *secularis in Clerici personā mandatū de soluendo decernere nequit.*
114 In annuis reditibus *accessio ad sortem non potest considerari, quippe qui per se, & non accessorie ad capitale debeantur.*
115 Vsurarū *prauitas saltē in mutuo attenditur.*
116 Reditus *super profanis Ecclesiæ bonis, interueniente necessitate vel vtilitate; cæteris que solennitatibus constitui potest.*
118 Prælati *vna cū Conuentualibus facta concessio plene, etiā in præiudictū Ecclesiæ & successoris, probat.*
119 Æs alienū *alienationis rei Ecclesiasticæ iusta*

causa

cauſa eſt.

120 Cauſa vtilitatis & Neceſſitatis *ad eo potens eſt, vt per eã alienatio ſine ſolennitatibus facta ſuſtineatur; & n.* 121. 122.

123 Prælatus *cenſetur liberatus ab obſeruatione ſolennitatum, ſi tanta ſit neceſſitas, vt authoritas reſcriptumve Papæ commode excitari non poſſit: Quo caſu Lex pro homine interponit Decretum n.* 124.

125 *In* alienatione rerum Eccleſiaſticarum *ſolennitas attendenda eſt ſecundum cuiuſque loci conſuetudinem; modo tamen ea nõ remittat omnem ſolennitatem num.* 126.

127 Conſuetudo *diſponere poteſt, vt res ſine ſolennitate alienetur; limitatur n.* 128.

129 Solennitates Canonicæ *vti nimis rigoroſæ, hodierna Germaniæ conſuetudine exacte & ad amuſſim non obſeruantur. & n.* 130.

131 Extrauag. Ambitioſæ. *de reb. Eccl. non alien. qvando locum habeat?*

134 Sigilla *Prælati & Vniuerſitatis eorum voluntate cenſentur adpoſita.*

139 *Ob* diuturnitatem longiſſimi temporis *præſumuntur ſolennitates interueniſſe; & n.* 140.

142 Verſio *in vtilitatem Eccleſiæ in mutuo per Creditorem haud probanda; Declaratur n.* 143

143 Creditor *extra caſum & cauſam mutui verſionem probare non tenetur.*

144 *An, & quando aliquis probare teneatur* pecuniam *à ſe numeratam in* Eccleſiæ commodum uerſam *eſſe; & num.* 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155.

156 Præuentio *ſola citatione inducitur; & n.* 157

158 Protectio *nullã tribuit iuriſdictionẽ; & n.* 159.

160 Canones *quatuor diſpenſandorum bonorum Eccleſiaſticorum modos præcipiunt.*

161 Bona Eccleſiæ *dicuntur bona pauperum: limitatur n.* 162. 163.

164 Pauperibus *in iudicio ita non miſerendum vt fiat iniuſtitia diuiti; & n.* 165. *nec ita priuilegia pauperum defendenda, vt aliena perturbentur num.* 566. 167.

168 Iuſtitia *ita ſuum cuique tribuere debet, vt nõ diſtrahatur ab ullius perſonæ iuſtiore petitione.*

169 Iudex *precibus calamitoſorũ nõ debet illachrymari.*

170 Pontificis authoritas *ſine aliis ſolennitatibus alienationẽ firmat, & omnes defectus ſupplet.*

171 *Quid* Pronunciandum *in hac cauſa? Et num.* 173. 174. 175.

176 Mandata ſine clauſula *ex Ord. p.* 2. *tit.* 23. *aduerſus Ordinum ſubditos ſeu mediatos nõ decernentur.*

177 Iuſta litigandi cauſa *excuſat ab expenſis*

178 Iudex *intelligitur ſolũ abſoluiſſe ab expenſis judicialibus, ſecus à conuentionalibus: Declaratur num.* 179.

A DOMINO CONSILIVM

1 DVpliciter in hac cauſa ſubmiſſum eſſe invenio in puncto puta Replicarum & duplicarum Et quidem 27 Septembris Anno 1633. Cum ab Impetrantibus Replicæ producerentur, à parte aduerſa, vt nimis ſero, nec ſtatim poſt præſtitum calumniæ iuramentũ exhibitas, eas reijci petitum. Verum tamen cum intra terminum 13. Aprilis petitæ & 5. Maij Anno 1602. repetitæ ſeu denuo flagitatæ prorogationis, illas Impetrantes dederint Replicas, terminũ haud purificatum, viam replicandi non præcluſã ſtylo & obſeruantiæ nihil contrarium eo nomine actum, neque vlteriorem diſquiſitionem hanc ſubmiſſionem mereri exiſtimo. Nec altera ma- 2
ioris videtur eſſe momenti: Manifeſti namque juris eſt, in Mandatis ſine clauſula vltra Replicas regulariter nullum amplius ſcriptum admitti, nec in puncto ſub & obreptionis duplicari Memorial. *de Anno* 1586. ad Dub. Colleg. §. den andern. Petr. Denais *in iur. Cameral. tit. 6. concluſio in puncto.* Compilat. Symphorem. *tom. 3. vot. 6.* Maxime cũ nec vlla juſta cauſa nec fundamẽta pro emanati Mandati oppugnatione de nouo prolata, ab hoc ſuadeant diuerſũ. His itaq; nõ attentis cauſę merita, an recte mandatum decretũ ſit, exactius penſitare neceſſitas poſtulat.

Priuſquã vero eã ordiar telã, prima & præcipua de Iuriſdictione Summi huius Tribunalis erit inquiſitione ea deficiẽte decętero inane & ſu- 3
peruacuũ nobis ſit iudiciũ arg. *tot. tit. C. ſi à nõ cõpet judic. l.* 1. § *hoc autẽ ff. quod quiſq; iur. l.* 1. § *fin. ff. ad SC. Tertull l* 2. *in fin. ff. de pœn.*

Quamuis autẽ varie fundetur Iuriſdictio, hoc tamẽ caſu, nũ perſonæ in ius vocatæ vel impeti- 4
tæ, vel res in controuerſiã deductæ ei locum faciant, ſaltem diſcutiendum.

Certe perſonas quod attinet, extra aleã videtur poſitũ, Clericũ vel Religioſũ corã Iudice Lai- 5
co haud cõueniri poſſe text. *in c.* 1. & 2. *etſi diligenti. § fin. c. ſignificaſti, extr. de foro compet.* Infinitas in eam rem authoritates conglomerat Proper Farinac. *in prax. crimin. lib.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 1. ita vt
nec tacite nec expreſſe in eũ queant conſentire 6
d. c. Significaſti c. ſi. diligenti. extr. de for. compet. poſt Nattam *conſil.* 445. *n.* 17. *vol.* 3. Borgnin. Caualcan. *deciſ* 44. *n.* 7. *lib.* 1. & *deciſ.* 28. *n.* 120. Cæſar Vrſil. *ad deciſ. Math. de Afflictis* 3. *n.* 2. & *deciſ.* 185. *n* 1 *vbi Vrſill.* Francic. Marc. *deciſ. Delphin.* 157. *n.* 3 *part.* 1. Vincent. de Franchis. *deciſ.* 400. *n.* 6 Ioan. Petr. Surdus. *deciſ.* 26. *n.* 4. Franciſc. Viuius *deciſ.* 125. *n.* 1. & *ſeq.* Garz. Maſtrillus. *deciſ.* 169. *n.* 11. *lib.* 2. Anton. Faber. *in Cod. deciſ forens. lib.* 3. *tit.* 12. *definit.* 4. *n.* 2. & *definit.* 29. *n.* 3. neque priuilegio fori renunciare Roland. à Valle *conſil.* 4. *n.* 10. *vol.* 1. Surd. *conſil.* 2. *n.* 17. Licet juramentũ 7
& conſenſus Epiſcopi intercedat *d. c. ſi diligenti. extr. de for. compet.* Roland. à Valle *conſil.* 4. *n.* 10. 8
vol. 1. De conſenſu Grammatic. *deciſ* 61. *n.* 9. poſt alios allegatos Surd. *conſil.* 193. *n.* 5. & *conſ.* 222. *n.* 9
1. & *ſeq.* & *conſil.* 396. *n.* 15. Flamin de Rubeis *cõſil.* 1. *n.* 54. *vol.* 2. Alphonſ. de Azeuedo *ad conſtit. reg. Hiſpan. lib.* 4 *tit.* 1. *c.* 11. *n.* 15.

Quare ratione perſonæ Dn. Rei Exceptione incompetentiæ ſummo iure ſe videntur tueri.

Nec magis reſpectu actionis, quæ conueniuntur, ad Camerã Imperialẽ eos recte trahi ex eo deducitur, quod nõ tantũ in actionib⁹ realibus Clericos in foro ſeculari compellari non poſſe, à magnæ authoritatis Dd. docetur Bald. *in Auth.* 10
Clericus. poſt princ. C. de Epiſcop. & Cleric. & in. c. 2. *de iudic.* Olrad. *conſil.* 83. *n.* 3. & *ſeqq.* Guid. Pap *deciſ.* 77. *n.* 2. Matth. de Affict. *deciſ.* 2. *n.* 5. Caualcan. *deciſ.* 3. *n.* 26. Vantius. *de nullitat. ex defect. iuriſdict. n.* 54. Roland. à Valle *conſil.* 12. *n.* 37. & *conſil.* 24. *n.* 13. *vol.* 2. Nicol. Euerhardi Præſes

conſil.

*consil.42.num.30.*Marc.Anton.Peregrin.*consil. 9.num.16.lib.3.*

11 Sed etiam quod hypothecaria (qualis actio hic proposita, ut infra notatum) ex personali oriatur obligatione, eamq; præsupponat Hieron.
12 de Cævallos *in spec.commun.opin.contra comm.q. 158.n.23.&q.103.n.8.*Adde Gylm.*decis.Camer. decis.26.n.119.lib.1.* meritoque uti accessorium
13 naturam principalis obligationis sequatur c. accessorium de R. I. in 6. & magis æquivoce, quam vere realis denominetur, cum creditor rem hypothecatam non jure dominii vel quasi, quod reales actiones præsupponit, sed vigore
14 obligationis ex contractu ortæ, non ut suam, sed alienam persequatur; Ex quo in specie hypothecariam contra Clericum etiam coram Ecclesiastico iudice intentandam, tradit Boer. *decis.69. num.24.*

Idque vel eo magis præsenti in hypothesi statuendum, quod de Rei peculiari privilegio ab omni seculari jurisdictione se exemptos esse contendant.

Veruntamen licet facile concedatur in per-
15 sonalibus actionibus judicem secularem in Clericum sibi jurisdictionem haud vindicare, quoad reales tamen eius judicium illum cogi agnoscere, magis communis & verior Dd. quinimo & in Germania & alibi adprobavit opinio Mynsing.*cent.1.obs.22.n.2.& 4.& cent.5.obs.93.n.6. & cent.4.obs.95.& consil.47.n.26.* Quo loci hanc communiorem & iudicibus secularibus receptam testatur Gail.*lib.1.obs.37.n.4.& de pignorat.obs.7.n.2.*Guid.Papa *decis.1.n.1.& seq.& decis.77.& decis.85.*Molinæ *consi.12.n.8.*Tiraq.*de retract.ligna.§.32.gl.1.& unic.n.81.* Petr. Costal. *in l.venditor 49.in tit.ff. de judic.* Renat. Chop-
16 pin.*de legib.Andium in princ.p.2.c.1.num.93.* Nec movet, quod hypothecariam proprie realem non esse, ex Boerio allegatum. Nam eam in rem vocari expresse arguitur ex *l.si cum venditor. 66. in pr.ff.de evict.l.si fundus.16.§. in vindicatione 3. l. pignoris 17.ff.de pignorib. & hypoth.l.pignoris,18.*
17 *C.eod.l.eos 9.C. qui pot.in pign.§. Item Serviana. 31.Instit. de act.* Cavalcan.*decis.27 num.5.libr.2.* Quia tribuit jus in re *d.l.pignoris. C.de pignorib. d.l.eos.C.qui pot.in pig. d.§. Item Serviana. Inst. de act.*Surd.*consil.331.num.2.*Afflict. *decis.383.nu.*
18 2.rem afficit, quocunque vadat Surd.*decis.97. num.13.*Alciat.*consil.110.num.9.lib.9.* & inter
19 reales actiones numeratur *d.§. Item Serviana Inst. de act.* & simpliciter realem esse tradidit
20 Surd.post alios allegatos *decis.174.num.19.* Tiber. Decian. *consil.11.num.197.vol.1.* Barnab. Carnazzan.*decis.10.nu.6.* Köppen *decis.62.n.8. per l.pignoris l.grege.§.de superficiariis ff. de pigno-*
21 *rib.*Hieron.Gabriel.*consil.8.num.26.* Sed & hypothecariam, quantumvis constituatur conventione & contractu vel quasi, non tamen nascitur ex contractu, sed ex jure, quod quis habet in re & possessione rei Hieron. Gabriel. *d. consil.8.n.26 in fin.lib.1.* Joan. Vincent. Hondedæ *consil.25.num.6.vol.2.*

22 De quo eo minus ambigendum, quod mandata immissorialia, quale hic impetratum, pro realibus actionibus reputantur Deputation Abschied de Anno 1600. §. Obauch/ vel ipsi-
met Reis in Exceptionibus. §. Sintemal vbel be-
23 flagten. id confitentibus. Unde in terminis hypothecariæ, Clericum coram Judice Laico recte conveniri testantur Guil. Benedict. *in c. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelasiam decis. 2. num.122.de testament.* Stephan. Auterius *de potest.secul.in Eccles.reg.2.fallent.4.num. 3.*Hartman. Hartmanni *lib.2.obs.pract.in miscell. tit.2.obs.6.* Hieron. de Cævallos *in d. Specul. opin.commun.quæst.36.num.21.* ubi refert Guid. Pap. *quæst.79.*Capell. Tholosan. *decis.126. ubi dicit*, ulu hanc servari. Anton. Faber *in Cod.libr.3. tit.12.definit.19.num.7.& tit.16.definit.1.num.* 10. *& seq.* ubi eleganter monuit, hypothecariam, quæ contra Clericum authoritate judicis laici exercetur, anomalam esse; Cum in alia hy- 24
pothecaria contra laicum intentata jussum præcedere necesse sit, ut solvat, quippe quod tunc hypothecaria conditionem illam habeat, si pecunia non solvatur. Magis vero hoc casu propria Reorum obligatio & iurisdictionis Cameræ in posterioribus duobus chirographis expressim facta prorogatio omnem eximit dubitationem. Quamvis enim, ut supra allatum, Clerici fori sui privilegio valide renunciare nequeant, id tamen ulterius, quam ad casus, quibus iurisdictioni Ecclesiasticæ subiiciuntur, non erit extendendum: Et in specie Ecclesiasticos iu-
risdictionem quoad actiones mere reales pro- 25
rogare posse, respondit Francisc. Ripa *consil.113. numer.2.* Cum igitur velut ante demonstravi, & alias quoad realia potestatem secularem illi agnoscant, haud necessariam fuisse prorogationem seu fori Ecclesiastici abdicationem, sed maioris saltem cautelæ gratia appositam vere adfirmatur, ne renunciationem iuris ipsis non competentis absurde statuamur. Alioquin etiam talia
pacta, quibus non agitur de superioris, sed tan- 26
tum paciscentis præiudicio, & cum paciscentes à se abdicant, quod ipsorum est facultate, nec tanguntius superioris tolerantur Surd. *consil.2.n.29.*

Itaque valet pactum, ut mora in solvendo 27
commissa omisso medio quis in Camera conveniri possit Gail. *lib.2.de pac.public.cap.2. num. 25.& seqq.* Et scrupulum, quoad obligationem 28
penultimam omnino tollit consensus Pontificis, & confirmatio, ipsiusque assensu probata, si qua est prorogatio Farinac.*in prax.crimen.q.31. num.4.*

Nec diversum ius in prioribus statuendum obligationib. ideo, quod talis expressa in eis non comprehenditur iurisdictionis Cameralis pro-
rogatio. Primum enim extra controversiam est, 29
pactum ingrediendi bona hypothecata vel apprehendendi eorum possessionem propria authoritate de iure validum esse Surd. *consil.221. num.20.*Afflict.*decis.368.nu.2.*Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. convent. libro undecimo, tit. 5.num.1.* Menoch. *remed.5.adipiscend.num.1. & seq.* Etiamsi sint Ecclesiastica Guilielm. Re- 30
doan. *de reb.Eccles.non alien.rubr.in quibus sit alien.rer.Eccles.sine solenn.§.sit etiam alienatio, numero quarto & seq.* Mantica *d. libro undecimo,*

31 *tit. 5. num. 2.* Ita, ut irrequiſito Judice pro inductione in poſſeſſionem, eam creditor poſſit acquirere: Licet tutius arbitrentur Dd. noſtri in ea apprehendenda iudicem de adſociatione familiæ requiri Chaſſanæ *in conſuet. Burgund. rubr. 12. §. un. num. 3.* Matth. Coler. *de proceſſib. executiv. part. 1. cap. 5. num. 82.* Gail. *d. lib. 1. de pac. publ. c. 16. num. 27.* Franc. Marc. *deciſ. Delphin. 428. num. 1. & 3. part. 1.*

Hoc caſu & Dominis impetrantibus conceſſa facultas, mit oder ohne Recht / eigenes Gewalts vngefreffelter Dinge die verunterpfändete Stück in caſum moræ anzugreiffen / prout verba obligationum ſonant; & proinde bona hypothecæ ſuppoſita ſine iudicis interpellatione
32 propria poterant occupare authoritate, quia tamen nonnulla ex bonis hypothecatis Juriſdictioni Impetrantium teſtibusipſis Reis in obligationibus die 21. Maii Anno 1592. & 25. Julii Anno 1593. ſunt ſubiecta; ne in propria cauſa ſibi ipſis ius dicere videretur, mitiorem vel etiam civiliorem viam ingredi, Auguſtiſſimum hoc Tribunal, extra quod nullũ aliud interimedium agnoſcunt, pro adſocienda & interponenda authoritate ſua implorare, Mandatum immiſſorialead dimittendum bona hypothecata, reſervata tamen licentia nihilominus eadem
33 authoritate propria occupandi, obtinere maluerunt; Quæ reſervatio & proteſtatio ejus creditur efficaciæ, ut impetrantes à via judiciaria reſilire, & legem conventionis ingrediendo authoritate propria res hypothecatas etiamnum exercere poſſint, Tiraquell. *de conſtit. poſſeſſ. pag. 1. in princ. num. 42.* Menoch. *remed. adipiſc. 11. n. 158. addens*, hoc eſſe à diligenti cauſæ patrono advertendum Aurel. Corbulus *tract. de Iur. Emphyt. cap. 15. quæſt. 14. num. 2.* Petr. Barboſa *in l. ſi ab hoſtibus 11. §. fin. num. 54. ff. ſolut. matrimon.* Stephan. Gratian. *deciſ. 132. num. 7.* Cardinal. Mantica *d. lib. 11. tit. 5. num. 20. & lib. 22. tit. 22. num. 16.* Franciſc. Caldas *de Emphyteuſ. extinct. cap. 17. num. 44.* ubi plures cumulat Caroc. *deciſ. 57. num. 11. & per tot.* Lancellot. *de attentat. lib. 2. c. 4. ampliat. 1. n. 6.*

34 Quin & pro ſecundo ex cauſarum & rerum in lite exiſtentium continentia Juriſdictio redditur indubitata. Ex narratis enim Mandati, quinimò obligationibus judicialiter productis, non difficulter deprehenditur, daß die pfändlich verlegte Güter theils in Heilbrunn / theils der Stadt Wimpffen Obrigkeit vnnd anders wo gelegen / ut vel inde continentia eorum adpareat, quo caſu Camera, uti omnium ſuperior directe adiri poteſt. Nec his omnibus negotium faceſſit ex adverſo citatum, nunquam vero viſum privilegium. Præterquam enim
35 omnibus privilegiis tam generalibus, quam ſpecialibus licite Domni Rei renunciarunt Imperatorem, cum quo Camera hac in parte concurrenti utitur Juriſdictione, judicem profitentur & ſic neceſſario etiam Cameram
36 pro judice agnoſcere coguntur, ne dicam ejuſmodi privilegia de perſonalibus, non realibus actionibus conſilium Ferdinand. *in cauſa Finar. numero trigeſimo quinto*, Cacheran. *conſil. 9. numero trigeſimo tertio & ſeqq.* & de juriſdictione 37
inferiorum, non etiam Imperatoris & eundem 38
repræſentantis Cameræ eſſe accipienda, maxime quod in generali ſermone perſona loquentis nunquam comprehendatur *l. inquiſitio. C. de ſolut.* Schrader. *de feud part. 9. p. 2. ſect. 3. numero centeſimo quadrageſimo ſexto*, Weſenbec. *conſil. 9. numero vigeſimo nono*, Surd. *conſil. 142. numero quadrageſimo quinto* & præſertim, ubi ejuſdem præjudicium (uti hic reſpectu juriſdictionis) 39
verteretur Tiber. Decian. *conſil. 25. num. 85. vol. 1.* Conſequens ergo eſt Juriſdictionem Auguſtiſſimi hujus Tribunalis optimo inniti fundamento, quo jacto ſecunda jam in actione inveſtiganda cura ſuccedit.

Quæ actio?

CUjus qualitas, utiex medio concludendi in 40
libello Gail. *1. obſ. 61. num. 1. & 2.* Hond. *conſil. 23. num. 13. vol. 1.* Modeltin. Piſtoris *conſil. 27. num. 1. vol. 1.* Meichſner. *deciſ. 7. num. 1. lib. 1. tom. 1.* Dec. *conſil. 493. num. 28.*

Sic in Mandatis ex eorum tenore & narratis 41
venit dijudicanda per notata Bart. *in l. certi condictio. n. 2. ff. ſi cert. petat. ibi addit. in verb. medium concludendi* & Jaſ. *num. 22. ibid.* Alexand. *conſil. 117. vol. 1.*

Narrata autem habent, daß ihr die ſo wol ſpe- 42
cialiter, als generaliter verlegte Vnterpfände / wegen allbereits verfallener hinterſtelliger / wie auch / wann ankünfftiger Zinßzahlung Mangel erſcheinen ſolte / gleichfals deroſelben / wie auch zu letzt angezogener fürgeſtreckter Tauſend Gülden vnnd dahero à tempore moræ ja fünff von Hundert hinterſtelligen Intereſſe halber würcklich abtretet vnd einantwortet / ꝛc. Ex quibus elucet officiũ judicis pro facienda immiſſione imploratũ, 43
vel etiam hypothecariam, qualis advocandam rerum hypothecatarum poſſeſſionem competit §. Item Serviana Inſt. de act. l. ſi fundus 16. §. in vendicatione 3. l. pignoris, 17. ff. de pignor. & hypothec. ineffectu intentatum eſſe.

An probata?

SEd quia in hac actione ante omnia proban- 44
dum, quod interagentem & debitorem convenerit, ut res pignori hypothecæve ſuppoſita ſit; Sed etſi hoc probat Actor illud etiam implere debet, rem pertinere ad debitorem eo tempore, quo convenit de pignore, aut cujus voluntate hypotheca data ſit, ut ait Marcianus *in l. ante omnia. 23. ff. de probat. l. ſi ſuperatus, 3. in pr. l. & quæ nondum. ff. de pignorib. & hypoth.*

Domini quidem Actoris ſub Num. 7. ſe Anno 1568. 15. Auguſti pro capitali mille florenorum 56. annui reditus ut & alios 50. florenos ſub num. 8. Anno 1592. die Maji 21. à Dominis Reis emiſſe obligationibus productis ſatis ſuperq; reddiderunt teſtatum: uti & abunde comprobarunt ſub Num. 9. ſe iiſdem aliud mille floren. ſub pacto elapſo quadriennio cum 45
Intereſſe

Intereſſe conſueto id reſtituendi mutuo dediſſe. Demum Num. 10. pro 12000. floren. ſexcenta Anno 1594. die Martini, & Num. 11. pro 2500. floren. 137. annui reditus Anno 1599. itidem die Martini ſibi vendita eſſe. Cum enim
46 Perceptoria in Steffans & aliæ ab eadem dependentes domus maximis urgerentur neceſſitatibus tam pro diverſis prædiis & bonis ad eas ſpectantibus, bellorum tumultibus vaſtatis reparandis; quibus niſi brevi conſultum foret, maximum exinde præjudicium & damnum contingere potuiſſet, quam aliis ejuſdem domui imminentibus oneribus perſolvendis, neceſſum erat; eo modo laboranti Eccleſiæ ſuccurri, & hos contractus celebrari, velut conſenſus Generaliſſimi Ordinis facto prius deſuper verbo cum Pontifice Dominis Reis impertitus & 2. Septembris hujus anni demum productus liquido teſtatur, & quidem ſub expreſſa hypotheca poſſeſſionum & redituum ibi enumeratorum confeſſione verſionis in utilitatem reparationes & ſolutiones onerum Eccleſiæ, permiſſæ quoque licentiæ dominis Actoribus in caſum moræ propria authoritate ingrediendi bona hypothecata & earum poſſeſſionem apprehendendi, addita tandem renunciatione omnium privilegiorum, tam generalium, quam ſpecialium & exceptionum, aliiſque pactis, quæ vel referre ſupervacaneum, vel ſequentia explanabunt, hi contractus fuere firmati.

Quoniam vero juris expreſſi eſt; pactum,
47 quo creditori jus ſuum in rebus debitoris ſive hypothecatis propria authoritate, ſeines eigenen Gefallens / oder ohne Recht / ſibi ſervandi permittitur, Mandato ſine clauſula locum facere §. Ob auch. & §. Gleicher Geſtalt. Deputat. Receſſ. de Anno 1600. Denais. jur. Cameral. tit. 82. num. 15. Adeoque Dominos Reos in caſum
38 moræ amplam Dominis Creditoribus conceſſiſſe licentiam die verhypothecirte Güter mit oder ohne Recht eigenes Gewalts vnnd ohngefehrer Ding anzugreiffen / & præterea in penultima & ultima obligatione diſertis verbis ad viam executivam ſe obſtrinxiſſe conſtet, ſupereſt, ut recte ſervata juris norma & merito Mandatum ſine clauſula Immiſſoriale, ad dimittendum bona hypothecata decretum, & conſequenter paritionem injungendam eſſe concludatur. Neque eſt, quod diffuſius de validitate
49 harum obligationum inquiratur, cum propria confeſſio, ne ſi forte dubium ſuboriri potuiſſet, Domini Rei rem planam reddiderint & indubitatam. Namque non tantum proprio ore, firmam eſſe hanc penultimam reditus annui 600. floren. venditionem fatentur in Exceptionibus §. Sintemal & Schrifft an ſtat mündlichen
50 Receß in princ. Verum etiam poſtremo chirographo nomine mille florenorum Anno 1568. numeratorum certas quaſdam res ad ſuam Eccleſiam ſpectantes Dominis Creditoribus hypothecæ jure devinctas, relato veteris ſcripturæ initio & fine, eadem adſeveratione faciunt teſtatum.

51 Reſtat itaque, ut in confeſſo nullæ aliæ iudicis partes ſic iubente ſint, quã in condemnando Idque tanto magis adſtruendum, quod & Reorum Exceptiones altioris ſint indaginis: quales utique in cauſis executivis & ſummariis non admittuntur Cæſ. Contard. *in l. unic. C. ſi à mom. poſſeſſ. app. limit.* 17. *numero vigeſimo ſexto* Hinc in ſpecie contractuum cenſualium clau- 52
ſulis executivis munitorum executionem, falſitatis, nullitatis aut alterius cujuſcunque Exceptionis obtentu neutiquam impediendam eſſe, tradidit Cæſar Barzius *deciſ. Bonon. 56. numero trigeſimo ſeptimo, poſt Foller. de contractibus, §. tanquam n. 7. & 12.*

An per Exceptiones eliſa?

ETſi vero his conſentaneum Reorum Exce- 53
ptiones quoad remorandam paritionem nullius eſſe momenti, vel etiam non attendendas; Nihilo tamen minus, quo omnis difficultas radicitus ſubmoveatur, placet eaſdem exacta libra exactitatis è jure aliquanto altius ſcrutari. Primo igitur ita rationantur. Mandata ſine clau- 54
ſula in Camera Imperiali non decernuntur extra quam ſi quid ita jure conſuetudineve promereatur, vel ſi damnum ſit irreparabile, vel factum contra Rempubl. aut quod moram ferre nequeat, proponatur.

Sed in præſenti facti ſpecie, ſe nihil; quod juri conſuetudinive repugnet, & ſine omni judiciali diſpoſitione puniendum perpetraſſe, nec damnum irreparabile (quoniam res hypothecæ ſubjectæ prætenſa debita valore longe ſuperent, & in perpetuam creditorum ſecuritatem immotæ haud loco ſunt moturæ) ſubeſſe, ſed quia deprivata Civitatis Hailbronnenſis agitur utilitate, Reipublicæ quietem vel ſalutem conturbatam demum extra moræ periculum rem poſitam eſſe. Quia vero inprimis Domini Impetrantes in periculo moræ ſe fundaſſe adparet, nullam à parte Dominorum Reorum exſtare moram probari neceſſe eſt, & ex eo liquet, quod ſane mora nulla committi poteſt, ubi contractus ceſſat notitia; 55
nulla quippe negligentia ignoranti poteſt imputari *l. genere. 8. ff. de his qui not. infam. l. ſed etſi, §. 7. ff. de Public. in rem act. l. ſi ignorans. 50. ff. locat.*

Præterea debita à prædeceſſoribus ejus Or- 56
dinis Magiſtris clanculum moderno & Capitularibus fuiſſe contracta & alias probabiliter ignorare eum, qui in alterius locum ſuccedit, palam eſt *l. qui in alterius. ff. de R. I. l. ſi me putem. ff. de condict. indeb.* poſt alios Cavalcan. *deciſione quadrageſima ſexta, numero trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo.* Inſuper nec ex interpellatione in mora conſtitui videntur, quia vix de debito, niſi jam 57
inſtituto hoc proceſſu admoniti ſunt & compellati, ſed malo & ſubdolo conſilio, dum debita quotidiana uſuratũ acceſſione ultra vires & patrimonium Eccleſiæ excreſcerent, ſpe tandem invadendi omnes ejus facultates cum perpetuo dicti Ordinis damno & detrimẽto ab Impetrantibus exſpectatũ, & periculoſe interpellationem dilatum eſſe. Si itaque nulla mora & reliquæ

Mandatorum talium cauſæ non exſtant, perperam ad falſa impetrantium Narrata emanatum Mandatum caſſandum & irritandum eſſe, videtur inde recte concludi.

58 In primis autem ſumme iniquum & à ratione alienum eſſet ex cauſis ita ſtatim à judice mandata immiſſorialia decerni, quæ ultimum ſunt & poſtremum creditorum remedium, & ut odioſa & miſera, dum alia ſuperſunt, concedi non debent, uti ex Hippol. de Marſil. Baldo & Petr. de Bella perticain exceptionibus, §. ut interim Dnn. Reorum patronus declarat. Sed magis uſitato & communi Cameræ Imperialis ſtylo mandatis de ſolvendo petentibus creditoribus ſuccurrendum fuiſſet.

59 Quinimo pro ſecundo quoniam extra controverſiam eſt, uſurarum uſuras nunquam licite exigi, nec in ſortem imputari *l. uſuras. 20. ff. de uſur. & l. 28. ibi: nullo modo, C. eod. l. 2. §. 5. ſi indemnitas. 5. ff. de adminiſtrat. rer. adcivit. pertinent. l. ult. C. de uſur. rei judic.* Policey Ordnung de Anno 1548. §. von wucherlichen Contracten, in princ. & de Anno 1577. eod. tit. in princ. Carol. Molinæus *tract. de uſur. n. 45. & 437. & 602.* Tiber. Decian. *conſil. 59. n. 4. vol. 2.*

Et clarum eſt ex venditione ſub Num. 5. ultima obligatione Dnn. Impetrantes 2700. floren. in ſortem redegiſſe, legis auxilio indignos, qui in legem commiſerunt; & mandatum vel ideo non impertiendum fuiſſe, recta conſequentia videtur induci.

60 Major vero pro tertio in ipſorũ contractuum ponderatione occurrit defectus, qui curioſa cogitatione ideo diligentius examinandi, quod pacta executiva, prorogationes juriſdictionum, & alia acceſſoria, ſi principalis contractus corruat, non ſubſiſtant Menoch. *remed. 5. adipiſc. num. 4.*

61 Principio verò extra dubium fere eſt, reditus annuos perpetuos inter immobilia cenſeri Cravetta *conſil. 483. n. 1.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 69.* Renat. Choppin. *de legib.* And. *lib. 1. tit. 1. cap. 4 n. 6.* Caldas *conſil. 6. n. 1. & 10.* Camill. Borell. *conſi. 17. n. 23. & conſil. 41. nu. 2. per text. in Novell. 7. in princ. ubi exivi. §. cumque annui reditus de V. S.* Garz. Maſtrill. *deciſ. 121. nu. 19. lib. 2.* Vincent. de Franchis *deciſ. 362. n. 7.* Cæſ. Barzius *deciſ. Bonon.*

62 *109. num. 10.* Et de rebus Eccleſiæ plane cenſum conſtitui non poſſe tradit Guil. Redoan. *de reb. Eccl. non alienand. rubr. 16. de conſtitut. annui cenſus, nu. 20. & ſeq.* Quem ſequitur Stephan. Gratian. *deciſ. 13. nu. 11.* & Petr. Foller. *in pragmat. de cenſibus verb. hujuſmodi cenſus ſuper rebus, nu. 17.* allegatus à Feliciano de Solis *tract. de cenſib. lib. 2.*

63 *cap. 7. n. 7.* Cum rebus alienari prohibitis cenſus imponi nequeat, uti pluribus firmat Stephan.

64 Gratian. *d. deciſ. 13. n. 6.* Conſtat etiam, rerum Eccleſiaſticarum, præſertim immobilium, alienationes ipſo jure irritas & nullas eſſe: Uno Lex Regia Hiſpaniæ reſtitutionem ſine precio injungit ei, qui vel emit vel in pignum accepit rem ſacram Alphonſ. de Azevedo *ad Conſtit. Regn. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 7.* & alienari prohibitam, notat

65 Joan. Wameſius, *conſil. 267. & conſil. 268. n. 1. & conſil. 289. n. 1.* Stephan. Bertrand. *conſil. 118. n. 1. & 3. part. 1. volum. 1.* Hondedæ. *conſil. 41. num. 13. vol. 2.*

Si requiſita juris forma & ſolennitas in iis 66
non ſit obſervata *c. ſi quis de reb. Eccl. non alien. c. 1. eod. in 6. Extravag. ambitioſæ. eod c. ſine exceptione 11. quæſt. 2. c. tua nuper de his quæ fiunt à Prælat. cap.* Guil. Redoan. *rubr. de cauſa utilitatis 13. nu. 193.* Renat. Choppin. *de Sacra Politia lib. 3. tit. 6. nu. 5.* Surd. *conſil. 301. & nu. 25.* Calvalcan. *deciſ. 45. nu. 44. & per tot.* Garz. Maſtrill. *deciſ. 77. nu. 8. lib. 1.*

Forma namque dat eſſe rei *l. Iulianus, §. ſed ſi quis* 67
ff. ad exhibend. & ea non ſervata res ineſſe deduci 68
nequit Mynſing. *reſponſ. 30. n. 4. decad. 3.* & inducit nullitatem actus Stephan. Bertrand. *conſil. 118. nu. 1. part. 1. vol. 1.*

Cæterum primum & potiſſimum in aliena- 69
tione rei Eccleſiaſticæ obſervandum requiſitum eſt, ut adſit juſta legitimaque cauſa Renat. Choppin. *de Sacra Polit. lib. 6. tit. 7. num. 14.* Modeſtin. Piſtor. *conſil. 40. num. 38. vol. 1.* Camill. Borell. *conſil. 91. num. 4.* de cauſa neceſſitatis loquens. Secundum requiſitum eſt evidens utilitas, quæ ſi intercedit, alienatio licita erit & per- 70
miſſa *c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* Guil. Redoan. *d. tract. rubr. de cauſ. propt. quas fiunt. alienat. cum rubric.* Surd. *conſil. 249. num. 3.* Camill. Borell. *conſil. 67. numero decimo ſexto.* Quibus & cauſas incommoditatis & pietatis addit Redoan *d. rubric. de cauſis propter quas fiunt alienat.* 71
numero primo uſque ad 6. Borell. *d. conſil. 91. numero quarto.* At nec eæ cauſæ ſufficiunt; ſed inſuper exacta requiritur ſolennitas, tantopere, 72
ut coplative exigantur, nec alterum ſine altero eſſe poſſit Franciſc. Duaren. *tract. de benefic. libro ſeptimo, capite nono,* Redoan. *d. tract. de reb. Eccleſ. non alienand. capite ſexto, num. 13. & 16. & rubr. 19. de cauſ. utilit. num. 196. & rubr. 28. cap. 8. numero decimo nono,* Franciſc. Sermient. *de reditib. Eccleſ. c. 2. nu. 1. & ſeq.* Renat. Choppin. *de Sacra Politia lib. 6. tit. 6. ex quib. cauſ. res Eccleſ. alien. num. 5. & melius tit. ſeq. 7. num. 14.* Bertazzol. *conſil. civil. 46. numero octavo & ſeq.* Gail. 2. *obſerv. 161. num. 1.* Erneſt. Cothman. *conſil. 28. num. 2. &* 73
3. Garz. Maſtrill. *deciſ. 77. num. 8.* & alii innumeri ſcienter omiſſi. Inter has autem ſolennitates videtur præcipua eſſe conſenſus & authoritas ſuperioris. Ita interveniat, neceſſe eſt, conſenſus Epiſcopi Auth. *hoc jus porrectum, C. de SS. Eccleſ.* Erneſt Cothman. *d. conſil. 28. numero ſexageſimo ſecundo,* Natta *conſil. 441. nu. 29.* Garz. Maſtrill. *deciſ. 77. num. 8. libr. 1.* vel alterius immediati, 74
qui Epiſcopalem habet juriſdictionem Roland. à Valle *conſil. 15. vol. 1.* Stephan. Gratian. *deciſ. 182. num. 2.* Choppin. *d. tract. de Sacr. Polit. lib. 6. tit. 2. num. 14.* vel generalis Ordinis Fratrum, 75
quando alienantur bona alicujus monaſterii fratrum Renat. Choppin. *d. lib. 6. tit. 8. num. 20.* Alexand. Trentacinqu. *libr. 3. reſolut. 1. de rer. alienat. n. 19.*

Adeo autem ille ſuperioris conſenſus requi- 76
ritur, ut nec valeret conſuetudo, nec alienationi conſenſus Epiſcopi interveniret Roland. à Valle *d. conſil. 15. num. 4. volum. 1.* Joan. Wameſius 77
conſil. 288. per c. fin. de reb. Eccleſ. non alien. Imo vero hodie bona Eccleſiaſtica inconſulto

Pontifice

77 Pontifice non alienantur *d. Extravag. Ambitioſæ* Roland. *d. conſ. 15. num. 4. verſ. vel & ultim. vol. 1.* Bertazzol. *conſil. civil. 46. n. 29.* Garz. Maſtrill. *de*
78 *cif. 101. n. 30. lib. 1.* Sicut eo omiſſo alienationes non teneant, Alphonſ. Villagut. *de rit. Eccleſ. male alienat. reſtit. c. 2. n. 4.* Trentacinqu. *d. loc. n. 20.*

Secunda præterea ſolennitas eſt tractatus,
79 Nam debet fieri congregatio Capituli, & præcedere exacta inquiſitio, an ſit alienatio de utilitate monaſterii *d. c. ſine exceptione 12. quæſt. 2. d. c. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælat. Capit. c. 1. de reb. Eccleſ. non alienand. in 6.* Alexan. Trentacinq. *d. lib. 3. reſolut. 1. derer. alienat. n. 1.* Renat. Choppin. *d. lib. 6. de Sacra Politia lib. 6. c. 7. n. 14.* Camill. Borell. *conſil. 67. nu. 16.* Duaren. *d. tract. de benefic. lib. 7. cap. 9.* Cavalcan. *deciſ. 25. nu. 23. part. 2.* Wa-
80 meſ. *conſil. 289. nu. 1.* Nec præſumitur tractatus, etiamſi in inſtrumento alienationis dicatur præceſſiſſe poſt alios Trentacinqu. *d. loc. nu. 28.* Weſenbec. *conſil. 59. n. 10. vol. 1.* Cardin. Mantic.
81 *de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 6. n. 6. & lib. 25. tit. 6. num. 26.* Carol. Bardellon. *conſil. 46. n. 7.* Sed ſuper eo ſeparatim publicum debet fieri inſtrumentum Trentacinqu. *d. loc. n. 17.* Wamel. *conſil. 289. n. 1.*

82 Pro tertio opus eſt conſenſu Capituli, & ut non ſinguli de collegio ſeparatim, ſed omnes collegialiter congregati collegialiter cõſentiant Trentacinq. *d. loc. n. 16.* Alphonſ. de Azevedo *in conſtit. Regn. Hiſpan. leg. 8. tit. 2. lib. 1. numer. 1.* Alphonſ. Villagut. *d. tract. lib. 1. cap. 2. nu. 2.* Renat. Choppin. *de Sacra Politia libro ſexto, titulo ſeptimo, num. 14.*

83 Ulterius & quarto in inſtrumento nomina ſingulorum fratrum exprimenda Choppin. *d. lib. 6. tit. 8. n. 18.* ubi non ſufficere ait, generalem illam verborum conceptionem Cluniacenſis Cœnobii conventus.

84 Et quinto eorum ſubſcriptione firmanda alienatio text. in c. tua nuper ibi: ſubſcriptione, c. ſine exceptione, ibi: ſine omnium Clericorum ſubſcriptione. 12. q. 2. Thoming. *conſil. 9. n. 3. lib. 1.* Enriquez. *conſil. 91. n. 2.*

85 Quæ ſolennitas de conſuetudine tolli nequit poſt Abb. Trentacinqu. *d. loc. n. 21.* Quinimo nec has tam anxiæ obſervatas ac tantopere requiſitas ſolennitates ad validam rei immobilis Eccleſiaſticæ alienationem ſufficere eſt compertum, niſi etiam pro quarto inſuper verſio in utilitatem Eccleſiæ probetur. Ejus enim utili-
86 tas non præſumitur, ſequi in caſe fundat, probare debet Fab. de Anna *conſil. 38. num. 29.* Cavalcan. *deciſ. 46. num. 14. libro primo.* Neque in eo ſtatut aſſertioni Rectoris vel Notarii Natta *conſil. 352. num. 3. & ſeq. libro ſecundo*, Cavalcan. *in Indice part. 1. verb. utilitas Eccleſiæ non præſumitur.*

87 Haud etiam ſufficit in inſtrumento dicere, alienationem tendere in evidentem utilitatem Eccleſiæ, quia Prælato ſic aſſerenti non creditur in præjudicium Eccleſiæ per *l. ſi forte 8. ubi* Bart. *ff. de Caſtrenſ pecul.* Roland. à Valle *d. conſil. 15. numero decimo nono, volumine primo*, Cothman. *d. conſil. 28. numero octavo, volumine primo.* Trentacinqu. *d. loc. num. 3.* Barnab. Cornazzan. *deciſ. 17. nu. 2.* Etſi mutuum factum eſt Eccleſiæ, 88
non poteſt repeti, niſi is, qui mutavit, probet verſum in ejus utilitatem per text. *in c. quod quibuſdam de fide juſſ. c. ea enim. verſic. 15. creditor. c. 10. quæſt. 2.* Redoan. *d. tract. rubr. 19. de cauſa utilitatis, numer. 211.* Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. convent. libr. 8. titulo duodecimo, numero decimo quinto, per l. 1. C. de ſolut. & liber. deb. libro undecimo, ibi: ita demum prodeſt ſolutio, ſi Reipublicæ prodeſſe doceat, & d. Auth. hoc jus porrect. in fin. C. de SS. Eccleſ. ibi: Creditoris intelligitur, qui in utilitatem divinæ domus verſum eſſe probaverit.* Covarruv. *libro ſecundo, variar. reſolut. capite duodecimo, nu. 3.* ubi communem dicit. Nec ſufficit 89
Prælati confeſſio Redoan. *d. tract. rubric. 33. cap. 1. num. 11.* præſertim ſi propter ejus reſtitutionem oportet alienare bona Eccleſiæ immobilia 90
Redoan. *d. rubr. 33. c. 30. q. 4. §. Sed Abbas in d. cap. num. 2.*

Ulterius licet alienatio propter ſolennitatem præſumitur utilis, tamen ſi facta ſit pro ſol- 91
vendis debitis Eccleſiæ, juſta cauſa non præſumitur, ſed debet probari, pecuniam verſam in utilitatem Eccleſiæ, & ideo non ſufficit probari debita Eccleſiæ, ſed etiam demonſtrari neceſſe eſt, debita ex ea pecunia fuiſſe ſoluta Didac. Covarruv. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 77. n. 3.* Franciſc. Cardinal. Mantica *d. tract. lib. 3. tit. 10. num. 70. & libro quarto, titulo ſeptimo, numero vigeſimo quinto.* Et generaliter ad terminos noſtros ſucceſſorem non teneri ad debita contracta à prædeceſ- 92
ſore, niſi probentur verſa in Eccleſiæ utilitatem, notat Redoan. *d. tract. rubr. 33. c. 30. q. 4. §. Sed Abbas. num. 11.*

Tandem non ſufficit factam alienationem in 93
caſu licito, & pecuniam eſſe verſam in utilitatem Eccleſiæ, niſi ſervetur ſolennitas à jure Pontificio requiſita poſt Abbat. & Felin. Cardinal. Mantica. *d. tr. lib. 4. tit. 7. n. 21.*

Tria itaque hæc conjunctim deſiderantur.

Quam bene nunc hiſce requiſitis congruant 94
contractus cum Dominis Reis initi, vel inde liquet, quod nec evidentem neceſſitatem, vel utilitatem unquam recte demonſtrarunt Impetrantes, nec ſolennitatibus ſupra deductis circa eas uſi fuerint.

Quod enim conſenſum generaliſſimi Ordinis vel Statutum Pontificis attinet, is in pleriſque obligationibus non interceſſit, minus vero legitime de conſenſu Capituli Collegiive conſtat, nullibi autem nomina ſingulorum exprimi, nec eorum omnium ſubſcriptione obligationes exhibitas firmari evidenter adpatet & eluceſcit. Quin etiam ne hilum quidem præter ipſas chirographiorum inſufficientes aſſecurationes ad demonſtrationem verſionis in utilitatem Eccleſiæ in medium protulerunt. Cur itaque fides, authoritas & effectus his contractibus derogetur, nulla videtur ratio obſtare, uti in non adeo diſſimilibus terminis concludit Wameſius *conſilio ducenteſimo octuageſimo nono, num. 6.*

Succedit nunc quarta Prævention is ſeu litis

pendentiæ exceptio, quæ certe haud parvi videtur eſſe momenti; Quoniam ea tantum operatur, ut judex, qui in ſolidum juriſdictionem ha-
95 bebat, non potuit cauſam coram alio intentatam acceptare, ſed ubi judicium ceptum, ibi finiri debet *l. ſi quis poſteaquam 7. ff. de judic.* Gail.
97 *lib. 1. obſ. 29. num. 6* Hic autem nomine S. Cæſariæ Majeſtatis uti Patroni & Advocati hæreditarii ejus Eccleſiæ, ejus locum tenens & Conſiliarii der Landvogtey im vntern Elſaß authoritatem ſuam cum interpoſuiſſent & compoſitionem inter ambas partes litigantes tentaſſent, ſpreto Imperiali faſtigio, contemta prœventione & interpoſitione, rejecto omni amicabili tractatu, in hac Imperiali Camera irreverenter & injuſte Domini Impetrantes litem moverunt, & ſæpius relatum mandatum ſuppreſſa veritate obtinuerunt; Unde Dnn. Reos non immerito incompetentiæ exceptio à paritione reddere immunes.

Ultimo tandem iniquum & à vera juſtitiæ
98 regula alienum videtur, etiamſi concedatur, in veritatis præjudicium, omnes contractus ratos, firmos, nullamque prœventionem circa hanc cauſam eſſe, ita ſine ulteriori cauſæ indagatione de plano mandata immiſſorialia impertiri, in bona ſpiritualia pauperum ſuſtentationi, miſerorum hoſpitum & orphanorum neceſſitati à pia antiquitate dicata & conſecrata & forte ea intentione, ut æviterna conſuetudine hoſpites & Orphani in ſui memoriam iis fruerentur. Quorum ſane voto luxurioſa adminiſtrantium negligentia derogari, vel illorum inopiæ quicquam ſubtrahi impium
99 eſſet & abſurdum. Nam cum Eccleſiæ res data eſt, vel donata, cum illa conditione, ut nullo modo alienetur, eam alienare haud poſſe, text. eſt expreſſus in *Nov. 120. cap. 9.* & notat Redoan. *d. tract. rubr. 2. n. 63.*

Hactenus de Reorum exceptionibus, quas juvando nonnihil eorum induſtriam juris authoritatibus illuſtravimus.

Videamus, quid pro ſuſtinendo mandato replicando adductum, & porro ex jure ad ſolidiorem exceptionum confutationem regeri
100 vel conſiderari poſſit: Notiſſimum enim eſt judicem ſupplere, quæ Advocatis deſunt in jure *tot. tit. C. ut quæ deſ. advocat. part.* Vaſq. *lib. 2. illuſtr. cap. 20. num. 6.* Anton. Faber. *in Cod. lib. 1 tit. 2. definit. 29. in fin.* Peregrin. *tractat. variar. lib. 2.*
101 *ad rubr. de jud. num. 102.* Caravita *ſuper ritu magnæ Curiæ rit. 75. num. 6. ubi num. 7. dixit*, quod poſſit etiam in facto ſupplere, quando illud ſibi, ut judici, eſt notum, & quidem in primis, ubi univerſitatis cauſa vertitur, quæ damnum vitare certat, ut loquitur Cravetta *conſil 916. num. 6.*

Impetrantes ad primam reſpondent excep-
102 tionem, non tantum in quatuor illis caſibus Ordinat. Cam. *p. 2. tit. 23.* comprehenſis, ſed etiam aliis mandata ſine clauſula licite decerni text. expr. *in d. tit. 23. ibi.* in ſolchen vnnd andern Fällen/in denen/vermög der Rechten à præcepto, ohne vorgehende Erkentnüs/angefangen werden mag; Et Reichs-Abſchied de Anno 1594. 9. So ſoll auch zum fünfften ibi; darumb nicht müglich alle Fälle / in denen mandata ſine clauſula erkant werden mögen/verſchiedentlich zu erzehlen.

Inprimis autem cum pars viæ executivæ ſua 103
ſponte ſe ſubiecit iuxta *l. Creditores ubi Dd. C. de pignor.* Jaſon. *in l. nec quicquam num. 7. ff. de offic. Proconſ.* Anton. Sola *in conſtitut. Sabaud rubr. de clauſulis mandati princ. gloſſ. 2. num. 8.* Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part. 1. cap. 5. per tot.* Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 2. num. 25. & ſeq.* Vincent. Caroc. *deciſ.* 430. vel clauſulæ mit oder ohne Recht in obligatione continentur. Deputat. Receſſ. de Anno 1600. §. ob auch auff obligationes, &c.

Quin etiam licet talia mandata ad quatuor 104
prædictos caſus reſtringi conveniret, nihilominus auguſtiſſimi huius tribunalis juriſdictio ſatis foret fundata: Damnum enim irreparabile dominis impetrantibus impendere quis negat, ſi impotentiam ſolvendi jam ex ipſa Dnn. Reorum confeſſione in exceptionibus §. Dieweil ſie aber/ꝛc. facta manifeſtam & annua Intereſſe acceſsione debitum augeri, conſideratione proſequatur. Quis publicæ ſalutis & tranquillitatis compaginem contingere, inficias ibit, ut pacta ſerventur, & fides contractuum impleatur. Quis denique in mora periculum eſſe non largietur, ſi obæratum debitorem nec amplius annuis reditibus, & Intereſſe ſolvendo, ſufficientem ſortem unquam perſolvere non poſſe perpendat?

Neque officit, quod ubi mora non eſt, ibi 105
nec eius periculum poſsit conſiderari. Initio namq; ille, qui alienum factum indagare tenetur, ignorare non reputatur *c. innotuit. de elect.* Joan Gutirez *lib. 1. quæſt. pract. q. 144. num. 4.*

Imo ſcientia in eo præſumitur, qui ratione 106
officii publici vel privati tenetur inveſtigare poſt Abbat. & Burſat. Surdus *deciſ. 181. num. 4.* Nec relevat ignorantia ſupina, & craſſum impe- 107
dimentum, ſed habetur pro ſcientia & pro non impedimento Hieron. de Cævallos *in ſpecul. commun. opin. quæſt. 724. num. 19.* Cavalcan. *deciſ. 14. num. 40.* Quæ vero Dominis Reis alia cura, niſi ut poſt ſacra de temporalibus Eccleſiæ ſuæ bonis inquirant?

Præterea de ipſorum ſcientia, quam remor- 108
dente conſcientia præfracte negant, luculente conſtat. Prima enim obligatione de Anno 1568. ab hodierno Dn. Ordinis Magiſtro Nicolao Ritter & aliis ſubſcripta: Secunda & tertia eiuſdem ſubſcriptione itidem eſt roborata, & conventus ſigillo corroborata. Quarta ex geminata ipſorum Reorum confeſſione, ulteriore probatione haud indiget. Et quinta ob idem ſigillum & ſubſcriptionem non ignorantes fuiſſe debitores liquido demonſtrat. Cum pro regula traditum ſit, quam quis ſigillavit vel ſubſcripſit ſcripturam, etiam ab alio ſcriptam, eam adprobaſſe cenſeri per authoritates & textus allegatos ab Impetrantibus in Replicis §. Solchem nach/ꝛc. & in hodierno Ordinis Magiſtro proprii facti ignorantia intolerabilis nominetur Adrian. Gylman. *deciſ. 13. num. 60. lib. 1.*

Tandem ulterius ſcientiam probare ex eo 109
fore

fore superfluum, quod proprio ore, sie seyen dieſer Sachen biß auff kleine Zeit hero gantz ohnwissend geweſen/ &c. §. Emmaln ſo ſeyn in exceptionibus, &c. Rei contitentur, ſe igitur aliquam ſcientiam habuiſſe, & per eam in mora conſtitu-
110 tos non negabunt. Minus movet omiſſa, ut ajunt, ab impetrantibus interpellatio, nam ubi obligationi additus eſt dies, eo lapſo mora commiſſa intelligitur per allegata in Replicis §.
111 Ja wann gleich/ text. *in l. magnam. C. de contrab. ſtipulat.* Adeo ut ex Baldo unius horæ lapſum inducere moram, dixerit Anton. Gabriel. *concl. libr. 3. de ſolut. concluſ. 9.* Simon de Prætis *lib. 5. interpretat. 2. dub. 2. num. 180.* text. *in l. emptor. §. Lucius ff. de pact.* ubi Bart. & Dd. communiter. Cravetta *conſil. 73. nu. 1.* Tiber. Decian. *conſil. 29. num. 30. vol. 2.* Roland. à Valle *conſil. 44. nu. 30. lib. 1.* latiſſime omnium Menoch. *lib. 3 præſumpt. 57. n. 33. & ſeqq.*

112 Ratione autem caret, quod mandatum de ſolvendo, non immiſſoriale debuerit decerni, quaſi non ſit gravius mandatum ad dandum, quam ad tradendum Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 163.* ut valde abſurdus ſit Reorum patronus, qui ſuos clientes durioribus conſtringi vinculis neque beneficio Receſſus Deputatorum ſemper frui velit. Quomodo etiam
113 judex ſecularis in Clerici perſonam mandatum de ſolvendo decernere poterit, cum is ejus juriſdictionis ſuppoſitus non ſit? ut ſcribit Anton. Faber *in Cod. lib. 2. tit. 12. definit. 19. num. 7.* & Guilelm. Benedict. *in cap. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelaſiam n. 122.*

Ad alteram exceptionem inficiantur Dnn. actores, ſe unquam uſuras uſurarum à Dominis Reis ſtipulatos eſſe; vel uſuras in ſortem redegiſſe. Præterquam enim ex tenore obligationum eluceſcit, unum ſaltem mutui contractum cum ſtipulatione intereſſe; quatuor vero emptiones, venditiones reditui celebratas, in Replicis ſat eſt deductum, in annuis reditibus
114 acceſſionem ad ſortem non poſſe conſiderari, quippe qui per ſe, & non acceſſorie ad capitale
115 debeantur; & uſurariam pravitatem ſaltem in mutuo attendi *in d. replic. §. zu ohnverſchuldeter/* & §§. ſeqq. demonſtratum. Addo Ruinum *conſil. 163. num. 4. lib. 1.* Franciſcum Milanenſem *deciſ. 20. num. 369. lib. 1.* Vincent. de Franchis *deciſ. 254. n. 12.*

Majoris ponderis videtur tertium Reorum
116 effugium, nihilominus facile initio conceditur, reditus annuos immobilium loco cenſeri, pernegatur tamen talem reditum ſuper profanis Eccleſiæ bonis conſtitui non poſſe. Communis enim Dd. ſententia eſt, interveniente neceſſitate, cæteriſque ſolennitatibus id fieri poſſe text. expr. *in Clem. 1. ibi: niſi neceſſitas de reb. Eccleſ. non alien.* & plurimis authoritatibus firmat Felician. de Solis *de cenſib. lib. 2. cap 3 num. 7.* Marc. Anton. Marſil. *de Eccleſ. reditibus cap. 26. num. 45. p. 3.* Redoan. *d. tractat. de reb. Eccleſ. non alienand. rubr. de conſtit. ann. cenſ. in reb. Eccleſ. nu. 1.* Franciſc. Vivius *commun. opinion. 1052. n. 2.*

117 Solennitates vero hiſce contractibus interveniſſe, vel licite omiſſas fuiſſe, & ſequentibus adparebit. Et quidē ne cauſam alienandi juſtam haud adeſſe quis exiſtimet, conſideret, neceſſe eſt, Prælati una cum conventualibus (præſertim 118
ut hic iterato) factas conceſſiones plene probare etiam in præjudicium Eccleſiæ & ſucceſſoris Zabarell. *conſil. 95. num. 7. lib. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ. 367. num. 5.* qui communem appellat. Conſtitentur vero Domini Rei & eorum prædeceſſores in omnibus obligationibus ſe pecuniam cauſa neceſſa neceſſitatis & utilitatis ſui monaſterii accepiſſe, dem Gotteshauß auß auffgewachſenen Beſchwerungen zuhelffen / vnnd 119
fundbaren hohen Schaden zu fürkommen/ & juſta alienationis cauſa eſt æs alienum text. *in cap. ſicut. 12. quæſt. 2. cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. Auth. hoc jus porrectum, C. de SS. Eccleſ.* Franciſc. Duaren. *de benefic. lib. 7. cap. 9.* Redoan. *de Simonia mentali cap. 30. num 8. part. 1.* Erneſt. Cothman. *d. conſil. 28. num. 11. lib. 1.* poſt alios Cavalcan. *deciſ. 46. n. 353. lib. 1.* Andr. Gylman. *deciſ. 22. n. 11. lib. 2.*

Quod ſi gravata illa Eccleſia, & ex Reorum confeſſione in text. §. Welches auch nit ſchwer/ ibi: vnnd die armen vnſchuldigen Succeſſorn nicht gar mit dem Bettelſtab geſchlagen werden möchten / & paſſim in exceptionibus, num. 4. maxime vero ex conſenſu Dn. Generaliſſimi noviſſime judicialiter exhibiti, & ex ipſa notoria facti evidentia dum omnibus de eo vicinis conſtet, adparet.

Præſuppoſita itaque hac manifeſta neceſſitatis & utilitatis cauſa, ut de ſolennitate contractuum adeo impenſe ſoliciti ſimus, nulla ratio efflagitat. Adeo namque potens eſt cauſa utili- 120
tatis, ut per eam alienatio ſine ſolennitatibus facta ſuſtineatur Guil. Redoan. *d. tractat. rub. 15. de cauſa utilit. numer. 174.* Anton. Sola. *ad conſtitut. Sabaud. tit. defend. decreti Blanchæ. 3. p. gloſſ. non* 121
num. 13. Surd. *conſil. 181. num. 17.* Idem in cauſa neceſſitatis obtinere, docet Natta *conſil. 441. nu. 29.* nec ſolennitatem eſſe obſervandam in rebus Eccleſiæ alienandis, quando neceſſitas ejus ob- 122
ſervantiam non pateretur Redoan. *d. tr. rubr. 8. de reb. mobil. Eccleſ. alien. numer. 51. & rubr. 18. de cauſ. propter quas fit alienat. n. 30. & ſeqq.* Franciſc. Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 25. t. 6. n. 14.* ubi ſic in Rota Romana judicatum ſcribit. Et Prælatus videtur liberatus ab ob- 123
ſervatione ſolennitatum, quando tanta eſt neceſſitas, ut commode authoritas reſcripti nve Papæ excitare non poſſit Redoan. *d. tr. rubr. 12. de reb. exig. immob. alien. n. 13 & ſeq.* Tam enim lex 124
pro homine interponit decretū Dn. Correferens apud Gylman. *deciſ. 51. nu. 47. lib. 2.* Præterea in tali alienatione ſolenitas attendenda eſt, ſecun- 125
dum conſuetudinem cujuſque loci, etiamſi ea prætor juſſit poſt alios Redoan. *d. tr. rubr. de ſolennit. quæ interven. in alien. Eccl. n. 6. & 50.* Quod & innuit Renat. Choppin. *de ſacra Politia lib. 6. t.* 126
8. nu. 18. in fin. modo tamen ea non reinittat omnem ſolennitatem, quia ita includeretur gravamen Eccleſiæ Redoan. *d. loc. n. 43.* Ea namq; diſponere poteſt, ut res ſine ſolennitate alienetur Redoan. *d. tr. rubr. 33. caſ. 18 n. 1. & ſeqq.* Si
modo ut dixi, formæ omiſsio non ſit damnoſa 128

129 Eccleſiæ Cardinal. Mantica *d. tr. lib. 4. tit. 7. n. 20.* Hodierna vero Germaniæ conſuetudine, non ita exacte & adamuſſim ſervari teſtatur Weſen. *conſil. 56. nu. 23. lib. 2.* Erneſt. Cothman. *d. conſil. 28. n. 111. lib. 1.* qui & recte allegat Molinæ *conſi. 44. n. 3. tom. 1.* Petr. Heig. *q. 34. n. 19 part. 1.* Unde & in Imperio receptũ, ut Principes Eccleſiaſtici
130 prælative ſuę menſæ bona ex ſuo & Capituli conſenſu, nulla addita ſolẽnitate, alienare poſſint, ait Dn. Referens apud Gylman. *d. dec. 57. n. 18. lib. 3.*

Veruntamen nec ita exacte, ut Dnn. Rei opi-
131 nantur, allegatæ requiruntur ſolennitates; Nam quod potiſſimum putant, conſenſus Papæ non adeo uſq; eſt neceſſarius, quippe dum demum Extravag. *ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.* locum habet, cum uſu eſt recepta, ita ut eam allegare non ſufficiat, ſed receptam, & in obſervantia eſſe, neceſſum eſt demonſtrare poſt *deciſ.* Rotæ *in deciſ. Mohedani* & Bald. Redoan. *d. tr. rub. 28. caſ. 8. n. 20.* qualem obſervantiam in Germania vigere à Dominis Reis haud eſt probatum.

132 Neq; recta illatione arguitur, quia ex verbis Inſtrumentorum ſuper his venditionibus confectorum tractatum interveniſſe non adparet, eum plane eſſe omiſſum, prout in ſpecie determinant Cravet. *de antiquit. tempor. p. 3. §. 1. nu. 31.* Hentic. à Roſenthal. *de feud. c. 4. concl. 32. in lit. C.* Petr. Gilken. *de præſcript. p. 2. memb. 1. c. 4. nu. 56. & ſeq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132. n. 59.* Ludov. Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 2. c. 6. n. 73. & ſeq.* Surd. *conſil. 28. n. 16.* Anton. Faber. *tit. de reb. alien. non alienand. definit. 7. n. 4.*

133 Conſenſum Capituli à Dnn. Reis certe nullo colore negatum vel inde arguitur, quod ſępedictæ obligationes, non tantum ſub nomine Magiſtri & Conventus conceptæ, verum etiam Cœ-
134 nobii ſigillo ſunt munitæ, Prælati vero & Univerſitatis ſigilla de voluntate eorum cenſentur adpoſita Didac. Covarruv. *pract. q. c. 22. n. 9.* Daniel. Moller. 4 *ſemeſtr. c. 37. n. 40.*

Quod ſi voluntate, ſane conſenſum non defuiſſe, eſt neceſſe. Min⁹ vero opus nomina ſingulorũ Canonicorũ ſeu fratrũ in obligationib. exprimi, quippe ſufficit, ſi denotentur p nomẽ col-
135 lectivũ Guil. Redoan. *d. tr. rubr. 28. caſ. 9. n. 2.* Alphonſ. Villagut. *de reb. Eccl. male alienat. reſtit. lib. c. 32. n. 13.* Cardin. Mantic. *d. tr. lib. 4. t. 7. n. 11.* Inprimis ſigillo adpoſito Villagut. *d. loc. n. 16.* uti nec
136 ſubſcriptio omnium de collegio ita ſtricte requiritur Guil. Redoan. *d. tr. rubr. 29. de ſubſcrip.*
137 *n. 4.* Sic in Gallia percrebuiſſe conſuetudinem, ut ſacrorum quidem collegarum nemo ſubſcri-
138 bat privatim, ſed collegii ſcriba tabulas obſignet vel publicus alius pactorum perſcriptor nomen ſubſignet Renat. Choppin. *d. lib. 6. t. 8. n. 18.*

Et licet hæc omnia non tenerent, in quibuſ-
139 dam tamen obligationibus nihilominus ſolennia præſumerentur. Ita namque ex diuturnitate temporis authoritas Pontificis, abſentium Capitularium vocatio, ſolennitas tractatus & inquiſitio, denique omne vitium & defectus omnis, qui contra contractum allegari poteſt, omnino purgatur, uti poſt Aret. Grat. Jaſ. Dec. Anchoran. Gail. eam ſententiam crebrius placuiſſe, & in judicando omnino ſequendam eſſe ait Erneſt. Cothman. *d. conſil. 28. n. 77. & ſeqq. lib. 1.* Alexan. Trentacinqu. *lib. 3. reſolut. 1. tit. de alienat. n. 31. & lib. 2. reſol. 1. de act. nu. 14.* ad qualem ſolennium 140
alienationis præſumptionem triginta annos requirit Joan. Vincent. Honded. *conſil. 31. n. 9. vol. 2.* Farinac. *dec. 300. n. 3.* Surd. *conſil. 249. nu. 24. & 28.* Bertazzol. *conſil. 17. n. 1. in civilib.* Anton. de Gamma *deciſ. 323. num. 3.* Sed ne, quæ magis videtur urgere, verſionem in utilitatem Eccleſię, cujus probationem Dnn. Rei deſiderant, prætergrediar, ita comparatum eſt. Pecunia mutuo 141
data Eccleſiæ Creditorem eam in ejus utilitatem verſam eſſe, teneri probare, nec ad ejus demonſtrationẽ inſtrumentum ſupermutuo confectum ſufficere, in quibus terminis Dd. ſupra citati loquuntur, quamvis & in mutuo confeſ- 142
ſionem Prælati cum Capitulo factam, quando concurrũt aliæ conjecturę verſionem ſatis evincere, licet contra communem ſentiat Redoan. *d. tr. rubr. 33. caſ. 11. n. 15. & caſ. 30. q. 4. §. item dicit* Imola, Adrian. Gylman. *dec. 99. n. 33. lib. 2.*

Cæterum extra caſum, mutui in reliquis ne-
143 mo ad id tenetur, ſed ſufficit, factum fuiſſe depoſitum, ex Dec. communem Dd. ſententiam, & ita ſæpe in ſacro Auditorio judicatum ait Cardinal. Mantic. *d. tr. lib. 4. t. 7. num. 25.* poſt Bart. Corn. Alex. Molin. in emptione annui reditus 144
loquens, Adrian. Gylman. *dec. 51. nu. 22. lib. 2.* Et in inſtrumento pecuniam in rem Eccleſiæ verſam eſſe aſſerenti quod credendum ſit, planeq; in noſtris terminis firmat poſt gl. *in c. quod quibuſdam verb. in utilitatem ibi: à contrario de fide juſſ.* Innocent. *in c. 1. n. 1. de depoſ.* Marian. Socin. Senior, *conſil. 15. n. 22. vol. 1.* Philip. Dec. *conſil. 36. n. 8. verſ.* Tertio principaliter, ubi communem opinionem dicit Erneſt. Cothman. *d. conſi. 30. nu. 137. & 138. lib. 1.* Quinimo propter temporis antiquitatem verſio inutilitatem Eccleſiæ præſu- 145
mitur poſt Socin. *d. conſil. 15. n. 54. cum ſeq. vol. 1. & conſil. 266. n. 34. vol. 2.* Alexand. Trentacinq. *lib. 3. reſol. tit. 1. de alienat. n. 31.* Cravet. *de antiquit. temp. part. 3. § vidimus in genere, n. 26.* Dec. *d. conſil. 36. n. 8. verſic. Tertio animadvertendum eſt.* Præſertim, ſi inſtrumentũ id affirmet Erneſt. Coth- 146
man. *d. conſi. 30. n. 139. vol. 1.* Eaq; concluſio procedit, quando agitur de gravi præjudicio Eccleſiæ, dummodo ſint tranſacti 30. anni poſt Ruin. 147
conſil. 86. n. 5. vol. 1. Alex. & Dd. *in l. ſciendum ff. de V. O.* Trentacinq. *d. loc. n. 31.* Sed etſi contra communem in judicando receptã opinionem probationem illam verſionis neceſſario fieri oportere largiter, nihilominus tamen & eam legitime à Dnn. Actoribus completã optima ratione aſſeretur. Licet enim ex communi Dd. ſententia 148
vere probari eam conveniat, conjecturis tamen id effici poſſe exiſtimare omnes notat Menoch. *de arb. iudic. q. caſ. 432. n. 33.* & veriorem eam dicit, & quam plerique ſequantur. Quia vero pro- 149
batio eſt admodum difficilis, & lex ipſa non patitur reſtringi probandi facultatem, *l. quoniam 21. C. de hæretic. & Manich.* Cardin. Mantic. *d. tr. lib. 8. tit. 14. n. 5.* & decidendo ſequitur Farinac. 150
deciſ. 302. n. 2. Et ex conjecturis manifeſte de re aliqua poteſt conſtare *l. licet. Imperator. 74. ff. de* 151
legat 1. Et probationis appellatione etiam probatio conjecturalis continetur, quia lex conjecturam accipit pro veritate poſt Baldum Cardinal.

dinal. Mantica *d.loc.nu.*13. ubi hanc sententiam ideo recipiendam ait, quod si pernicioſis ſubtilitatibus Eccleſia in eo uteretur, non inveniret etiam tempore urgentis neceſſitatis, cum quibus poſſet contrahere arg. *l. verum.*11.§. *ſi locupleti 5 ff. de minor.*

151 Si nunc conjecturas, per quas illa ſuppletur, introſpiciã, nemo puto contra expreſſiſſimum præfati à Domino Generaliſſimo dati conſenſus omniumque obligationum tenorem negáverit, tempore ſolutæ pecuniæ Eccleſiam ſeu Cœnobium ſæpedictũ non egviſſe, nec de prudentia & probitate adminiſtratorum quis dubitaverit nec modicam eſſe ſummam, quæ in dubium revocatur, iverit inficias. His namq; conjecturis verſionem evinci docet Menoch. *de arb. jud.q.caſ.*432.*n.*34. *& ſeq.* Card. Mantic. *d.tr.lib. 8.t.*15.*n.*1. *& ſeq.* Et communis Dd. ſententia eſt,

153 ſufficere, ſi probetur indigẽtia Eccleſiæ, & eã eſſe ſuppletam Andrian. Gylman. *dec.*51.*n.*38. *lib.*2.

Deniq; tota hæc materia probationum in ar-

154 bitrio judicis eſt poſita, qui varie ex cauſis & perſonis poteſt definire; Nam durum eſſet, ꝙ qui mutuam Prælato dederint pecuniam, ut pro impetrando Pontificis conſenſu Romam proficiſcatur cum ꝙ defenſione ſuæ Eccleſiæ debeat eſſe ſolicitus, ut pecunia pro neceſſitate Eccleſię impendatur, vel ſi mutuat pro agrorum cultura,

155 debeat ire vel mittere teſtes ad viden dum dictam culturam, & ideo ſatis eſt, ſi probaverit, tunc temporis aliquam fuiſſe neceſſitatem, ut debuerit ei ſubvenire poſt Abb. & Purpurat. ſic eleganter docet Cardinalis Mantica *d. lib.* 8. *tit.* 15.*n.*1. Ex quo contractus præfatos de jure validos & firmos eſſe conſequitur.

Haud vero quarto loco adductam præven-

156 tionẽ moror: Quoniam niſi ſola aſſertione probatum Dnn. Impetrantes unquam à Cæſ. Majeſtate vel ipſius delegatis in judicium vocatos & citatos eſſe, quod tamen ad præventionem inducendam jure eſt requiſitum per allegata à Grævęo *concl.*29. *conſiderat.*2.*n.*1. *lib.*1. Alphonſ. de Azevedo ad *conſtit. reg. Hiſpan. lib.*8.*t.*13.*l.*10.

157 *n.*50. Siquidem ea ſaltem præventio attenditur, quæ fit per citationẽ Matt. de Afflict. *dec.*219.*n.*3.

Præterea jus Advocatiæ & protectionis, quod Dnn. Rei prætendunt, nullã tribuit juriſdictio-

158 nem c. accepimus, c. in parte, de privileg. præter allegatos à Dnn. Impetrantibus in Replicis Caſtrenſ. *conſil.*313. *poſtremo nu.*3. *vol.*1. Natta *conſil.* 636.*n.*1. Simon. Piſtor. *conſil.*19. *num.*18. Tiber. Dec. *conſi.*58.*n.*122. *vol.*1. Alexan. Raudenſ. *conſil.*27.*n.*39. *vol.*1. Roſenthal. *de feud. c.*4. *concl.*14. *n.*4. *lit. d.* Et ita in Camera practicari refert Tilemann. de Benignis *Syntagm.* 1. *dec.*2. *vot.*8.*n.*10.

159 *& dec.*4. *vot.*16.*n.*2. *&* 4. Grævæus 2. *concl.*54. Ut ſic Cæſ. Majeſtas ratione Landgraviatus Alſatiæ, cui id jus protectionis hæreditario nexũ jure innuitur, neq; potuerit Dominos Impetrantes, uti immediatos citare. Et quamvis Imperii, quæ tamen & alias competit, ex eo protectionis jure tribuamus Juriſdictionem, cum ſummum hoc Tribunal in ea concurrat, hicque præventum ſit, nihilomagis Reos ea exceptio relevabit.

Denique nullius valoris eſt, ultima ſibi parum conſtans exceptio, cum in frontiſpicio exceptionum Cœnobium abunde ſolvendo eſſe, ipſimet Rei glorientur. Quamvis enim Canones 160
quatuor diſpenſandorum bonorum Eccleſiaſticorum (quæ bona partis adverſæ patronus ſpiritualia indigitat, cum vere temporalia exindeq; in commercio ſint) modos & ut una pars pauperibus diſtribuatur, propoſuerint & præceperint, *c. vobis. c. Vulterran. c. conceſſo. c. quatuor & ſeqq.* 12.*q.*2.*c. præſulum*, 16.*q.*3. Franciſc. Duaren. *de benefic. lib.*2.*c.*1. *infin.* M. Anton. Marſil. *de redit. Eccleſ. c.*23.*n.*34.*p.*3. Quo etiam reſpectu bona 161
Eccleſiæ pauperum dicuntur *c. indigne. c. aurum* 12.*q.*2. Alphonſ. Alvarez. Guerrer. *in ſpec. dignit. Eccleſiaſt. & Polit. c.*6.*n.*4.

Tamen ſi tenues ſint Epiſcopi facultates, ei 162
haud gravate permittitur, ut nec pauperum, nec aliorum habita ratione, totas eas ſibi retineat, quamvis diviti & opulento id minime concedatur Marſil. *d. tract. c.*25.*n.*37.*p.*3. Et ſi generalis ita ſtrueretur conſequentia, ex bonis Eccleſiaſticis pauperes & afflictos ſuſtentari, ideoq; in eorum præjudicium alienationem fieri non poſſe, ſane ego nõ video, an ulla ab Eccleſia poſſit fieri alienatio, niſi forte vel divesea ſit, vel ex alienatione percipiat emolumentũ. Iniquiſſimuum vero eſſet, tali prætenſione cõtractum bona fide initum reſcindi, & vel propter inconſideratam Prælatorum adminiſtrationẽ, vel damnum fortuito emergens, aliis facultatibus ſuis illicite 164
defraudari. Scriptura ſacra inculcat pauperibus non miſerendum in judicio, ne fiat diviti injuſtitia *Levit. c.*19 *Deut. c.*1. Cavalcan. *dec.*27.*num.* 20.*part.*1. Federic. Scotus *conſil.*39.*nu.*12. *lib.*1. 165
*tom.*1. & ita Pauperibus favendum, ne aliis fiat injuria *c. ex timore de for. comp.* nec ita tuenda ju- 166
ra privilegiatorum, ut aliena pertu bentur *c. nolentes. de privileg. in* 6. Surd. *tract. de aliment. tit.* 1. *q.*120.*n.*4.

Et cauſa pauperum, quantumvis favorabilis, 167
non debet alteri præjudicare Gerhard. Mynard. *deciſ. Tholoſan.* § *n.*1. *lib.*2. Hanc igitur cum ICto Tryphonino *in l. bona fides, ff. depoſit.* juſtitiam eſſe dicamus, quæ ita ſuum unicuique tribuit, 168
ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore petitione. Aut igitur ab illis, qui rei perditæ anſam præbuerunt, damna ſua repetant, aut ſibi imputent, quod male in re verſantes elegerint, & juſto tempore non removerint, tertio vero, qui nihil culpæ, ſed magis beneficio dignum egit, quod objiciant, certe non invenient, multo minus conſtantem & rectum judicem à tramite juſtitiæ deflectunt, cui exploratum eſt, precibus 169
calamitoſorum nõ oportere illachrymari juxta IC. Calliſtratum *in l. obſervandum*, 19. *ff. de offic. Præſid.*

Quid pronunciandum?

CONfeſſio ſane gemina Reorum quoad penultimam obligationem facta, & authoritas Pontificis, quæ ſine aliis ſolennitatibus alienationem firmat, & omnes defectus ſupplet per 170
*c. quoties de pact. c.*1. *de tranſact. l* 2. *C. quand. decret. op. non eſt.* Trentacinq. *reſol. lib.*5. *reſol.*1. *de alienat. num.*30. Farinac. *deciſ.*207 *num* 2. *& deciſ.*222. *num.* 3. quique hic interveniſſe una cum conſenſu Imperatoris in Schrifft an ſtat mũd. lichen Receß/ Num. 9. in princ. affirmatur, fa- 171

ciunt

ciunt, ut nullus dubitem Mandatum quoad 12000. fl. omnino confirmandum, & Dnn. Reis partitionē injungendam eſſe. Idem etiam quoad primam, ſecundam & ultimā ſtatuerem quippe cum cōmunis ſit ſententia, ex inſtrumento, aliis, ut hic, accedentibus conjecturis, verſionem in
172 rem ſufficienter probari, niſi me moverent, quod in Receſſ. Deputat. de Anno 1600. cautum, ne Mandata ſine clauſula eo caſu niſi contra immediatos, quales Dominos Reos haud eſſe autumo, decernantur §. Ob auch. ibi: da ſonſt vnſers Keyſerlichen Cammergerichts Juriſdictio fundirt, &c. & §. Gleicher geſtalt/ ꝛc. ibi: doch in den Perſonen vnd Sachen/ ſo ohne Mittel an vnſer Keyſerlich Cammergericht gehörig / vereor enim, ut ſatis ex continentia cauſæ Juriſdictio poſſit fundari.

173 Quantum ad poſtremā obligationem, conſideratione dignum eſt, quod ex Pontificis confirmatione & authoritate per cōſequentiam ſaltem ſit ſtabilita, quippe cum ſemel ab eo permiſſa ſit, & annui reditus venditio ex cujus reditus intermiſſa ſolutione, etiam fatentibus Reis, poſterius debitum ſubortum.

174 Tertia ex cauſa mutui proveniens obligatio majorem verſionis probationem requirit, inq; igitur hoc tempore nihil ſtatui poſſe exiſtimarē. Et demum ſaltem quoad 12000. flor. & reditus
175 inde ſolutos Reis partitionem cum eventuali comminatione declarationis pœnæ injungendam, & coſdem pure ſimul in expenſas condemnandos, mihi juri conſequens videtur.

176 Etſi enim cauſa hæc perplexa & difficultatibus involuta, & exinde compenſatio expenſarum regulariter facienda ſit Cæſ. Barzius *deciſ. Bonon.* 134. *num.* 9. Alexand. Raudenſ. *deciſ. Piſan.* 22. *num.* 74. Simon. de Prætis *conſil.* 20. *nu.* 22. *cent.* 1.

Attamen cum hic verſemur in expenſis conventionalibus ex contractu & ſtipulatione de-
177 bitis. Siquidem Rei in omnibus obligationibus ſeſe etiam ad expenſarum & damnorum ſolutionem diſerte obſtrixerint, juſta cauſa litigandi victos ab expenſarum hujuſmodi refuſione non eximit Tiraquell. *de retract. convent.* §. 1. *gloſſ.* 2. *nu.* 58. Joan. Bapt. Aſinius *in praxi judiciorum*, §. 32. *limitat.* 1. *in ſublimit.* Covarruv. *pract. quæſt. capite vigeſimo ſeptimo, numero tertio, verſic. Hac tamen.* Hartman. Piſtoris *libro primo, quæſtione undecima, numero tertio & quarto*, Cavalcan. *deciſ.* 15. *numero vigeſimo nono, part.* 1. Stephan. Gratian. *deciſ.* 33. *numero nono*, Bernhard. Muſcatell. *prax.* 7. *gloſſ. condemnando, num octuageſimo quin-*
178 *to, ubi num. ſeq. addit.* quod Judex in ſententia in abſolvendo partes ab expenſis, intelligitur ſolum ab expenſis iudicii, nō ab expenſis conven-
179 tionalibus abſolvere; ubi vide plures allegatos. Et num. 86. dixit, adeo iſtud procedere, ut non obſtante abſolutoria pars obtinens poſſit petere eas.

Salvo.

THOMÆ MERCKELBACHI.

CONSILIVM CXXXII.

In cauſa dotis

Borck contra Borck.

SVMMARIA.

1 FActi ſpecies.
2 *Dos in vita patris vel poſt mortem patris peti pōteſt.*
3 Dos *viventepatre vel jure actionis, vel officio judicis exigitur; & num.* 4. 5.
6 Dotis quantitas, *ſi expreſſa non ſit, vel in Tertii cujuſdam, vel in ipſius promittentis arbitrium confertur; & numer.* 7 *utroque caſu conſtitutioni illi atque arbitrio præciſe ſtandum eſt n.* 8. *Si neque tertius, neque promittens arbitrari velint, favore dotis ad arbitrium boni viri vel judicis recurritur, num.* 9. *Quanam cautiones in hoc arbitramento adhibendæ ſint? num.* 10. 11. 12. 13.
14 Arbitrium *judicis idem eſſe debet, quod arbitrium boni viri; & num.* 15.
16 Dos *poſt mortem patris ſemper jure actionis exigitur.*
17 *Ad quem caſum exigendæ dotis in vita Patris* præſens hypotheſis *accommodanda ſit? & num* 18. 19. 20.
21 Pactum de non petendo *in filiofam. vēdum genero pactiſcente validum eſt; & Actorem à limine judicii repellit nu.* 22. *litiſque ingreſſum impedit n.* 23.
24 Pacta nuda *olim ſaltem obligationem naturalem induxerunt, ſed hodie inter pactum deliberatum & ſtipulationem nihil eſt diſcriminis, adeoque civilem producit obligationem num.* 25.
26 Pacta de dote *antiquo etiam jure erant legitima, & ſic quoque jure civili vallata.*
27 Germinatio *etiam in pactis nudis olim efficiebat, ut ex illis daretur actio:*
28 Pactum *contractui ſponſalitio in continenti adjectum actionem indubie parit.*
29 Stipulatio *hodie etiam per ſcripturam inter abſentes contrahitur.*
30 Nemo *ſine actione experitur.*
31 Actio de dote *an demum ope exceptionis tollatur.*
32 Exceptiones peremptoriæ *in cōtinenti liquidabiles ante litis conteſtationē opponi poſſunt.*
33 In notoriis *ordo juris non requiritur.*
34 In patris viventis *eſt arbitrio, quomodo filiam dotare velit; & n.* 37. *Declarationes hujus deciſionis, n.* 38. 39. 40. 41. 42. 43.
35 Pater *pro liberis optimum conſilium capere cenſetur.*
36 Affectus *nullus vincit paternum.*
44 Dos *mille florenorum magna dicitur, etiam Comiti congruanu.* 45. 46. *Qua in reſpectatur ratio cōſervandæ agnationis & familiæ n.* 47.
48 Dotis conſtitutio *juxta conſuetudinem Familiæ moderanda eſt; & n.* 49.
50 *In* Dotis quantitate *taxanda attendenda eſt Loci, Regionis ac Patriæ conſuetudo.*

Dos

51 Dos *minor legitima ex consuetudine patriæ constitui potest; & n.* 52.

53 Legitima *liberorum statuto minui & augeri potest.*

54 *Respondetur ad contraria hoc, & n.* 55. *& seqq. & n.* 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87.

56 Dos *ex feudis antiquis filiabus nulla debetur; imo nec legitima n.* 57.

58 Fœminarum *jus in feudis dicitur, quod in illis nihil juris habeant.*

59 Filiæ *quando ex feudis dotentur? & quando dos succedat loco alimentorum? n.* 60. 61.

62 Dos *in defectum bonorum allodialium ex feudo constitui solet arbitrio Domini.*

88 Actor *hoc casu in expensas condemnandus, & quare.*

89 Judex *tenetur resarcire compensas, si absq; justa causa, partem succumbentem, ad refundendum eas, non condemnet.*

90 Judex *ad expensas condemnationem facere potest, licet à parte adversa non sit petitum; & n.* 91. *&* 92.

93 Patrimonia *publicis æstimationibus haut subjici, nec manifestari debent.*

SUFFRAGANTE JEHOVA.

Ĭsis ac diligenter perlectis; quæ hactenus in Curiali Illustrissimi Ducis Sedinensium Judicio, inter Georgium Henricum Borcken Actorem, & eiusdem Socerum Franciscum Borcken, Reum, cumulata sunt, actis; animadverto talem Facti speciem inter litigantes disceptari.

1 Actor prædictus, Rei prænemorati filiam natu majorem, Benignam nomine, matrimonio sibi copulari petiit. Re deliberata non abnuit Reus; si actor in certas quasdam conditiones consentiret. Quas inter & illa est, fons ac fomes præsentis controversiæ; ut Socer, dotis liberam habeat dispositionem, quam tamen secundum affectum & conscientiam paternam, pro consuetudine Nobilitatis, & dignitate suorum dotalium, denique juxta feudorum ac bonorum suorum qualitatem ac proprietatem legitime se arbitraturum, ultro recepit. Subscribit istis conditionibus Actor, & ita coit matrimonium. Quin & post contractum jam matrimonium denuo solenniter ad observantiam dispositionis paternæ, Soceri sui, se obligat & ad 1500. florenos in pecunia numerata interim accipit; donec de integra ipsi summa satisfiat. Ac primo sane novi conjuges per tempus aliquod mensa & convictu soceri ac patris sui fruuntur. Cæterum intercedentibus nonnullis offensionibus, Reus Actorem à se migrare jubet. Non repugnat Actor, sed tamen Socero de quantitate dotis movet controversiam: quasi is filiam suam congrue non dotarit. Ideoque à Principe petit, se in bona nonnulla sui Soceri, donec dos legitime, & congrue fuerit assignata, immitti.

Adducit pro fundamento 1. Quod Socer ultrà feuda Marchicà, amplissima etiam bona à Ducibus Pomeraniæ in feudum recognoscat, eaque pleno jure, & citra ullius oneris alieni gravamen, tempore nubentis filiæ possederit.

2. Quod Anno 608. quo tempore uxor Rei conventi defuncta est, 29000. florenos, in pecunia numerata, aut nominibus habuerit.

3 Quod multa sint in feudis bona mobilia, adeoque allodii jure censenda, quæ ultra valorem 8000. florenorum ascendant, vide libellum articulatum art. 15. 16. 17. 20.

His omnibus computatis dicit uxori suæ dotis nomine ad minimum 18000. florenos dependi debere. Cum vero Socer in pactis dotalibus, & dispositione paterna filiæ saltem 3000. florenos in dotem assignaverit, inde enormissimam læsionem arguit, utque Dos isthæc incongrua ad congruam reducatur, implorato Judicis officio petit.

Reus ex adverso opponit Genero: 1. Ipsius consensum in dispositionem paternam. 2. Quod alias in patris viventis arbitrio consistat quomodo dotare velit, aut possit Filiam. 3. Quod præsumptionem congruæ dotis pro se habeat, siquidem pater optimum pro liberis consilium capere existimatur: Neque ullus est affectus, qui vincat paternum. 4. Quod in subsidium saltem dotes constitui soleant ex feudis: Non vero quando alias filia ex allodialibus pro dignitate Natalium, dotari potest. 5. Allegat consuetudinem majorum suorum in constituendis dotibus; in quibus conservandæ agnationis rationem semper habuerint. 6. Adducit exemplum Comitum de Eberstein, in eodem Ducatu Pomeraniæ convasallorum, qui dotem suis filiabus ultra istam quantitatem 3000. florenorum non assignent. 7. Dicit, se non solum tria millia florenorum filiæ in dotem dedisse, sed & alias pecunias assignasse, quarum quantitas, usque ad 10000. florenorum assurgat.

Concludit igitur, Generum de læsione conqueri non posse, ac proinde tanquam sine actione agentem, imo propriæ suæ obligationi contravenientem à limine judicii repellendum esse.

Hinc quæritur: Utra pars meliori jure nitatur? Et, an Actor adversus Reum petionis suæ fundatam in jure habeat intentionem?

In qua controversia non eundo per ambages breviter & decisive sic statuo: Actorem adversus Socerum non habere fundatam intentionem: Sed à limine judicii repellendum, est ad observantiam initæ stipulationis compellendum: Atque è converso Reum ab ipsius impetitione penitus absolvendum esse: Condemnato insuper Actore in expensas ob manifestam litigii temeritatem.

Quæ decisio ut eo fiat evidentior, præmittendum est: Duobus potissimum temporibus, à Genero aut filia dotem peti posse.

Primo In Vita Patris *l. si extraneus circ. 2 fin.*

fin. ff. de jur. dot. l. fin. C. de dot. promiſſ. cum ſimilibus. Secundo POST PATRIS MORTEM *l.* 4.
3 *C. de dot. promiſſ. l. ſi filiæ, ff. de Legat.* 3. Quando Dos in vita Patris exigitur, fit illud aut jure actionis *l. ſi pro dote C. de promiſſ. dot. l. un. C. de rei uxor. action.* Faber. Jaſon. Zaſ. & Doctores communiter in §. *fuerat, Inſt. de Actionibus.* Aut officio judicis, *l. qui liberos ff. de rit. nupt. d. l. f. C. de dotibus promiſſ.* gloſſ. *in l. obligantur in verbo Lege ff. de V. O.* ubi Br. & Dd. communiter. Gabr. Mud. *in d. §. fuerat, numero decimo,* ibidemque Schneidevvin. *numero quinquageſimo*
4 *Inſt. de Action.* Jure actionis, quando pater expreſſe, ſive paciſcendo, ſive ſtipulando dotem promiſit *d. l. 3. ibi: competentibus actionibus C. de dot. promiſſ. d. l. un C. de rej. uxor. action. d. §. fuerat. Inſtit. de Action.*

5 Promittit autem pater dotem, vel adjecta certa quantitate; vel ſine ea. Si certa quantitas ſtatim adjiciatur, res non habet dubitationem, quin expreſſæ conventioni per omnia ſtandum ſit. *l. ſi mulier in pr. l. ſi ei nuptura. l. tali. cum ſequentibus ff. de jur. dot.* Quorſum facit generalis pactorum æquitas & humanæ fidei reverentia *l. 2. de pact. l. 1. de conſt. pecun. & jurib. aliis vulg.*

6 Quod ſi certa quantitas non exprimitur, iterum ea, vel in Tertii cujuſdam *l. ſi quis arbitratu & ibi. Doctores ff. de V. O. l. ſi cotta, ff. pro ſocio. l. in perſonam* §. 1. *ff. de R. I. l. 1. in*
7 *pr. ff. de Legat.* 2. Vel ipſius promittentis arbitrium & voluntatem confertur *l. poſt divortium* §. *gener à ſocero ff. de jur. dot. d. l.* 3. *C. de dot. promiſſ.* Bl. Novell. *in tract. de dotib. p. 6 privileg.* 8. *& ſeqq.*

8 Utroque caſu; quando vel tertius vel ipſe promittens ex pacto certam dotem conſtituit, conſtitutioni illi, atque arbitrio præciſe ſtandum eſt, utpote cum in eam quantitatem, quam definirent, utraque pars conſenſerit, *d. l. ſi quis arbitratu & ibi Doctores de V. O. d. l 1. de pact.* Textus elegans *in l. diem proferre* §. *ſtari autem debet ff. de recept. qui arbitr. ubi clare dicitur.*

Stari autem debet ſententiæ Arbitri, quam de re dixerit: Sive æqua ſive iniqua ſit: Et ſibi imputet, qui compromiſit. Nam & D. Pii reſcripto adjicitur, vel minus probabilem ſententiam æquo animo ferre debet.

9 Quod ſi neque Tertius neque promittens arbitrari velint, aut morte præventi aliove ex impedimento nequeant, tum demum favore Dotis, ad arbitrium boni viri vel judicis decurritur text. *in d. l. cum poſt.* §. *gener. in verb. Arbitrario quoque detracto ff. de jur. dot. d. l.* 3. *C. de dot. promiſſ.* Alex. Jaſon. & Dd. communiter *in d. l. ſi quis arbitratu,* Ripa *in l. ita ſtipulatus numero trigeſimo quinto, de V. O.* Sol. Novell. *in tractat. de dot. p. 6. privil. 9.* Jacob. Menoch. *de A. I. R. libro primo, quæſtione ſexageſima octava, numero trigeſimo nono & conſ. 93. numero undecimo verſ. illud tamen ante omnia volumine primo, cum ibi allegatis.* Quo caſu Dos conſtituenda eſt, pro modo facultatum ejus, qui promiſit, & ſecundum dignitatem natalium viri ac mulieris, *d. l. cum* 10
poſt divortium §. *gener. cum* §. *ſeq. de jure dot. l quaro eod. tit. l. tam dementis C. de Epiſcop. audient. l.* 25. *C. de Nupt. l. ſi curatores* 9. *C. de adminiſtr. tutor.* Qua in re numerus etiam liberorum attenditur *d. l.* 11
ſi filia de Legat. 3. Pariſ. *conſ.* 26. *numero octuageſimo octavo, volumine tertio.* Item conſuetudo loci ac Regionis; Dec. *conſ.* 26. *numero quarto,* 12
Card. Pariſ. *d. conſ.* 26. *numero nonageſimo, volumine tertio.* Thom. Grammat. *deciſ.* 101. *numero trigeſimo nono & ſexageſimo ſexto,* Jacob. Menoch. *de A. I. R. l.* 2. *cap.* 149. *numero trigeſimo* 13
octavo. Et maxime conſuetudo ejuſdem familiæ, Dec. *d. conſ* 26. *n.* 4.

Eademque omnia conſideranda ſunt, quando etiam judicis officio, in vita patris, filiæ Dos aſſignanda eſt. Siquidem idem debet eſſe arbitrium judicis, quod arbitrium boni viri, *l. con-* 14
tinuus §. *cum ita. de V. O. l. ſed ſi unus* §. *prætor ait. de injur. l. cætera* §. 1. *famil. herciſc.* Menoch. *de A. I. R. libr.* 1. *in proœm. n.* 6. Atque his omnibus caſibus, nulla certa quantitas in toto jure 15
definita eſt, ſed omnia vel utriuſque contrahentium, vel ſolius patris, vel boni viri, vel judicis relinquuntur arbitrio, *per jura modo allegata.*

Poſt mortem Patris Dos exigitur ſemper jure 16
Actionis, & hoc caſu de ejus quantitate maxima eſt Doctorum concertatio: nonnullis eam in meram patris teſtantis voluntatem: Aliquibus in judicis arbitrium conferentibus: Aliis denique eam ad quantitatem legitimæ non infra ſtatuentibus. Cæterum cum Socer à quo dos petitur adhuc ſit in vivis, atque proinde totus hic caſus ſit extra terminos præſentis controverſiæ, operæ precium non eſt, excutiendis his opinionibus, loco & tempore incongruo, diutius immorari.

Videamus ſaltem, ad quem caſum exigendæ Dotis, in vita patris præſens iſthæc hypotheſis 17
accommodanda ſit.

At ſane ex actis apertiſſime conſtat, quod Socer Genero ſuo dotem expreſſe promiſerit, non tamen adjecta ſtatim certa quantitate, ſed ſecundum affectionem paternam; Conſuetudinem Nobilitatis; Dignitatem natalium, & qualitatem bonorum, libere deinceps ab ipſo arbitrandam.

Conſtat item, quod Gener multoties, ſub ſi- 18
de ſigilli, propriæque manus ſubſcriptione, liberam hanc Dotis arbitrationem Socero libenter permiſerit. Palam denique eſt, quod ſocer excuſſis viribus ſui patrimonii, ſecundum conſuetudinem convaſallorum etiam potioris gradus veluti Comitum de Eberſtein, & præclaritate generis, cumprimis etiam attento liberorum numero (quitribus filiis, tribuſque filiabus continetur) certam dotem filiæ aſſignaverit, quę nomine quidem & ſubſtantia, tribus florenorum millibus concluditur, ſitamen augmenta & acceſſiones, quæ in dotem imputari, tam de jure quam conſuetudine neceſſe eſt, aggreges, & præterea tam maternam quam paternam reliquam hæreditatem excipias, prope ad ſeptem florenorum millia aſcendit.

Iſtis

19 Istis ita in facto citra controversiam se habentibus facile Ius paulo ante præpositum accommodari potest: Vbi ostendimus: Quantitate Dotis in arbitrium Soceri collata, si is eam
20 æstimet, illi arbitrio omnino standum esse. Cum Lex certam quantitatem doti, in vita patris non præfiniat *d. §. cum gener. ff. de iur. dot. vbi verba*: detracto quoque arbitrio: idem sonant, ac si diceretur: Non subsecuto Socij arbitrio, aut eo detractato: vel Socero nolente arbitrari, Vt proinde à contrario, si is æstimet, non opus sit, ad alios modos arbitrandæ dotis confugere.

Et sibi imputare debeat, qui Socero liberam illam æstimationem spontanea voluntate commisit *d. l. diem proferre. §. stari autem debet. de Recept. qui arb.* Necessum est igitur ut Gener idemque Actor in Assignatione Dotis à Socero facta, nunc acquiescat, maxime cum ultra Iuris communis apertam dispositionem, etiam speciale pactum, de NON PLUS petendo, sive quod idem est, ratificanda neque impugnanda patris voluntate, in assignatione Dotis sit interposi-
21 tum. Cuiusmodi sane pactum etiam in filiafamilias, nedum Genero paciscente validum est, per text. *in l. & hæredi. §. 3. ff. de pact.* Atque eius est efficaciæ, ut Actorem, nostris quidem tem-
22 poribus ab ipso Iudicii limine repellat: Vtpote præcedentem actionem penitus extinguendo; *l. si decem. §. de pignore. ibi: tollitur per exceptionem ff. de pact. l. Iuris Gentium. §. si paciscar. cum seqq. l. si pactus sum. l. si convenerit, de pact. l. ubi pactum, ibi: Ante cognitionem causæ. C. de pact.* Textus præterea datus in *l. creditori C. de pact.* ubi expresse dicitur, Debitorem per pactum de NON petendo, ab obligatione: & sic actione liberatum esse, idque traduntibi Dd. Fulgos. & Ale-
23 xand. *n. 2.* Iason. *num. 6.* Alciat. *n. 27.* Atque inde in specie, quod Exceptio Pacti de non petendo, litis ingressum impediat, tradit Zanger. *de Except p. 3. C. 13. n. ult.*

Quamvis enim olim, cum pacta nuda saltem
24 obligationem naturalem inducerent, atque ob id actionem efficacem nullam parerent, regulariter actio civili Iure subnixa, per pactum, quod sola naturali æquitate sustinebatur, tolli non posset, *§. præterea, cum ibi notat. Inst. de Except. l. stichum §. naturalis ff. de solution. arg. l. nihil tam naturale ff. de R. I.* pulchre Wesemb. *in parat. de pact. n. 9. in fin.* Tamen cum hodiernis moribus
25 inter pactum deliberatum & stipulationem nihil sit discriminis, adeoque pactum hodie notoria consuetudine, civilem producat actionem eleganter Wesemb. *in parat. ff. de pact. numer. 9.* mirum non est, si actionem etiam suis viribus tollat, *l. si unus §. pactus ne peteret. ff. de pact. l. legiti-*
26 *ma eod. tit.* Wesemb. *dict. loc. num. 9. circ. fin.* Imo antiquo etiam jure pacta de Dote erant legitima, & sic civili etiam Iure vallata *l. ad exactionem. C. de dot. promiss. l. un. in pr. C. de rei uxor. action.* Non attingendo, quod hoc simul pactum aliquoties iteratum sit, ut de enixa & deliberata voluntate Generi paciscentis plus satis con-
27 stet. Cuiusmodi geminatio etiam in pactis alias plane nudis olim efficiebat, ut ex illis daretur actio. *t. t. ff. & C. de constit. pecun.* late Iason. *in l. Iuris Gentium, §. sic cum nulla. numer. 16. de Pact.*

Silendo item, quod contractui Sponsalitio in 28
continenti sit adiectum, quo casu actionem indubitato parit, & sic civili quoque jure subnixum est, ut ad tollendam actionem contrariam valere possit *d. l. Iuris Gentium. §. quin imo ff. de pact. l. in bonæ fidei 13. C. eod. l. lecta ff. de reb. credit.*

Quod si ulla remaneret hac in parte dubita- 29
tio; Nihil tamen vetat dicere, non pactum hoc loco, sed stipulationem intercessisse, maxime pro consuetudine nostrorum temporum, quibus illa etiam per scripturam inter absentes recte contrahitur Wesemb. loc. idem Wesemb. *in addit. ad Schneidewin. sub tit. de Obl. rubr. de pact. n. 9. vbi dicit*: Hoc jus hodie servari, ut consentaneum Iuri divino Fortun. Garz. *c. 1. de pact.* Treutl. *lib. 1. disputat. 6. thes. 9. lit. B.* quæ dubio procul actionem ipso Iure tollit, *§. 2. Instit. quib. mod. toll. obligat.* textus clarus *in d. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de Pact.*

Vnde relinquitur, quod in hac hypothesi 30
Gener contra Socerum sine actione experiatur; adeoque ab ipso Iudicii limine repellendus sit, ne reddatur eluforium, & ut sumptibus minime necessariis parcatur. *l. si pupilli 1. §. videamus. ff. de negot. gest gl. & Dd. in d. l. ubi post. C. de transact.* Alexand. *in l. Creditori. C. de pact.* Ludov. Roman. *cons. 466.* Marian. Socin. *in cap. 1. num. 30. extr. de lit. contest.* Angel. *in §. æque Instit. de Except. col. 10.* Capell. Tholos. *decis. 67.* Ayn. Cravett. *cons. 191. n. 1.* ubi complures alios in hanc sententiam adducit Menoch. *de A. I. Q. lib. 1. q. 16.* Ioh. Baptist. Alon. *in prax. Iudic. §. 13. nu. 5. & 6.* Gail. *2. observ. 17. n. 3. cum ibi allegatis.*

Quod si hoc adhuc quis attendat, non peni- 31
tus expirasse actionem de Dote, sed tolli demum ope exceptionis *d. §. præterea Inst. de Except.* Operæ precium non est, tum de hoc contendere cum hodie in praxi communiter receptum sit, Exceptiones peremptorias, si in continenti pro- 32
bari queant, non minus ac privilegiatas, quæ litis finitæ dicuntur, ad effectum impediendi litis finitæ dicuntur, ad effectum impediendi litis ingressum ab initio statim opponi posse. Dd. *in d. l. Iuris Gentium. §. quinimo ff. de Pact.* Philip. Franc. *inc. 1. de Litis contest. in 6.* Marian. Socin. late & eleganter *in d. c. 1. de Lit. contest. nu. 24. & seqq.* Auctor addition. ad Speculator. *lib. 2. tit. de Except. §. 5. in subiect. quæstionib coll. 4. ubi sic scribit*: Vnum tamen in Exceptione peremptoria nota, quod ubicunque Exceptio peremptoria notoria est, ita quod celari non potest, impedit Litis Contestationem: Quia in manifestis ordo 33
Iudiciarius non est necessarius, nec requirendus *per ibi allata*: Wesem. *in paral. de pact d. n. 9. circ. fin.* Idem Wes. *cons. 3. n. nu. 31. & seq.* Menoch. *cons. 367. n. 6.* Petr. Benitend. *decis. 7.* Vultej. inter cons. Marpurgenses. *cons. n. 301. vol. 3.*

Quamvis autem supra dicta decisio tam claris textibus firmata sit, vt nulla esse reliqua dubitatio, neque illi per Dd. allegationes plus fidei accedere posse videatur: Tamen ex abundanti, ne quis Praxeos auctoritatem iure desideret, non inutile existimatum est, si pro partibus Rei

conuenti,& ſupra poſita Deciſione,aliquod magni nominis ICti producerentur.

34 Sic itaque quod in patris viuentis ſit arbitrio, quomodo filiam dotare velit, neque & certa vlla quantitas præſcribi poſſit, in ſpecie decidit Paul.de Caſtr.*conſ.236.n.6.vol.* 1. vbi eleganter dicit Quod *l.quæro.ff. de Iur.Dot.* quæ iubet Dotem ex facultatibus Dotantis & dignitate coniugum æſtimari,obtineat ſaltem tum, quando Dos ab alio datur,quam à patre ex bonis paternis.Sed cum ipſe pater dotat;(*inquit*)non videtur ſibi referenda quæſtio, quod non compe-
35 tenter dotauit,cum ipſe melius quam aliquis alius conſilium ſciat capere pro liberis *l. nec in ea. ff.de adulter.* Et quod ſibi competens fuit viſum, pro filia dare,non debet alteri videri incompetens *arg.l.ff.de curat. furios. l. ſi à furioſo puberi in*
36 *f.* Nec redargui poteſt ab aliquo,cum nullus affectus vincat paternum.*l.fin.C eod.tit.de Cur.furios.Hactenus Caſtrenſis.* Idem tenet *conſ.403. lib.* 2.& ante Eum Bald, *conſ.328.n.* 3. Quem Dd.
37 alii communiter ſequuntur Philip.Dec.*conſ.26. n.*2.Idem *conſil.89.n.*4.*circ.fin.conſ.180.in princ. & conſ.203.n.7.& conſ.505.n* 4.Andr.Alciat *in tract.de præſumpt.reg.*1.*præſumpt.*2.*n.*6. Alexander.*conſ.*33.*n.*3.*&* 4. *vol.*4. Curt.ſen. *conſ.80.* Curt.Iun.*conſ.* 10. *in pr. & in Authent. res qvæ C. commun.de legat.n.*10.Laurent.de Palat.*in tract. de ſtat fœm. exclud. in fin.* Philip.Cornæus. *conſ.* 115.*vol.*3.Iaſ.*in l. voluntatis n.* 2. *C. de fideicommiſſ.*Idem Iaſ. *conſ.*231.*n.*10.*&*11.*libr* 2.*& conſ.* 133.*n.*10.*iuncto n.*33.*verſ. Non obſtant enim gloſſæ circ.f.vol.*4.Carol.Ruin.*conſ.*52.*n.*13.*libr.*2.& egregie *conſ.*56.*n.*10.*& ſeqq. lib.*3.Aym. Crauett. *conſ.*236.*n.*4.*verſ.quinimo* Thom.Gram.*dec.*101. *n.*68.*& ſeqq.cum ibi allegatis.*Nicol. Boer. *Deciſ.* 62.*n.*14.16.18. Catell.Cotta *in memorabilibus in verſ.Dos conſtituta a filiæ à Patr.pag.mihi.*198.Card. Paris.*conſ.*26.*n.*88.*cum duobus ſeqq. vol.*3. Tiber. Decian.*conſ.*32.*n.*1.*&* 2.*vol.* 2.Menoch.*conſ.*8.*n.* 2.*per multa ibi allegata,junctο n.*11.*ibidem.& libr.* 2.*de A.I.Q conſ.*149.*n* 5.*& ſeqq.* & latiſſime cum pluribus aliis allegatis Andr. Tiraq.*in repetit. l.ſi unquam in præf. n.* 36. *C. de revocand. Donat.* qui verbis Emphaticis de communi opinione atteſtatur,cum ſic inquit: Vt iam non dubites, vt opinor, in tot legalis diſciplinæ procerum ſententiam, pedibus manibuſque haud cunctantes ire etiamſi reclamet Bald. de Barthol.(eſt, Baldum quem nouellum vocant)*in tract.dot.in* 17. *priuileg.*5.*Partis.* Cuius quidem auctoritas mihi certe veluti ſacroſancta eſt; ſed nemo ſolus ſapit,ex Periplectomeniſenis ſententia, in milite Plauti,quod Græci ita pronunciant ἂς ἀνὴρ, οὐδὲις ἀνὴρ: id eſt vnus vir nullus vir. *Hactenus Tiraquell d.loc.* Complures alios in hanc eandem ſententiam congerit Maſcard. *in tract. deprobat. vol.* 1. *concl.*570.*n.*1.& *ſeqq.* Herm. Vultei. *inter conſil.* Marpurg.*conſ.*29.*n.*45.*& ſeqq. vol.* 2. vt ſatis ſuperque de communiſſima iſthac & veriſſima opinione conſter.

38 Illud ſane diffitendũ non eſt, ipſum Caſtrenſem & reliquos Dd. præmemoratos hanc deciſionem ſic declarare, vt non obtineat, quando filia aut Gener enormiſſime læſi ſunt, maxime ſi hæreditas ad collaterales deuoluatur, velut ſi in themate Paul.de Caſtr. *d.conſ.* 276. vbi pater in bonis liberis ad 10000. poſſidebat, vnicamque habebat filiam,cui filiæ 200.tantum,& ſic quinquageſimam ſaltem partem pro dote reliquit, fratre ſuo hærede inſtituto, Item in themate. Grammatici *d. deciſ.*102. *& deciſ.*102.*in fin.* vbi pater qui vnicum reliquerat filium, vnicamque filiam filiæ ſaltem 800. ducatos pro dote aſſignarat,licet eius facultates 20.millia Ducatorum excederent.Item apud Menoch.*d.conſ.*8.vbi pater vnicæ filiæ 2000.coronatos pro dote exſoluit,cum tamen ad 6000. coronatorum in bonis haberet, exempliſque aliis ſimilibus.

Sed quid iſtis exceſſiuis læſionibus in noſtro 39
caſu ſimile? Certe ex ipſa actoris computatione, quam in articulo libelli 16.& 17.fecit,ſatis conſtat,Reum conuentum filiæ ſuæ longe plus in dotem dediſſe,quam liberæ ipſius facultates exigebant.Sponte enim ponit,& ponendo judiciali ter affirmat, Actor tempore mortis maternæ, in pecunia & nominibus fuiſſe 2900. florenorum,& deinde aſſuit alia 8. millia mobilium bonorum in feudis exiſtentium.Summa eſt 37000 floren. Ponamus ita eſſe(citra tamen præiudicium)ponamus(eodem modo)nihil ex illa ſum- 40
ma detrahi debere Cum tamen reuera multa millia detrahenda ſint, ponamus deniq; dotem filiæ aſſignandam eſſe ad quantitatem Legitimæ (ſed & hoc citra veritatis immunitionem) nihilo tamen magis Actor læſionem vllam probauerit, Quoniam enim Sex ſuperſunt liberi, tres filii,totidemque filiæ dimidia bonorum allodialium pars illis omnibus erit pro legitima: hoc eſt 18500. floren Authent. *nouiſſima & in corpore vnde ſumitur C. de inoffic. teſtam. vbi plene Dd.* Vnus igitur ex liberis pro legitima ſua, juxta proprium Actoris calculum accipiet forte 3083 floren.6.argent. Eaque ſumma ſufficeret cuique liberorum,non tantum pro Dote, ſed & hæreditate paterna ac materna.

Quæ ergo hic eſt cauſa conquerendi? Cum 41
ſocer genero non tantum 3000. verum decem millia floren.pro dote & iocalibus, quæ in dotem imputantur, paternaque & materna hæreditate exoluere paratus ſit, Imo Gener prope 6000 floren.in pecunia numerata realiter acceperit.(Quemadmodum quietationibus, & Actis notorium eſt) Et ſic vltra triplum eius quantitatis conſecutus ſit,quam ſibi deberi perſuaſus eſt. Nam quod ad exaggerandum Domini Soceri patrimonium feuda quoque Po- 42
meranica accenſet, in eo fruſtra eſt, cum plus quam certum ſit, dotem filiabus ex feudo antiquo nullam dependi, qua de re paulo poſt vltius mouebimur.

Quis ergo Iuris,& conſvetudinum inter no- 43
biles peritus,crediderit,præſertim hoc caſu,quo bona Soceri pleraque ſunt antiquiſſima familiæ feuda,dotẽ florenorum, trium, ſex,ſeptem aut octo,aut etiam decem millium, eſſe incongruum,in tantum, vt pater etiam viuens eam ob rem ad ſupplementum præſtandum, judicio pulſari debeat? Sane apud ICtos dos mille flo- 44
renorum dicitur magna re & nomine. Bl. 255.

num.

num. 2. in fin. vol. 2. Iason. *cons. 133. n. 11. vol. 4.* Decian Resp. 32. *n. 2. vol. 2.* Franc. Viv. *libr. 2. de-*
45 *cis. 260. n. 4. vbi ita judicatum scribit.* Imo Comiti etiam congrua Raphael. Fulgos. *cons. 22. in antiquis* Dec. *cons. 26. n. 3.* Ioh. Bapt. Terret. *cons. 234. n. 12. vol. 4.* Tiber. Decian. *d. resp. 32. n. 2. vol. 2.* Viv. *d. decis. 260. n. 4.* Ioh. Petr Surd. *decis. 61. n. 4.* Iacob. Schult. *ad decis.* German. Coler. *p. 1. decis. 213. num. 4. & plures ab his allegati.* Quidni igitur quadruplum eius, aut vltra, quod Comiti
46 congruum est, congruum sit Nobili? Maxime cum in Actis in specie allegetur exemplum Comitum de Eberstein, quos Reus in Pomerania consanguineos habet, qui & ipsi, quanquam ampliſſima bona possideant, filiabus tamen vltra quantitatem 3000. floren. dotis causa assignare non solent.

47 Qua in re spectatur ratio conseruandæ agnationis ac familiæ, quæ sola residet in masculis & distractis in fœminas opibus facilime interit. In qua consideratione diligenter exornanda copiosi sunt consulentes, plenaque huius rei Practicorum volumina, vt superfluum videatur quicquam huius generis ad hanc hypothesin accersere, præsertim cum alia suppetant fundamenta, quibus nostra decisio longe firmius innititur.

48 Cuiusmodi inter cætera & illud est, quod pater & Maiores Rei conuenti, qui eadem feuda possiderunt, maiorem dotem filiabus suis assignare non consueuerint, quemadmodum in A-
49 ctis allegatur. Hinc nascitur Consuetudo Familiæ, secundum quam dotis constitutionem moderandam esse Dd. communi consensu tradunt. Dec. *d. cons. 26. n. 4.* Carol. Ruin, *cons. 52. n. 13. libr. 2.* Mascard. *de probat. consil. 270 num. vlt. cum aliis infinitis.* Bl. Nouel. *in tract. de Dot. loc.*
50 *mox allegando.* Nec mirum, cum in taxanda quantitate Dotis, etiam loci, Regionis, ac Patriæ consuetudo (Cum tamen ita specifica, & negocio propinqua non sit) attendi soleat. quemadmodum iterum communissime tradunt Dd. argumento *l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de Ædil. edict.* Afflict. *ad constit. Neapol. lib. 3. rubr. 23. incip. In aliquibus. n. 53.* Socin. sen. *cons. 288. lib. 2.* Socin. Iun. *cons. 128. n. 217. vol. 2.* Paris. *cons. 26. n. 88. & cons. 83. num. 3. vol. 3.* Aym. Crauett. *cons. 1. nu. 15.* Hartman. Pistor. *lib. 2. p. 2. quæst. 37. num. 16.* & quod caput est, agnoscit ipsemet Actor in articulato libello art. 24. in finalibus verbis & con-
51 suetudine patria. In tantum, vt per consuetudinem Patriæ, Dos minor Legitima possit constitui, quemadmodum in specie decidit Bl. Nouel. *in tract. Dot. priuileg. 17. n. vlt. §. tertio ad quantita-*
52 *tem. vers. communiter.* Quod stante consuetudine Regionis, & maxime familiæ, non curetur de eo, vtrum Dos commensuretur legitimæ nec ne, quam doctrinam sequitur Afflict. *d. rubr. 23. n. 53.* & Hartm. Pistor. *dict. loc. n. 17.*

53 Siquidem indubitata est juris decisio, quod statuto & consuetudine legitima liberorum tam minui, quam augeri possit, per rationes & auctoritates allegatas à Gail. *lib. 1. obs. 36. num. 5. & libr. 2. obs. 122.* Mynsing. *cent. 5. obseru. 16.* Boer. *decis. 188. n. 6. & decis. 204. n. 12.* Surd. *decis. 30. n. 28.* Illustr. decis. Sauon. *p. 5. cent. 8.* Dan Muller. *3. Semestr. c. 5. cum aliis infinitis.*

Quibus ita ex inviolabili Iuris veritate, inconcussa Praxeos auctoritate: Pactorum fide, bonorum qualitate, moribus, loci ac Regionis: Exemplo conuasallorum magnæ dignitatis: Deniq;, quod caput est, specifica consuetudine familiæ Borckiorum in hac domo ac linea præstructis, Nihil restat amplius, nisi vt ad argumenta contraria, quæ sana ex antedictis per se diffluunt, breviter respondeatur.

Non obstat igitur, Quod Reus conventus 54
ampliſſima feuda possideat; tam Illustrissimo Duci Pomeraniæ, quam Serenissimo Electori Brandenburgico, & Reverendissimo Dn. Magistro Ordinis Equitum, Hierosolymitanorum per Marchiam, Pomeraniam, Saxoniam, Vandaliamq; subjecta, quorũ valor ad aliquot tonnas auri ascendat. Nam primo constat ex Actis, & præsertim articulo Libelli 20. quod Actor computationem Dotis, quam sibi deberi contendit, ex solis feudis Pomeranicis desumpserit, quæ tempore suarum nuptiarum, vti existimat, nullo alieno ære fuerint obruta. Et patet inde ulterius, quod pro Iudice huius causæ, solum Ducem Pomeraniæ adierit. Non igitur in hac hypothesi quantitas Feudorum Marchicorum considerari potest; quæ Iudicis in hac causa Electi arbitrio plane non subjacent. *l. fin. cum ibi notat. ff. de Iurisdict.*

Deinde video etiam à Reo factum ipsum ne- 55
gari: qui complura feudorum onera, in seruitiis equestribus, defensione aliorum feudorum aduersus fratris defuncti viduam, aliosque litigantes, Item æs alienum, grandes sumptus ministrorum; Ipsam deniq; Patris & liberorum sustentationem; prætendit, quæ omnia feudorum æstimationem ad multa florenorum millia imminuere demonstrat.

Deniq; semel monendum est, indubitati Iu- 56
ris esse: Quod quantitas feudorum, quantacunque & ubicunq; sita sint, in Dotis constitutione frustra allegetur; cum plus quam certum sit, ex feudis antiquis, cuiusmodi sunt hæc omnia, dotem filiabus nullam deberi per text. clarissim. *in c. 1. §. donare in verbo: Vel in dotem dare pro filia. qualitat. olim pot. feud. alien. in usu feudor.* Imo nec le- 57
gitimam, cum nulla sit Fœminarum in feudis successio: Et hoc solum dicatur, fœminarum Ius in 58
feudis, quod in illis nihil Iuris habeant Dec. *cons. 269. n. 14.* Alciat. *respons. 578. n. 4.* Capic. *decis. 2.* Boer. *decis. 204. n. 14.* Card. Paris. *cons. 17. nu 30. lib. 2.* Schrad. *de feud. p. 18. c. 1. nu. 33. & seqq.* Rosenth *eod. tract. p. 9. memb. 1. concl. 8. cum infinitis ibi allegatis.*

Quamvis autem generali consuetudine inter 59
Nobiles per universam Germaniam introductum sit, vt filiæ ex feudis dotari possint: Tamen id tum demum obtinet, quando pater nulla alia bona possidet aut reliquit præter feudalia. Tum 60
enim, cum dos loco alimentorum succedat. *arg. l. fin. ff. de alim. & cibar. legat.* Alexand. *d. cons. 208. lib. 2. & cons. 78. lib. 3.* iniquum non est, ne fame pereant, aut honesta nubendi conditione destituantur, aliquid illis ex feudo Dotis nomine dependi, quemadmodum de generali hac consuetudine attestatur Hieron. Schurff. *cons. 24. cent. 1.*

Borchold. *de feud. c. 7. n. 74.* Hartm. Piſtor. *quæſt. 37. n. 4. p. 2. lib. 2.* Vultej. *de feud. libr. 1. c. 9. n. 58.* Coler. *deciſ. German. 213.* Andr. Rauchbar. *quæſt. 38. n. 1. lit. I.* Ioachim Scheplitz. *in prompt. Iur. ciu & feud. lit. B. §. 16 per tot. & in conſuet. March. p. 3. tit. 3. §. 8.*

61 At vero in his terminis iam non verſamur: Cum ipſe Actor prætendat ampla extare bona allodialia, ex quibus pro dignitate natalium filia ſatis congrue dotari poteſt. Nam ex bonis allodialibus, vt ſupra viſum eſt, ex ipſius Actoris computatione, filia conſequeretur vltra 3000. florenorum, quæ certe dos re & nomine magna eſt, & Comiti congrua. Ac certum eſt, ex mille Nobilibus vix decem reperiri, qui in tanto liberorum numero, filiabus ſuis tantam Dotem cõſtituant. Quanquam Pater hac quantitate trium millium contentus non fuit, ſed vſque ad 8334. cuilibet filiarum ex bonis aſſignauit, atque inſuper maternam etiam hæreditatem illis attribuit, vt ſic integra ſumma ad 10000 florenorum aſcendat, quam vel Ducalem dotem poſſis appellare.

62 Quin imo licet hoc caſu, ſcilicet, nullis exiſtentibus bonis allodialibus, dos ex feudo conſtitui ſoleat, tamen non ſpectatur quantitas & æſtimatio feudorum, ſed exiguum aliquod arbitratu Domini, Vaſallis injungitur, ne feuda in præiudicium Dni. & interitum familiæ nimium onerentur, quemadmodum eleganter docet Hartman. Piſtor. *d. quæſt. 37. n. 18. & ſeq. cuius hæc ſunt verba.* Ex quo vltimo ſequitur (dixerat autem paulo ante per conſuetudinem Patriæ dotem legitimã minorem conſtitui poſſe) cum apud noſtrates longiſſimo vſu inualuerit, vt filiabus ex feudo, exigua Dos conſtitui ſoleat, adeo, vt licet quis feudum poſſideat magni precij, raro tamen vltra mille florenos (nota) ſæpius vero minus in Dotem dari ſoleat, quod ſecundum hanc inueteratam conſuetudinem apud noſtros ſit inſtituenda Dotis æſtimatio. Cum vt dictum eſt, in dote conſtituenda mos Regionis potiſſimum ſit conſiderandus, id quod tenuit etiam Ruinus *& c. cum multis aliis ibi allegatis.* Et deinde ſubdit; Neq; probabili ratione caret, conſuetudo illa, cum hoc pacto non ſolum familiæ conſeruentur, ſed & maxime liberis conſulatur (hoc notare debebat Actor de ſuis liberis) qui alioqui ſi Dotes amplæ conſtituerentur, propter Dotalitium, quod viciſſim Dos exigit, tanto prægrauarentur onere, vt defunctis patribus, feuda paterna raro conſeruare poſſent. Id quod etiam prouerbio apud noſtros cauſam dedit, vt dici ſoleat: Mulieres diuites paupertatem liberis afferre, Reiche Weiber / arme Kinder. Hactenus Hartman. Piſtoris *d. loc.*

63 Non obſtat iterum, quod Dos conſtituenda ſit, pro modo facultatum eius, qui dotare debet, *d. l. quæro. ff. de jur. Dot. cum ſimilibus.* Nam Dd. omnes ſupra allegati, textum illum & reliquos accipiunt de eo caſu, quando alius, quam Pater, dotem conſtituere debet, veluti tutor aut Curator, ſecus quando Pater, quia pro ipſo Iura præſumunt, ideoque nullam illi quantitatem Dotis præſcribunt, vti ſupra oſtendimus Caſtr. *d. conſ. 276.* Cephal. *conſ. 52. n. 31. libr. 2.* Cunt. Iun. *conſ. 10. & ſatis patet ex ipſiſſimis textuũ verbis.*

Deinde prædicti textus loquuntur ſaltem de 64
bonis allodialibus, cum eo tempore feuda nondum fuerint cognita, Poſtquam autem illa frequentari cæperunt, facta etiam à Poſterioribus ICtis fuit diſtinctio, inter quantitatem & qualitatem patrimonii, quemadmodum Carol. Ruin poſt Br. & Dd. à ſe allegat. *d. conſ. 56. n. 10. vol. 3. clare ſcribit:* Quod facultas Patrisfamilias (ſcilicet in conſtituenda dote) non æſtimetur tantum ex cumulo, ſed patrimonii qualitate. Cuius rei alias etiam exempla ſunt, in bonis allodialibus, quæ ob ſingularem aliquam qualitatem, in præciſam legitimæ, aut dotis computationem venire non poſſunt, ob vinculum ipſis injectũ veluti ſunt bona fideicommiſſo ſubiecta Emphyteutica, bona illuſtria, quæ regalem dignitatem atque adminiſtrationem cum mero mixtoque Imperio coniunctam habent &c. de quibus ampliſſime tractant ICti variis locis, quos niſi in tanta luce ſuperuacuum eſſe exiſtimaremus, nullius laboris foret, magno numero aduocare.

Non obſtat vlterius, quod Dominus Reus 65
vltro promiſerit, ſe inter alias conditiones, dotem etiam ſecundum vires & quantitatem feudorum, adeoque totius patrimonii arbitraturũ eſſe; Atque ita juri pro ſe introducto ſponte renunciauerit. *l. pen. C. de pact.*

Nam contrarium ex actis clare ſatis apparet, vbi nihil de quantitate, ſed ſola qualitate & proprietate, bonorum ſcriptum reperitur. Hæc enim ſtipulationis inter Actorem & Reum initæ verba ſunt formalia: Sondern wollen S. G. der Mitgifft halber gantz vnreformirt ſeyn / vnd hierinn vor ſich liberam diſpoſitionem haben / jedoch dieſelbe alſo / wie ſich das der Vätterlichen Pflicht / S. G. Adelichen Herkommens vnnd Standes Gebühr / vnd der Lehn vnd Güter Qualität vnd Eygenſchafft nach / eignen vnd gebühren will / machen vnd verordnen / Quibus ex ver- 66
bis manifeſte liquet, Reum conuentum noluiſſe ad quantitatem & cumulum bonorum feudalium in conſtituenda filiarum dote arctari, ſed ad ſolam qualitatem & proprietatem bonorum, quæ talis eſt, vt ex ijs, ſi alia adſint bona libera & allodialia, dos filiabus conſtitui non debeat, aut ſaltem mediocris, vel exigua, per ſupra deducta.

Ac ſane factum huiuſmodi præuia matura deli- 67
beratione conceptum eſt, adeoque cum effectu verborum accipiendum *l. 1. §. hac autem verba ff. quod quiſque jur. l. ff. ſi per alium. §. dotere. ff. ne quis eum, qui in jus vocab. l. 1. §. 20 ff. de Exercitor. act. cũ ſimilib.*

Sic vt ne ſyllaba quidem ociosa eſſe debeat *argumento l ſtipulatus. ff. de vſur. gl. inc. ſi Romanorum. in verbo, Membranas. diſt. 19. gl. in cap. ſalita, verbo tanquam, & ibi Panorm. 10. de major. & obedient.*

Maxime cum Actor mutuo conſenſu, ſigilli- 68
que ac manus appoſitione ratificauerit, ac ſane ad literam ſeſe obſeruaturum ſpoſponderit, nec id ſemel ſed aliquoties ex interuallo: Et præterea magnam pecuniæ ſummam eo nomine realiter numeratam acceperit, quemadmodum Acta teſtan-

testantur: vt proinde indubitatæ juris Regulæ hic succedant.

69 Quod eo casu, quando dispositio ad literam seruanda est, nulla admittatur extensio, ac proinde, quod de qualitate conuentum, ad quantitatem trahi nullo modo possit, *l. in his ff. de condit. & demonst. Br. In l. omnes. n. 60. d. Iustit. &* Iur. Bl. *in l. 2. n. 8. C. de patrib. qui fil. distrax. & cons. 460. n. 5. lib. 1. Dec. in l. quamuis. n. 2. circ. fin. C. de impub. & al. substit.* Catell. Cotta. *in memorabil. verbo: statuto cautum est* Thesaur. *decis. 269. n. 6.* Anton. Gabriel. *libr. 6. comm. concl. t. de V. S. concl. 6. n. 131.* Simon de Prætis. *de interpr. vltim. voluntat. lib 1. interp. 1. dub. 2. solvt. 4. n. 7.* Crauett. *cons 923. n. 6.* Franc. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 14. n. 36.*

70 (2) Quod geminatio enixam & deliberatam contrahentium voluntatem arguat. *l. Balista. & ibi Dd. ff. ad SC. Trebell. l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 10.* Euerhard. *in Topic. ex profesſo. loco à vigemination.*

71 (3) Quod bonæ proinde fidei non congruat, contra propria pacta venire, text. elegans. *in l. si quis in conscribendo C. de pact.* vbi dicit Imper. hoc esse decipere contrahentes. *l. 1. ff. eod. tit. l. 1. ff. de constit. pecun. cum similib.*

72 Adeo, vt calumniari dicatur, qui excipit aduersus ea, quæ ex propriis instrumentis vel sigillis constant. Zas. in l. editiones. n. 60. ff. de Edend. Wesemb. cons. 31. n. 21. vol. 1.

73 (4) Deniq; q excipiens pecuniã ex contractu in tantum illi se ipsa facit obnoxium, vt nulla ratione deinceps resilire possit. *l. 4. vbi gl. & Dd. C. de pact.* Euerhard. *in Topic. loc. à concess. consequent. n. 3.* Menochius *de Re. Poss. remed. 15. n. 119.* Wesemb. *cons. 70. n. 10.*

Denique non obstat, quod obiici poterat;
74 dotem filiarum legitimæ commensurandam esse, quam sententiam magni nominis ICti pro indubitata & communione defendunt Salicet. *in l. sancimus. in fin. C. de nupt. & in Authent. Res quæ 2. notabil. C. commun. de legat.* Dec. *cons. 180. nu. 2. vbi multos idem sentientes adducit.* Gramm. *decis. 101. n. 18. cum mult. seqq.* Bl. Nouell. *in tract. de Dot. p. 6 priuileg. 16.* late Menoch. *cons. 8. num. 11.* Andr. Tiraq. *in repet. l. si vnquam. in verbo. liberos susceperit. n. 110. vbi infinitas pro more congerit auctoritates* Hartm. Pistor. *d. quæst. 37. n. 20.* Vult. inter cons. Marpurg. *cons. 29. nu. 51. & 58. vol. 2. per alios ab his allegatos.*

75 Nam varie responderi potest. Primo quod hæc decisio non transeat sine difficultate, cum multi non minoris auctoritatis Dd. sint in opinione contraria: Qui sane viua ratione mouentur: Quod videlicet filia, quæ à successione patris intestati excluditur, siue ex cõstituto, siue ex consuetudine, siue ob bonorum qualitatem censeatur etiam excludi à legitima. Siquidem legitima est portio eius partis, quam quis ab intestato fuisset habiturus per tradita à Dd. in Auth. *nouissima C. de inoff. testam.* Graff. *in comm. opin. § legitima quæst. 1. nu. 1.* Marc. Anton. Peregrin. *in tract. de fideicommiss. art. 36. n. 2. &* text.
76 est apertissimus *in l. Papinianus. §. si quis mortis causa, & § quoniam. 8. ff. de inoff. testam.* Ideoque super decisione dubia firmum fieri fundamentum non potest *l. Titiæ textoris. ff. de legat. 1. l. cum ex pluribus ff. de manumiss. testam. l. duo sunt Titii. ff. de testam. tutel Dd. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.* Panor. *in c. auditis. de integr. restitut.* In tantum vt 77 neque lex ad decisionem causæ allegari possit, si plures patiatur intellectus Br. *in d. l. in. ambiguo.* Alexan. Iason. Dec. *in l. diem functo. ff. de offic. assess.* Tiber. Dec. *cons 8. n. 41. vol. 1.* Deinde certo certius est, legitimam filiarum in bonis feudalibus, maxime antiquis ex pacto & prouidentia (quibus in terminis hic versamur) nullã esse per 78 ea, quæ superius annotata sunt. Proinde Dos ex feudo ad illam commensurari non potest, cum 79 non entis nullæ sint qualitates, nulla mensura, nulla proportio. *l. à Diuo Pio in f. ff. de rit. Nupt. cum similibus.* Ideoque contrariam Dd. opinio- 80 nem Hartmannus Pist. *d. quæst. 37. n. 21.* errorem esse dicit, *in verbis seqq.*

Sed horum, inquit, errorem facile arguit paulo ante commemorata Consuetudo, Lippis & tonsoribus nota, secundum quam in æstimatione Dotis vllam haberi legitimæ rationem, plus quam manifestum est.

Quæ quidem consuetudo in proposito, vel 81 ea de causa exactius erit obseruanda, Quia vt filiæ ex feudo dotem petere possint, æquitatis ratione introductum est, cum alioqui secundum Iuris feudalis regulas à successione feudi penitus remoueantur, nulla reseruata ipsis vel Dotis vel legitimæ petitione & quæ præterea in eandem hanc sententiam *n. seqq. & quæst. 38. d. lib. 2.* præclare adducit omnia moribus nostris consentanea. Vlterius illi ipsi etiam Dd, qui dotem ad 82 quantitatem legitimæ decerni volunt, loquuntur saltem de eo casu, quando Dos petitur post mortem Patris, quemadmodum diserte explicat Menoch. sæpe *d. cons. 8. n. 11.* & omnes pro hac sententia allegati aut allegandi. At vero quando 83 exigitur in vita Patris, nullus respectus ad legitimam fieri potest, cum liberis in vita Patris non debeatur legitima, sed ea demum mortis tempore computanda sit, per text. in *l. cum quæritur. C. de inoffic. testam. d. authent. noviſſima. ubi Iason. nu. 4. & Dd. communiter. C. eod.* & principium hoc Iuris est, de quo nemo dubitat, In tantum, ut pa- 84 ter bona sua dilapidare possit frustra reclamantibus liberis, per text. rotundum *in d. l. non usque ff. si ap. quis fuer. manumiss. l. sed etsi §. consuluit. ff. de petit. hæredit. l. in re mandat. C. Mandat.* Aldobrand. *in §. præterea. num. 54. Instit. quib. mod. Ius patr. pot. solv.* Dec. *cons 438. n. 13.* Mynsing. *cent. 4. observ. 25. in fin.*

Vtpote qui ob eam in bonis patris vivi, nullum Ius reale constitutum habeant, *l. 1. §. si impuberi. ubi Br. ff. de collat.* Duen. *Reg. 356. in pr.* Mynsing. *dict. observ. 25. n. 2. ubi sub finem nu. 5. dicit*; hanc opinionem in Camera Imperiali judicando seruari. Latissime Marc. Ant. Gabriel. *lib. 6. commun. conclus. t. de legib. conclus. 8.* Et hinc 85 est, quod ab omnibus concluditur, Patrem in vita filiæ suæ dotem assignantem, alligatum non esse ad quantitatem Legitimæ, inter alias, ex illis etiam rationibus, quod incertum sit, quantæ patris facultates tempore mortis futuræ sint, cum

quotidie & augeri & minui poſſint. *l. ſi defunctus C. arbitr. tut.* Ferd. Vaſqu. *lib. 1. Illuſtr. controverſ.*
86 *c. 37. n. 6.* Et quod fieri poſſit, ut filia ante patrem ſine liberis decederet, quo caſu conſtet, dotem conſiderari, nullo modo poſſe, quæ à parentibus ſolis liberis debetur *ad authent. nouiſſima* text. *in Authent. de triente & ſemiſſe c. 1. & Authent vbi liceat matr. & au. in Rubr. cum ſimilibus.* Denique quando ex bonis patris legitima petenda eſt, non Gener habet Ius agendi, cui & legitima, tanquam non filio, non debetur, ſed ipſa filia, *dictis modo Iuribus.*

87 At vero hic ipſe Gener agit, non Curatorio vxoris nomine, quemadmodũ eius rei in libello & reliquis actis, nullum extat veſtigium, ſed pro ſe ex ſtipulatione inter ipſum ac ſocerum inita *l. un. & ibi Dd. C. de rei vxor. act. & in §. fuerat. Inſtit. de Action. l. ſi pater. C. de dot. promiſſ.* Inde iterum liquet, quocunque ſe vertat Gener, eum ſine Actione experiri, ac proinde à limine Iudicii ſtatim abſque ulla litis conteſtatione repellendum eſſe.

88 Et cum plus temeritatis ne cogitari quidem poſſit, quam cum aliquis ſine actione aduerſus alium in Iudicio inſurgit, & nulla probabilis cauſa Actoris intentionem tueatur: Ideo non immerito in deciſione principali adiectum eſt, Eum in expenſas condemnari debere text. *in §. 1. in f. Inſt. de pœn. temer. litigant. l. non ignorat 4. C. de fruct. & lit. expenſ. l. properandum §. ſiue autem alterutra. C. de Iudic.* Panorm. *in c. vlt. n. 55. X. de re-*
89 *ſcript.* Quam condemnationem maxime in Actis petitam Iudex omittere non poteſt, & ſi omiſerit, ſumtus de ſuo ſarcire tenetur. per text. euidentiſſimum & ſeueris verbis conceptum *in d. l. properandum §. ſiue autem alterutra C. de Iudic.* Marant. *in ſpecul. p. 6. membr. 3. de libell. oblat. n. 18.*
90 Pruckman. *conſ. 8. n. 139. vol. 1.* Imo judex hanc condemnationem facere poteſt, licet à parte nõ ſit petita, propter vim præciſæ diſpoſitionis *in d. §. ſiue autem alterutra* Br. *in l. 4. §. hoc autem. ff. de damn. infect. & in l. ædiles §. item ſciendum ff. de Ædil. edict. & in l. non quicquid ff. de Iud.* Bl. *in l. fin. C. quand. prov. non eſt neceſſ.* Petr. de Anchoran. & alij, *in c. finem litibus X. de dolo & cont.* Mynſing. *cent. 4. obſeru. 55. n. 4. & 7.* vbi tradit hanc ſententiam in Camera Imperii obſeruari.
91 Nec mirum, cum hac in re publica verſetur vtilitas, vt litium amor compeſcatur, & ſimul publica tranquillitas in concordia Ciuium eo firmius ſtabiliatur, text *in pr. Inſt. de pœn. temer. litigant. ibidemque eleganter Franc. Baldvvin. &*
92 *Mynſing.* Quin & in hac præſenti lite, priuatæ quoque cauſæ ſane permultæ Iudicem ad condemnationem expenſarũ mouere debent: Veluti: Quod Actor proprias ſuas conuentiones & acta infirmare nititur, quod in Socerum ſatis immodeſte loquitur, cuius tamen perſona, tanquam Patris, ſancta ipſi & honeſta ſemper eſſe debebat; (Liceat hic atrocesiniurias, tam verbales quam reales præterire, quoniam à Socero ſeparatim alio proceſſu vindicantur) quod modis omnibus ſine actione experitur, quod nulla probata de cauſa Socerum doli arguit, quod morem Regionis, exemplum conuaſallorum maioris etiam dignitatis, & conſuetudinem familiæ contemnit; quod denique feuda antiquiſſima, in quibus, ne ipſa quidem eius vxor, nedũ Gener, tanquam extraneus, & ſuo nomine ex ſtipulatu dotem petens, vel minimum Iuris habet; (præſertim exiſtentibus bonis allodialibus aſſignata Dote maxima, Patre ac Socero adhuc viuente) ſibi pro dote tradi, vel ad minimum jus retentionis in illis ſibi conſtitui, deniqve etiam publicis æſtimationibus ſubijci, & patrimonium Rei conuenti manifeſtari (quod impera- 93
tores *in l. 2. in pr. vers. quid enim tam durum. C. de Impon. lucrat. deſcript. lib. 10.* duruin atque in humanum eſſe ſtatuunt) inique & contra omnes Iuris Regulas poſtulat. Cuiuſmodi iniuſtas cupiditates ad extremam Mundi ſentinam & ferrej ſeculi improbitatem refert Odid. dum ait

Filius ante diem patrios inquiret in annos.

Quæ tamen res, vtpote diuino, naturalique Iuri & Ciuilibus denique legum ſanctionibus parum conſentanea, teſtibus hiſtoriis, nulli vnquam feliciter ceſſit, ſed conniuente politico Magiſtratu, Deum tandem vindicem habuit.

Cui tanquam ſoli IVSTITIÆ moderatori, ijſque qui DEI vicem in terris gerunt, tota hæc cauſa devote committenda eſt &c.

CONSILIVM CXXXIII.

EPITOME.

I. De materia Interventionis; & ad quem effectum fiat?

II. De jure ſubfeudi, eiuſque tribus ſubſtantialibus Requiſitis; & an iis de Conſuetudine per Ducatum Brunſuicenſem & univerſam inferiorem Saxoniam ſit derogatum?

III. Emptionis ac precii mentio, conſtitutioni ſubfeudi adhibita, an ſimulationis præſumptionem inducat? Et an precium interveniens contractum ſubfeudi VERE facit ſimulatum?

IV. Subfeudum an Eccleſiæ, Civitati vel manui mortuæ concedi queat?

V. Intellectus & genuinus ſenſus *c. 1. §. callidis de prohib. feud. alienat. per Frider. & c. 1. §. ſed etſi res.* Per quos fiat inveſtit.

VI. De feudis Francis & liberis in Germania uſitatis.

SUMMA-

SVMMARIA.

1 VAsallus *conuentus an Dominum laudare, & Dominus recte liti interuenire possit? & num. 2. 3. Vide tamen num. 164.*
4 Tertius *pro suo Interesse liti interuenire potest.*
5 Vasallis *& subuasallis in infinitum sine consensu Domini, tribus requisitis concurrentibus bona sibi infeudata subinfeudare licet; & nu. 6. 7. 8. 9. & num. 32.*
10 *Ex* possessione immemoriali *titulus præsumitur; quod quomodo verum? ibid. Et quando* titulus vitiosus *tractu temporis possit conualidari? num. 166. 167. 168. 169. 170.*
11 Emptionis & precii *mentio, constitutioni subfeudi adhibita, simulationis præsumptionem inducit; & n. 80. & seqq. Vide quoque n. 165.*
12 Subfeudum *precio non datur.*
13 Exceptio, Tua non interest, *repellit tam agentem, quam intervenientem num. 14.*
15 *In* subfeudis, *resoluto jure datoris resoluitur ius acceptoris, si ille priorem Dominum recognoscere paratus sit.*
16 Ecclesiæ *subfeudum concedi nequit; An & hoc in ciuitate, aliave vniuersitate locum habeat? num. 17. 18. & seqq. & num. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.*
19 Feudum *veniens ad Ecclesiam, dicitur venire ad manus mortuas,*
20 Amortizatio *apud Gallos, Hispanos, Belgas quid?*
21 Ecclesia *perpetua est; neque Ciuitas moritur, nisi patiatur aratrum.*
31 Subfeudum, *quod manui mortuæ legitime datur, perpetuum est.*
33 *An* Dn. Abbas *hoc casu radicatum & attendibile Interesse habeat, vt interuentioni locus sit? & num. 34. 35. 36. 37. & n. 40. 41.*
38 Ecclesia *vel* Ciuitas *per vicarium inuestiri potest; & num. 39.*
42 Tertius *quando liti interuenire possit? & num. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. & nu. 54. 55. 56. 57. 58. 59. & num. 61. & 62.*
53 Contractus feudalis *interdum non valet in præiudicium supremi Domini, qui tamen in præiudicium Domini inferioris contrahentis subsistit.*
60 Notoria *multa dicuntur, quæ tamen non sunt notoria.*
63 Tertius *alienæ liti interuenire volens secundū iuris regulam interuenire debet.*
64 Interuentio *ad triplicem effectum fit; & num. 65. 66. 67. 68. 69. 70.*
71 Feudum *proprie & plane francum quid? & n. 75. 76. 77. 78. eius effectus quinam? n. 72. an transeat in Ecclesiam? n. 73.*
74 Feudum francum *varie accipitur.*
79 Quæstiones feudales (1) *ex tenore inuestituræ* (2) *iuxta loci statuta & consuetudinem* (3) *secundum ius commune feudisticum decidendæ sunt.*
81 Precium *interveniens an contractum subfeudi vere faciat simulatum? & num. 82. & num. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. & num. 125. 126. 127. 129. 130. 131. 132. 133. 134 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143.*
83 Alienatione *feudi prohibita cur Vasallo feudum subinfeudare liceat?*
84 Feudum *an pecunia constitui & à Domino emi possit?*
85 Subfeudum *à feudo principali deriuatur, sicut aqua à suo fonte, & retinet naturam sui principalis.*
86 Intellectus *c. 1. §. callidis, de prohib. feud. alienat. per Frider. & n. 87. 88. 89. 90. 91.*
92 Text, *in c. 1. §. sed etsi res per quos fiat inuestit. explicatur.*
93 Tertius *si feudum vendat pro allodio, an feudi reuocatio & vendicatio primo, vel secundo Vasallo, vel an Domino competat? & num. 95. 96. 97.*
94 Feudum *tum demum committitur, quando res, vt allodialis, alienatur.*
124 Simulationis exceptio *inter legales & graues viros locum non habet.*
128 Actus *repetitio ex intervallo facta omnem simulationis exceptionem excludit.*
144 Subfeudi *Requisita consuetudine tolli possunt.*
145 Subfeudorum *substantialibus requisitis per Ducatum Brunsuic. & Saxoniam inferiorem est derogatum.*
146 Feuda franca *& libera admodum, vsitata sunt in Germania; & n. 147. 148.*
149 Subinfeudationis *requisita. an hoc casu secundum iura communia feudistica interuenerint? & num. 151.*
150 Subfeudum *non vitiatur, si hoc actum sit, vt subinfeudans ipse Domino seruiat.*
152 Consensus, *& omnes aliæ extrinsecæ solennitates, cursu temporis longissimi, & maxime immemorialis interuenisse præsumuntur; Ampliatur num. 153. 154. Limitatur num. 155. Respondetur ad hanc limitationem n. 156. 157.*
158 Ius feudi & subfeudi *præscriptione longissima & præsertim immemoriali acquiri potest; & num. 159. Ratio num. 160. 161.*
162 Ius subfeudi *scientia & patientia aduersarii comprobatur.*
163 Iuri commissi 30. *annis, multoque magis tempore vltra memoriali præscribitur.*

SVFFRAGANTE IEHOVA.

QVum de interuentione Domini Abbatis Bergensis, in causa inter Nobiles Rautenbergios & Senatum Brunsuicensem, in Curia Ducali Brunsuicensi vertente, interrogatus sim: Vnici redemptoris Domini nostri IESV CHRISTI auxilio humiliter implorato, regiam illam, ad partes arguendi, & longe certissimam veritatis indagandæ atque eliciendæ viam sequar, vt ipsius munere, pro iustitia sententiam meam dextre exponam.

Videtur ergo prima fronte dicendum, Domini Abbatis interventionales articulos eſſe admittendos.

PRIMA DVBITANDI RATIO.

1 NAm etſi Vaſallus de jure ſuo interpellatus, Domino juris declinatoriam nominationem haud faciat: neque feudi Dominus hactenus liti intervenire poſſit: ut ſenſere Irner. Placent. Iacob. de Rauenn. Cyn. Fab. Bart. Bald. Caſtr. & cæteri *in l. 2. C. ubi in rem act.* Ant. de Butr. Ioan. Andr. Panorm. & reliqui *in c. quoniam frequenter. ibi* late Mar. Socin. Sen. *n.* 112. & Mynſing. *nu.* 30. 31. 38. 40. *Except. vt lit. non conteſt.* Specul. *tit. de primo decreto. §. reſtat. nu.* 16. 17. 18. Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit.* 1. *§.* 31. *nu.* 26. Mynſing. *obſer.* 58. *cent.* 2. Fichard. *ad Villalob. verb.*
2 *nominatio.* quando videlicet Actor & Reus jus directi domini confitentur: ut poſt Guilhelmum de Cumo docuit Cyn. *d. l.* 2. *n.* 10. *ibi* Bald.
3 *num.* 7. Caſtrenſ. *nu.* 12. Tamen pro habenda informatione aut defenſa, licite Vaſallus Dominum interpellat: & Dominus recte liti intervenit: etiamſi neque interpellatus fuerit, neque de iure ipſius aliqua quæſtio ſit, ſed Actor & Reus id confiteantur: quia Domini forte intereſt, &c. Ita Panormit. *d. c. quoniam frequenter. mihi colum.* 14. *verſic. Et concordando quantum fieri poteſt. ibi* Marian. Socin. Sen. *n.* 112. *verſ. ſecunda opinio. & verſ. Quarta fuit opinio.* Dd. *in d. l.* 2. *ibi* Caſtr. *nu.* 12. Quæ ſententia indubia eſt. Specul. *d. §. reſtat. n.* 22.

Atqui bona illa feudalia, de quibus contenditur, Nobiles Rautenbergios à Domino Abbate, feudi titulo recognoſcere, expeditum eſt.

SECVNDA RATIO DVBITANDI.

4 NOti juris eſt, tertium pro ſuo Intereſſe liti intervenire poſſe: Atqui Dominus Abbas contendit ſua, ratione directi dominii, in actis confeſſi, plurimum & principaliter Intereſſe, (das ſeiner Erw: vnd deß Stiffts Intereſſe ratione directi dominii, deſſen man ſeiner Erw: in actis, welche notorium inducirn/vnd ſonſten allenthalben geſtendig/trefflich/ vnd principaliter mit vnterlauffe) ut ſubfeudum à ſenatu Brunſuicenſi allegatum evertatur: quare licitâ ſibi eſſe, atque hoc in caſu permiſſam interventionem contendit; & jus exceptionis ſubfeudi, quo actionem propoſitam Senatus Brunſuicenſis jam eliſit, interuentionalibus in medium productis ipſe perimere denuò ſtudet.

5 Nam etſi inter Doctores communiter receptum eſt, Vaſallos ſine conſenſu Dominorum, & ſubvaſallos eadem ratione, tam de feudo laico quam Eccleſiaſtico ſubfeuda dare poſſe: *c.* 1. *§. fin ſi de inueſtit. feud. cõtrouerſ. c.* 1. *§. ſi vero. Qual. olim. feudum c.* 1. *§ ſed etſi res. Per quos fiat inueſtit. c.* 1. *§. beneficium ſi de feud. defunct. conten c.* 1. *§. ſimiliter. del. Conrad. c. Imperialem. §. illud. de prohib. feud. alien. per Feder. c. ex tranſmiſſa. ibi* Panorm. *& alii de foro compet.* Guid. Pap. *deciſ.* 162. Graſſ. *lib.* 2. *commun. opin cap.* 2. *q.* 20. *& plures alii poſtea adducendi.* Id tamen non aliter licet, niſi ſincere 6 & ſine fraude, *d. c.* 1. *§. ſed etſi res. per quos fiat inueſt. d. c.* 1. *§. ſi vero. qualiter olim feudum c.* 1. *§. beneficium ſi de feud. defunct. content.* & tali perſonæ fiat, quæ ſubinfeudanti par ſit, ita ut non minus 7 atque ſubinfeudans, equeſtria & militaria ſervitia Domino præſtare poſſit: *c.* 1. *§. ſimiliter. de lege Corradi.* eaque lege detur, qua ipſe infeudans 8 feudum habet, ita ut nihilin eo mutetur. *d. c.* 1. *§. ſimiliter. ibi* Andr. de Iſern. *nu.* 13. Beluiſ. Aluarot. *n.* 2. & reliqui gloſſ. *d §. beneficium. ibi* Andr. de Iſern. & cæteri. Afflict. *d. c.* 1. *§. ſed & res. nu.* 6. Martin. Siliman. *in tract. de feud. ſub rubr. quis poſſit dare feudum. num.* 24. *cum ſeqq.* Petr. de Bellapert. *tit.* 3. *nu.* 16. *idem tit.* 4. *n.* 6. *cum ſeqq.* Pariſ. de Put. ad Andr. de Iſern. *tit.* 52. Iacobin. de S. Georg. *verb. ita etiam quod iſti. n.* 3. Curt. 4 *part. n.* 83. Thom. de Marin. *tit.* 2. *part.* 2. *n.* 1. *&* 38. Sonsbec. *part.* 10. *n.* 16. Zaſ. *part* 9. *n.* 15. Ferrar. *lib.* 2. *c.* 10. *adfin.* Hanneton. *lib.* 3. *cap.* 10. Hartm. Piſt. *q.* 44. *n.* 4. Blanc. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 9. Duaren. *c.* 12. *n.* 13. Weſ. *cap.* 11. *n.* 9. Schneidevv. *part.* 3. *n* 89. Intrigliol. *q.* 53. *n.* 212. *cum ſeqq.* Ioan. Borcholt. *cap.* 8. *nu.* 50. Roſenth. *cap* 9. *conſluſ.* 55. Vulteius eleganter *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 81. *cum ſeqq.* Petr. Iacob. *in ſua prax. rubr.* 56. *de condictione ex c. imperialem. §. callidis. de prohib feud. alienat. per Frid.* Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit.* 1. *§.* 35. *n.* 16. Clar. *§. feudum q.* 32. *n.* 4. Mynſing. *obſ* 62. *cent.* 1. Quibus ego addo tria inſignia reſponſa, ab aliis, quos mihi videre contigit, minime allegata, apud Modeſtin. Piſt. *conſ* 47. *lib.* 2. Weſ. *conſ* 73. Fichard. *conſ.* 15. *li.* 1.

Contendit autem Dominus interveniens in 9 ſubfeudo hoc, omnia præcitata requiſita concidere: (quanquam articulos recte intuenti pateat, primum tantum atque ultimum ſubfeudi requiſitum illis impugnari, non ſecundum) Cui allegationi precitatum Weſenbecci reſponſum *num.* 54. *& ſeqq.* mirifice & adeo fauet, ut hunc caſum quaſi in terminis definire videatur.

Et quanquam Senatus Brunſuicenſis in ultta memoriali etiam præſcriptione excipiendo ſe fundarit: ea tamen malo & ruinoſo ſubnixa fundamento, titulo videlicet emptionis expreſſo & vitioſo, parum momenti habere videtur. Quod 10 enim dicitur ex poſſeſſione ultramemorialititulum præſumi, in dubio verum eſt: At quando vitioſus titulus allegatur, in claris ſumus, ubi ne mille quidem annorum præſcriptio alleganti proficit Crauett. *de antiquit. temp.* 3. *part. limit.* 7. *n.* 27. *&* 4. *part §. abſolutis. n.* 59. *cum ſeqq.* Gabr. Roman. *recept. concluſ. lib.* 5. *tit. de præſcript. reg.* 1. *n.* 53. Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit.* 1 *§.* 5. *n.* 91. Hartm. Piſt. *q feud.* 46 *n.* 25. Pariſ. *conſ.* 27. *n.* 19. *conſ.* 101. *n.* 4. *conſ.* 114. *n.* 10. *li.* 1. Zaſ. *conſ.* 16. *n.* 51. *li.* 2. Emptionis autẽ & pretii mentionẽ, con- 11 ſtitutioni ſubfeudi adhibitam, ſimulationis præſumptionem inducere pleriſq; viſum eſt *c.* 1. *§. callidis. de prohib. feud. alien. per Frider.* Vnde nata 12 theorica: quod ſubfeudum pretio interueniente non detur. Ludolph. Schrad. qui plures in hanc ſententiam advocat, *in tr. feud. part.* 8. *cap.* 2. *n.* 15.

DECI-

DECISIO.

FTsi autem hæc prima fronte nonnihil ponderis habere videantur: adeo ut Dominus Abbas partes suas jure plane notorio fulcitas esse, sibi, ut apparet, persuaserit: In facto tamen & iure illum hallucinari, & prætensos articulos interventionales prorsus rejiciendos esse, sequentia, nisi fallor, planum efficient.

PRIMA DECIDENDI RATIO.

13 QVemadmodum enim exceptio, tua non interest, agentem repellit, Innocent. *c. super his num. 2. de accusat.* Bart. *in l. posthumus. §. si quis ex hu. nu. 2. ff. de inoffic. testam.* Imol. *in l. ille à quo §. si de testamento. num. 3 ff. ad SC. Trebell.* Angel. *in l. ex conuentione. C. de pact. & in l. 1. C sine cens. vel*
14 *reliq.* ita & intervenientem removet: Ioseph. Ludouic. *decis. 26. num. 2.* Andr. Gail. *pract. obser. lib. 1. obser. 69. n. 3.* At vere Domini Abbatis nihil hic interest.

Conatur tamen ille articulo interventionali 25. cum seqq. usque ad 30. Interesse suum ostendere, quod ex receptissima Dd. sententia, (in dubium tamen revocata à Dn. Hartman. Pist.
15 *q feud. 44.*) in subfeudis, resoluto jure datoris, minime jus acceptoris resolvatur: si ille priorem Dominum recognoscere paratus sit. Vnde concludit; utius subfeudi in nostro casu subvertatur, plurimum sua Interesse: quum alioquin juri reversionis seu commissi præiudicaretur, utili scilicet dominio de manu mortua, ad
16 suam Ecclesiam nunquam reuersuro. Hinc factum contendit, ut Ecclesiæ subfeudum concedi non possit. Ludolph. Schrad. *in tract. feud. part. 8. cap. 2. num. 16. arg. c. 1. §. 1. de alient. feudi.* Qui scribit, quum ratio decidendi *in illo §. 1.*
17 expressa, etiam in civitate; vel alia universitate locum habeat, se credere: quod simili modo Vasallo non permittatur, feudum suum absque Domini consensu, civitati vel universitati alicui in feudum concedere: quum legesetiam correctoriæ, propter rationem in illis expressam, ad illos casus, in quibus eadem ratio militat extendantur, &c.

18 Plurimum autem miratus sum, Schraderum nostrum; illam ab Ecclesia ad civitatem collectionem sibi quodammodo vendicare: quum præcitata sententia ex veteribus graviſſimos authores habeat.

Quærit enim Iacob de Beluiso *ad d. §. 1.* an decisio illius textus etiam in civitate procedat: & concludit, quod sic, addens, se putare, quod hæc vera sit, ibi Petr. Rauenn. Aluarot. *n. 7.* Bald. *nu. 10.* Afflict. *num. 15.* ubi ait: quando feudum donatur Ecclesiæ, dicitur pervenire ad manus mortuas: sed melius diceretur, secundum Lucam de pen. *in l si quis. C. de liuerf. prod. urb. lib. 10.*
19 peruenire ad manus perpetuas: quia Ecclesia nunquam moritur: Et sic fieret præiudicium Domino directo: quum nunquam esset spes, quod feudum reverteretur ad eum, per textum *c. 1. §. 1. de alien. feud.* Hæc ille. Idem repetiit *in c. 1. in princ. q. 17. num. 9. de prohib. feud. al. per Frid.* plurimos in eandem sententiam refert Carol. Molin. *ad consuet. ud. Paris. tit 1. §. 41. num. 57. 58.* Videatur Camill. Borell. *consil. 1. n. 15. & 184.*

Ita videmus apud Gallos, Hispanos, Belgas, aliisque in locis, legibus principum, quibus Ecclesiis bonorum immobilium adquisitio interdicitur, etiam Collegia, cæteraque corpora, quæ manus mortuæ dicuntur, contineri: & hisce non minus atque illis, contra ciuimodi leges amortizationis postulandæ necessitatem incumbere, quod Carol. Molinæ. *loco relato*, Petr. Bellug. *in specul princip. cap. 14.* Ægid. Petr. Pecc. & alii, cum Gallici, tum Hispanici scriptores, in suis de amortizatione bonorum tractatibus, explicant. 20

Quemadmodum enim Ecclesia perpetua est, 21
ita neque civitas regulariter moritur: *l. propone-batur 76. ff. de judiciis* nisi patiatur aratrum: *l. si a. fusfructus 21. ff. quib. mod. usufruct. amit.* Borcholt. *de feud c. 9. num. 5. 6.* quod exspectare fas non est. *l. si in emptione 34. §. liberum. ff. verb. oblig. l. inter 82. § sacram ibi Dd. ff. verb. oblig.* Borcholt. *de feud. cap. 6. numer. 31.* & Wesembec. *in responso Senatui eadem de re edito.* Vt proinde argumentum ex *d. §. 1.* ab Ecclesia ad ciuitatem petitum, firmissi- 22
mum videatur.

Verũ si collectio à libello ad feudũ, qua cum primis Dd. *in d. §. 1.* nituntur, non tam authoritate Dd. quã ratione constituenda esset, nullo negocio ex fundamentis euerteretur. Aut enim 23
Ecclesiæ atque ciuitati subfeudum datur, vt manui mortuæ, (qui noster casus non est.) Et verius est, subfeudum consistere: Nam vniuersitas seu municipium vsumfructum obtinere potest. *l. An vsufructus 63. ff. usufruct. & l. si usufructus 21. ff. quib. mod. usufr. fin.* cuius species est feudum, quo ad Vasallum: Rosenthal multa adducens *in tract. feud. cap. 1. concluſ. 1.* Atque ita in terminis decidit. Petr. de Bellapert. *in tr. feud. tit. 4. num. 16.* Wesembec. *loco relato*, quum tunc centum annis finiatur: *d. l. an ususfructus*, & sic ratio *d. §.* 1. cessat. Aut feudum conceditur Ecclesiæ & 24
ciuitati, non ut manui mortuæ, sed ita, ut illæ dent vicarium viuentem morientem &c. & excluſus est præcit: textus, cum omnibus, quæ de manu mortua & amortizatione bonorum disseruntur, qui noster casus est. Neque obstat 25
d. §. 1. aut in decisione sua, aut in ratione decidendi. Non decisio. Tum (1) quod is textus non in subfeudo, sed clare tantum loquatur in contractu libellario, qui ab usufructu (& consequenter à feudo differt) quod Alvarot. *d. §. 1. n. 7.* ostendit. Tum (2) quod is textus ratione 26
contractus libellarij, de quo agit, correctus sit. Non ergo licet feudum hodie alii allibellare: At bene permissum est Vasallo feudum alii in subfeudum dare, secundum omnes. Tum (3) 27
quod in contractu libellario regula ibi statuatur, Resoluto jure datoris, resolvi & ius acceptoris: Quæ uti ipsemet adversarius contendit, ex communi Dd. sententia, in contractu subfeudi non obtinet, si subfeudatarius Domino mediato seruire paratus sit. Vt proinde plurimum, & toto quod dicitur, cœlo, contractus libellarius, de quo is textus agit, à subfeudi contractu distet.

Sed

28 Sed excipiunt Dd. ex textu *d.* §. 1. correcto, remanere rationem argumentandi, ut per Aluarat. *ibi num.* 3. Reſpondeo, ne ex ratione decidendi quidem argumentum proceſſurum. Decidit enim ille textus, ſi clientulus fecerit libellum in perpetuum, de feudo ſuo alicui Eccleſiæ, id non valere: Ratio decidendi, quod feudum nunquam reuerſurum ſit ad Dominum: quum Eccleſia non deſinat eſſe hæres. Hanc plane explodit Iacob. de Beluiſ. Exiſtimauit enim, quemadmodum & plærique alii, eam ad Dominum mediatum referri, de quo in textu præcitata regula ſtatuitur: quod reſoluto jure datoris,
29 reſolvitur ius acceptoris. Alii propter hanc regulam in textu propoſitam, ſtatuunt, decidendi rationem ad Dominum immediatũ pertinere, quorum numero eſt Alvar, *nu.* 2. nec diſſentit Afflict. *nu.* 8.

30 Ex quibus firmiſſime concluſeris, ſiue rationem decidendi in textu illo, ad Dominum mediatum, ſiue ad immediatum retuleris, ad ſubfeuda haudquaque fore torquendam: quum illa, conſiſtente præcitata communi theorica, (quod volente ſubfeudatario in feudis reſoluto jure datoris, jus acceptoris non extinguatur) non Vaſalli modo ſubfeudantis, ſed & Domini immediati reſpectu perpetua ſint, nulla facta differentia, ſive in manum mortuam il-
31 la conſtituantur, ſiue non. Quemadmodum enim ſubfeudum, quod manui mortuæ legitime datur, proculdubio perpetuum eſt: Ita idem de illo ſubfeudo dicendum, quod privato conceſſum fuit, modo ille, cui conceſſio facta
32 fuit, id perpetuum eſſe velit: quum non tantum Vaſallo primo, ſed & ſubvaſallis omnibus, in infinitum uſque, ſubfeudum dare liceat, text. expreſſus *d. c.* 1. §. *ſimiliter. ibi gl. verb. modo & Dd. de lege Corradi.* Vultei. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 80.

Ex hiſce ergo, quam lubrica interpretum illa, à libello ad feudum ducta argumentatio ſit, colligere promptum eſt.

Sed quia in reſponſis, ſubtilitate diſputationum repudiata, communes & practicas theoricas ſequimur, ad primam noſtram decidendi rationem veniamus.

33 Sic ergo ſtatuo, ad litem motam quod attinet Domini Abbatis hactenus nihil intereſſe, ut interventioni locus ſit.

Tum (1) quod iuxta quartam decidendi ra-
34 tionem ſubfeudum ab initio à Nobilibus Rautenbergiis, ſecundum iuris normam, legitime conſtitutum, & à Dominis etiam mediatis, Abbatibus ſcilicet, pluries, cum lapſu temporis, tum ipſo facto comprobatum fuerit. Quo fundamento conſiſtente (quod profecto firmiſſime conſiſtere ſtatuo) nihil eſt, quod Dominus interveniens ſe hoc, aut novo Proceſſu, obtinere poſſe ſperet.

35 Tum (2) quod hic à Domini Abbatis prædeceſſore, cum conſenſu Capituli, Senatui, deficientibus Nobilibus Rautenbergiis, ius coniunctæ manus conceſſum fuerit. Fruſtra ergo ex adverſo intereſſe prætexitur: quod, cum in exceptionibus Senatus Brunſuicenſis expoſitum
36 ſit, à me ocioſe repeti non debet. Hoc namque fundamentum (non quidem ſimpliciter, ſed) præcedenti coniunctum, magni momenti eſſe ſtatuo: quum data ſubfeudi conſtituti validitate, & iuxta *d.* §. *ſimiliter.* in infinitum concedendi facultate, cauſa Eccleſiæ, conceſſione Abbatis, utcunque paululum immutata, non ſit facta deterior, ſed potius recepto precio, melior, ut proinde valeat, maxime propter Capituli conſenſum. Schrad. *in tr. feud. part.* 1. *cap.* 3. *num* 76.

Tum (3) quod ſententia illa Dd. qua aſſeri-
37 tur, à Vaſallo ſubfeudum Eccleſiæ aut ciuitati ſine conſenſu Domini valide conſtitui non poſſe, tum ſolummodo procedat, quando, ut iam factum eſt, feudum, ut in manum mortuam confertur: Quod tum fieri intelligitur, quando Eccleſia aut civitas per Syndicum inveſtituram petit, & iurat, quod regulare eſſe ſolet, ubi Collegiis feuda dantur. Iacobin. de S. Georg. *in tr. feud. verb. qui quidem inveſtiti. numer.* 25. Franciſc. Sonsbec. *part.* 11. *num.* 15. Aliud
38 quando Eccleſia vel civitas dat Vicarium, wann Kirchen vnd Communen jhre gewiſſe Lehenträger haben / ut clare ſenſit in eleganti caſu Dn. Modeſtin. Piſt. *d. conſ.* 47. *numer.* 7. *ibi*, Alldieweil ſie keine gewiſſe Lehnträger anders dann das convent, vnd communionem gehabt / *lib.* 2. Datis enim & admiſſis Vicariis, Domino, à quo feuda moventur, intelligitur cautum de indemnitate. Atque ita in Gallia, Hiſpania,
39 Belgio, aliiſque locis, manus mortuæ dant Vicarium, hominem videlicet viventem, morientem & confiſcantem: Ægid. de amortizat. *cap.* 1. *num.* 4. *cap.* 6. *num.* 2. *cap.* 8 *num.* 1. & 2. Molin. *d.* §. 41. *num.* 62. Petr. Pecc. *de amortizat. cap.* 33. *numer.* 1. quod ſixe omnes pragmaticos tenere dicit Molin. *d.* §. 41. *num.* 62. ubi ipſe de homine confiſcante contrarium ſentit. Et ciuſmodi ſubfeudationi etiam Dn. imediatum ſtare oportet. Molin. *ibi nu.* 85. Hinc Cuiac. *de feud. tit.* 2. Eccleſiæ (*ait*) moribus noſtris recte
40 Vaſallus feudum vendit, cum ſua cauſa. Quo tamen caſu, ne quid Domino depereat, vel quod Eccleſia ſit immortalis, vel quod ſit inhabilis militiæ, cogitur Eccleſia dare hominem, à quo officia debita exhibeantur, quoque mortuo redintegretur.

Porro Abbatem hunc, cum intervenientem,
41 tum novo Proceſſu experiri volentem, præcitatis duobus fundamentis excludi ſtatuo: tertium omittendum, aut citra ullam diſputationem, in genere videlicet, & ita attingendum arbitror, quod præcitata theorica, de ſubfeudo in manum mortuam non conſtituendo, iſto ſolum caſu procedat, quando illud ut in manum mortuam ſimpliciter conſtituitur: aliud ſi Vicariis intervenientibus detur.

SECVNDA RATIO DECIDENDI.

SEcundo: Tertius ad litem interuenire non
42 poteſt, niſi illius ius idem ſit cum iure, quod

per

per principalem in judicium deductum est. Ergo tùm articuli interventionales pertinentes habentur: impertinentes vero, si intervenientis ius, ab eo, quod in judicium deductum est, separatum sit & alienum. Andr. Gail. *d. observ. 69.*
43 *num. 1. 2.* Quum enim separatorum separata ratio sit, fieri nullatenus potest, ut tertius aut litigatores excludat, cuius ius à jure in judicium deducto separatum est, aut litem in eodem statu, super jure diuerso, tanquam defensor in se
44 assumat. Ius autem prætensorum Actorum, quod illi in judicium deduxerunt, à jure Domini Abbatis, interventionalibus articulis comprehenso, diversum esse, ex pluribus convin-
45 citur. Tum (1) quod acta ostendant, aliud factum ab Actoribus in jus deductum, aliud à Domino Abbate jam deduci, vnde maxima remediorum juris, & causarum agendi diversitas, & diversissimi quoque jurium effectus oriuntur.

46 Prorsus negarunt Actores jus subfeudi, à majoribus suis constitutum: Minime id negat Dominus Abbas, sed subfeudum constitutum asserit, in eoque totius interventionis fundamentum facit, dum contractum inter Nobilium Actorum progenitores & senatum initum, de simulatione & vitio redarguit. Ergo negatoria Actores sunt experti: At Domino Abbati alio remedio agendum, de quo per Petr. Iacob. *in prax. rubr. 56. quæ est de condictione ex c. Imperialem. §. callidis. De prohib. feud. alien. per Frid. num. 2. ibi, Item eodem modo potest agi contra emptorem.* aut ad minimum nova illa quam adfert, agendi causa, nouo Processu deducenda erit.

47 Deinde Actorum jus, propter sententiam nuper dictam, quæ in rem judicatam jam transivit, proculdubio eo in statu versatur, ut pro Reis absolutoria dicenda sit. Si enim sapientes, ad quorum Collegium acta transmissa sunt, defensionales pro irrelevantibus habuissent,
48 Reos condemnassent. Nunc quum resciscaconclusione, Actoribus aduersum exceptiones certo modo replicandi potestatem fecerint, actionem Reorum propositis exceptionibus plane elisam, & nisi exceptiones illæ juxta formam præscriptam replicando perimantur, pro Reis sententiam dicendam esse, satis ostendunt. At eò de jure, quod ex parte Domini Abbatis nunc primum deducitur, nihil hucusque di-
49 sputatum fuit. Quæ factorum & jurium diversitas talis & tam evidens est, ut in omnium, etiam imperitorum sensus incurrat, neque
50 acri aliqua dijudicatione opus habeat. Tum (2) quod in jure de contractu super feudo inito, aliter respectu mediati, aliter respectu immediati Domini judicetur.

51 Quemadmodum enim plurima de decimis, & rerum Ecclesiasticarum, multa etiam de rerum ad minores pertinentium, alienatione, favore Ecclesiarum & minorum cauta sunt: quarum nullaratio ducitur, ubi inter tertios, & laicos, disputatio de eiusmodi rebus incidit: Bart. *in Auth. hoc ius porrectum. num. 21. C. SS. Eccl.* allegans ad hoc *l. pupillorum. §. 1 ff. de reb. eor.* Neguzan. *in tract. de pignor. 1. memb. 6. part. princip. num. 15. vers. primo igitur ampliat regulam.* Redoan. *in tract. de reb. Ecclesiæ non alienand. q. 51. cap. 1.* Ita quæ favore Dominorum feudi constituta 52
sunt, ad disputationes inter Vasallum subinfeudantem aut alienantem, & eum, in quem subfeudum constitutum, aut alienatio facta est, trahenda non sunt. Neque etenim novum est, 53
contractum feudalem non valere in præiudicium supremi Domini, qui tamen in præiudicium Domini inferioris contrahentis subsistat. Bald. *in c. imperialem. in princip. numer. 23. De probib. feud. alien. per Frider.* Dec. *conf. 185. num. 7.* Mandell. *conf. 67. num. 7.* Quod maxime in nostro casu procedit, ubi (juxta ea quæ postea deducentur) ratio finalis, qua *d. §. callidis.* nititur, funditus cessat: ut tanto minus dubitandum sit, etsi hic contractus subfeudi aliquid dubitationis, respectu Abbatis haberet, (prout tamen non habet) respectu concedentium illum omnino valiturum: Quare jura Domini mediati & immediati inter se permiscenda non sunt.

Tum (3) quod de solo Actorum facto, puta, 54
de subfeudo, ab ipsorum progenitoribus Senatui & Reipublicæ Brunsuicensi constituto, hucusque fuerit disputatum: Quare remota sunt omnia, quæ de interventionalibus articulis, pro Actorum defensione, Dominus Abbas prætexit. Quæ enim in jure de tertio ad defensionem unius ex litigatoribus ad nominationem factam, vel ultro interueniente, prodita sunt, prorsus cessant, ubi de proprio litigatorum facto quæritur. Canonistæ ordinarie *d. c. Quoniam frequenter.* Et Legistæ *in d. l. 2. ibi* Bart. *numer.* 17. Bald. *numer. 9.* Dd. communiter *in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport.* ubi intellectum antiquorum communissime damnant, qui opinionis errore ducti existimarunt, inquilinum aliquid ex ædibus dejicientem, & propterea conuentum, à Domino ædium defendi posse. Cuius quidem reproba- 55
tionis hanc rationem adducunt, quòd de proprio inquilini facto agatur: ideoque omnis defensio cesset. Socin. *in l. rem quæ nobis num ff. acquir. possess.* Matth. de Afflict. *decis. 271.* Gabr. Roman. *libr. 5. recept. concluf. tit. de restitut. spoliat. concluf. 5. numer. 96.* Menoch. *recuper. possess. remed. 15. q. 38. fallen. 1. numer. 487.* Vincent. Caroc. *in tract. locat. tit. de nominat. num. 10. 11. & tit. de protestation. numer. 7. part. 2.*
De iure autem Domini mediati, & subfeudo- 56
rum substantialibus, Domini mediati jus & fauorem concernentibus, nullum in omnibus actis verbum extat. Neque necesse fuit, ut de illo iure tertii litigaretur, aut contra eum, qui in lite non modo non esset, sed etiam Senatui faueret, causa instrueretur.

Probe enim huius Abbatis anteceſſor sciuit, 57
inter Rautenbergios & senatum litem agitari: & non modo liti non intervenit, sed & ultro jus coniunctæ manus Reis obtulit. Quare si 58
modernus Abbas anteceſſoris concessionem, & facta in irritum deducere, & prætensum

jus

jus ſuum omnino proſequi volet, idoneè illum actione & nouo proceſſu experiri oportet, vt ad nouam actionem, nouæ ciuitatis defenſiones, quæ illi ad manum ſunt, iudiantur, & ſufficiens cauſæ adhibeatur cognitio. Quod enim Domi-
59 nus Abas iura ſua notoria eſſe exiſtimauit, refutatione opus non habet: ſi aliquid notorium eſt, ipſius NONIVS notorium erit: & ſufficit illi dicere: Quod multi de notorio loquantur, & quid notorium ſit, plane ignorent: *ſpecul. de notor. crim.*
60 §. *fin. num.* 16. multaque dicantur notoria, quæ eiuſmodi non ſunt. Petr. Racha *in ſua praxi cap.* 14. *num.* 9. Rol. à Vall. *conſ.* 99. *num.* 15. *lib.* 1. *conſ.* 53. *num.* 34. *lib.* 2. Weſembec. *conſ.* 10. *n.* 14.

Omnino conſtat, duas quæſtiones ſeparatas
61 in hanc materiam incidere, quæ inter ſe permiſcendæ non ſunt: Prior, an Actorum progenitores ciuitati Brunſuicenſi ſub feudum in bonis litigioſis conſtituerint, nec ne: Altera, ſi pareat ſubfeudum conſtitutũ, an legitime & ita conſtitutum fuerit, vt & mediati Domini reſpectu ſubſiſtat. De priori hucuſque litigatum eſt; ad Eccleſiam nihil pertinente, cui proinde Abbas
62 nullatenus interuenire poteſt. Aut enim ſubfeudum legitime conſtitutũ eſt; & non eſt quod queratur; Aut illegitime, & nihil illi hic Proceſſus præiudicaturus eſt: Partim (1) propter iuris & facti diuerſitatem, juxta prædicta, Partim (2) quod cauſa cum legitimo contradictore acta, tertiis non noceat, quorum jus à iure legitimi contradictoris non dependet, ſiue Proceſſum agitari ſciant, ſiue ignorent. Quæ adeo vera, vt ne proteſtatione quidem opus ſit: quum ea tunc ſolũmodo requiratur, quando de iure PRINCIPALITER ad alium pertinente, litigatur. Couarruv. *d. cap.* 13. *verſ. Primum etenim conſtat huius cauſæ defenſionem. ad fin.* textus clariſſimus *d. l. ſæpe. ibi Nam ſententia inter alios.* Non etiam quando ſimpliciter tertij intereſt, vt errore lapſus, voluit Andr. Gail. *d. cap.* 70. *n.* 25.

TERTIA RATIO DECIDENDI.

TERTIO: Alienæ liti interuenire volentem,
63 ſecundum iuris regulam interuenire oportet. Verum aduerſarij interuentio, de euidenti ineptitudine conuincitur.

Quum enim omnis interuentio ad triplicem
64 effectum fiat, Primo, ad remouendum agentem defendentem, aut vtrumque: Secundo, ad aſſiſtendum agenti vel defendenti: Tertio, ad impediendam executionem. Ioſeph. Ludouic. *d. deciſ.* 26. *num.* 7. *cum ſeqq.* Andr. Gail. *d. obſ.* 70. *n.* 19. *cum ſeqq.* ipſomet aduerſario teſte, nulla harum interuentionum themati noſtro conuenit. Fruſtra ergo & inepte ſit, quicquid ille tentat.

Non enim interuenit ad impediendum exe-
65 cutionem. Non etiam ad remouendum aut impediendum alterum ex litigatoribus. Quare reſtat, vt interuenerit ad aſſiſtendum prætenſis Actoribus, illorum cauſam defenſurus: quod & Actores ipſi in ſcripto edito, & Dominus Abbas in initio & fine interuentionalium ſatis clare profeſſi ſunt. At hoc pacto nullatenus interuenire poteſt: quum ſubiecta materia refragetur. Contendit enim Abbas ſua (non quidem æ-66 que principaliter, aut ſecundario, ſed) plurimum & PRINCIPALITER (quod notetur.) Intereſſe, daß ſeiner Erwürden vnd des Stiffts Intereſſe trefflich vnd Principaliter mit vnterlauffe.

Qua ſententia conſiſtente, ego ita colligo. Si 67 Domini Abbatis principaliter intereſt, oportet illum interuenire ad remouendum & impediendum Actorem, vel Reum, vel vtrumque. At interuenit ad aſſiſtendum alteri parti. Ergo ipſo facto confitetur, ſua principaliter non intereſſe. Aut ſi reuera illius principaliter intereſt, male & inepte interuenit ad aſſiſtendum.

Illi enim demum cauſæ aſſiſtunt, quorum ſe- 68 cundario, & per conſequentiam intereſt. Ad eum vero, cuius principaliter intereſt, actio & defenſio primo & principaliter pertinet ita vt & tertio interdicere poſſit, ne actione vel defenſione vtatur & liti interueniens, tertium agentem aut defendentem excludat. *l. ſæpe. ibi Dd. ff. re judic. c. pen. exempt. eod.* Carol. Molinæ. *ad conſuetud. Pariſ tit.* 1. §. 31. *num.* 18. 21. Couarruv. *lib. pract. quæſt. cap.* 13. *verſ. Cæterum aduerſus hanc communem ſententiam plura vrgent. &c. & paſſim alibi* Andr. Gail. *d. obſer.* 70. *num.* 19. practicis doctrinis conuenienter ſcribens, Ad impediendum vel remouendum agentem vel defendentem interuenire cum, quẽ cauſa principaliter concernit. Eodemque, ex natura, rei articuli interuentionales directi ſint, ad remouendum ſcilicet, non ad 69 defendendum aut aſſiſtendum: quum inter omnes feudiſticos Dd. conſtet, quando ſubfeudi ſubſtantialia deficiunt, & illud in fraudem Domini ſimulate conſtitutum eſt, concedentẽ jus ſubfeudi, non minus atque alium alienatorem feudo cadere: Et Dominum condict. *ex d. c. imperialem §. Callidis De prohib. feud. alien. per Frid.* experiri poſſe. Petr. Iacob. *d. rubr.* 56. *num.* 1. Quare & diſertæ illi aſſeuerationi, de Intereſſe 70 PRINCIPALI, & articulis ad excludendum vtrinque directis, petitio diuerſa, aut contraria potius, aliorſum (ad aſſiſtendum videlicet atque defendendum) tendens male cohæret. Et rectiſſime atque optime ex parte Senatus circa hoc caput excipitur, ſi ad aſſiſtendum & defendendum Abbas interuenire velit, illi litem in eo ſtatu, in quo nunc eſt, aſſumendam, & viam, mediante ſententia, præcluſam principali, etiam interuenienti præcluſam eſſe.

QVARTA RATIO DECIDENDI.

HAc vltima ratione negocium omne confici poſſe confido.

Videri autem alicui poſſit, quum in illis inueſtituris, quos Actores produxerunt, nulla ſeruitia expreſſa ſint, feudum hoc francum eſſe, (quemadmodum aliqui non ſatis clare loquentes, feudum francum ita definiri videntur, in Zaſ. *in tract. feud. part.* 8. *num.* 44. *part.* 12. *num.* 36. Sonſbec. *part.* 3. *num.* 25. Ludolph. Schrad. *part.* 2. 71 *cap.* 4. *num.* 6. *cum ſeqq.* Ioan. Borcholt. *cap.* 4.

diuiſ.

diuis. 5. num. 20. & plures alii) & ea propter in Ecclesiam, aliamque manum mortuam transire.

72 Multi namque feudi franci effectus sunt: Redoan. *de reb. eccles. non alien. q. 2. cap. 28. num. 24.*

73 Amæd. *quæst. Laudem. 18.* inter quos hic quoque recensetur, ut in Ecclesiam transeat: quemadmodum aliquos tenuisse, refert Bald. *in Auth. nisi rogati. num. 15. C. ad SC. Trebell.* Redoan. *loco relato.* Curt. *part. 1. cap. 9. num. 29.* Ioan. Ferrar. *lib. 1. cap. 6. vers. secundo feudum francum.* Verum hoc fundamentum plane lubricum, ideoque re-

74 pudiandum est. Tum (1) quod feudum francum varie accipiatur, & multis modis dicatur. Cacheran. *decis. 163. num. 1.* Amedæ *d. q. 18.* ita quidem, ut proprie atque plene feudum francum non sit, pro quo nullum servitium præstatur, neque alienari possit, etsi in specie hoc agatur, ut nullum præstetur servitium Paris. de Put. *de reintegr. feud. cap. 95. n. 1. 11. 16.* & adducit Isernię decisionem in terminis, Alex. *cons. 30.*

75 *num. 20. lib. 1.* Hinc feudistici Dd. Communiter tradidere, ad feudi franci constitutionem nõ sufficere, ut nulla pro eo servitia præstentur, sed duo ad hoc exigi, de quibus per Paridem de Put. *cap. 95. num. 10. 11. 16.* Curt. *part. 1. q. 8. num. 27.* Clar. *§. feudum. q. 12.* Ferrar. *lib. 1. cap. 6. vers. secundo feudum francum.* Amæd. *d. q. 18.* Rosen-

76 thal. *cap. 2. concl. 33.* Imo etsi pro feudo franco neque servitium neque homagium præstetur: tamen adhuc alienari non potest, nisi in Burgensaticum redactum, & feudatario alienandi facultas concessa sit. Feudum ergo proprie &

77 plane francum est, in quo feudatario servitia & homagium remissa sunt, atque alienandi licentia indulta est. Paris. de Put. *d. cap. 95. num. 3. 11. 14.* Cacheran. *d. decis. 163. n. 16.* Sonsbecc. *part. 4. num. 30. 31.* Camerar. *repet. c. imperialem. mihi fol. 280.* Zas. *part. 11. num. 37.* egregie Castrens. *cons. 179. in causa quam magnificus. num. 2. lib. 1.*

78 Tum (2) quod & feudum francum alienabile, in Ecclesiam tamen aut manum mortuam transferri nequeat: Camerar. *d. c. imperialem mihi fol. 281.* etsi aliis aliud videatur, quos refert Amæd. *d. q. 18.*

Hisce ergo repudiatis, quod verum & cer-

79 tum est, teneatur: quum quæstiones feudisticæ, primo ex tenore instrumenti feudistici, secundo juxta loci statuta & consuetudinem, tertio secundum jus commune feudisticum decidendæ sint, Senatum Brunsuicensem jus bonum fovere, sive ad investituræ tenorem, sive ad loci consuetudinem, aut jura feudalia communia respiciatur, dummodo unus ille scrupulus, de prætensa simulatione initi contractus, valide submoveri possit.

80 Firmissime, ut video, adversa pars statuit, quum emptionis & pretii mentio circa subfeudi constitutionem habita fuerit, in eoque Senatus fundamentum intentionis posuerit, contractum propterea vitiosum & simulatum haberi: neque ullo temporis tractu robur assumpsisse, in quo profecto egregie fallitur. De quo nihil miror: quum & Dd. nostri varie loquuti sint, & attentum lectorem hic requirant.

Porro allegatam simulationem duo fundamenta potenter elidunt.

Primo, quia pretium interveniens, contractũ 81
subfeudi, VERE non facit simulatum: quin potius pretio interveniente, subfeudum recte constitui paret, modo res sincere & sine fraude agatur. Tum (1) quod in subfeudo legitime (id est, requisitis intervenientibus) constituto, cesset finalis ratio constitutionis Friderici Imperatoris, sive subfeudum pretio, sive gratis detur. Ergo & ratio legis, id est, subfeudi prohibitio cessabit. Quum enim ratio finalis *d. c. imperialem* 82
in princip. & d. §. callidis. hæc à Friderico exponatur, quod alienationibus feudorum, & callidis machinationibus atque collusionibus, Principes & ordines imperii debita seruitia amitterent, & consequenter honor imperij minueretur: omnes profecto intelligunt, si vsibus feudorum subfeuda non prohibentur, vti receptissima interpretum sententia habet: sed legislator eiusmodi alienationem permittit, nihil interesse ad summam reipublicæ, hoc est, ad imperatoris comitatum & legislatoris mentem, vtrũ gratis an pretio eiusmodi alienatio fiat: & nihil ad continendos in officio militari vasallos interesse, vtrum ab infeudato aliquid lucelli accipiant, an non accipiant. Vt rectissime hactenus argumentatur Hotoman: irridens eos, qui sine pretio subfeudum licite constitui, pretio autem interueniente, id vitiari opinantur.

Et est hoc quidem argumentum à cessatione rationis finalis in iure nostro fortissimum.

In eo autem Dn. Hotomanus grauiter errat, 83
dum rationem non inuenire valens, cur alienatione feudi prohibita, Vasallo feudum subinfeudare liceat. (quam docte explicuerunt Dn. Hartmann. Pist. *q. feud. 44. numer. 2.* Vulteius *in tract. feud. lib. 1. cap. 10. num. 85.*) argumento præcitato se evincere posse arbitratur, quod constitutione præcitata Friderici, subfeudi constitutio non minus quam alia alienatio feudi indistincte prohibita sit. In alienatione namque ratio *d. c. imperialem.* militat: in subfeudo legitime constituto plane cessat: quum etsi Vasalli mei Vasallus meus Vasallus non sit: nihil tamen per subfeuda, aut servitiis Principum, Comitum, Baronum, aut honori imperii decedat: ea ratione, quod poscente necessitate imperij, Princeps Vasallo suo, Vasallus subvasallo servitia imperare possit. Iacobin. de S. Georg. *verb. ita etiam quod ipsi Vasalli. num. 6.* Cagnol. *in l. consilii. §. socius. numer. 2. & 4. ff. de reg. iur.* Dn. Hartmann. Pist. *d. q. 44. num. 2.* Vulteius *d. cap. 10. n. 85.*

Tum (2) quod feudum non modo pecunia 84
cõstitui, & à Domino emi possit: Andr. de Isern. *c. 1. n. 2. de nat. feud. & in c. 1. n. 1. de feud. dat. invic. leg. commiss. c. 1. §. sed etiam res. num. 5. per quos fiat invest.* Zas. *in tr. feud. part. 12. nu. 19.* dicens, hanc plærosque omnes sequi, pro qua sint textus sufficientes, *c. 1. quemad. feud. ad fœmin. pertin. cap. 1. in princ. de invest. in marit. fact. c. 1. de benefic. frat. c. 1. de nat. feud.* Clar. *§. feudum. q. 16. n. 1.* Guerrin. Pis. *in tr. feud. sub rubr. an feudum. pecunia acquiri possit.* qui omnibus fundamentis contrariis

reſpondet,& hanc affirmativam ſententiam palmam tuliſſe affirmat. Iohann. Fichard. *conſ.* 10. *num.* 3. hanc receptiorem dicens, *lib.* 1. Sed ita conſtitutum, verum etiam & proprium feudum habeatur, eo ſolo excepto, quod non eſt gratuitum: Sonsbecc. *part.* 2. *num.* 8. *part.* 4. *num.* 37. 38. *part.* 9. *numer.* 122. Fichard. *d. conſ.* 10. *num.* 3. quo pacto eorum ſententia intelligenda eſt, qui feudum pecunia conſtitutum non proprium feudum eſſe voluerunt, quos refert Gabr. Roman. *lib.* 3. *recept. concluſ. tit. de feud. concluſ.* 2. Zaſ. & Clar. *locis proxime relatis.*

85 Ergo idem de ſubfeudo ſtatuendum; quod dicitur à feudo principali derivari, ſicut aqua à ſuo fonte, & retinere naturam ſui principalis, & à feudo minime diuerſum aut ſeparatum, ſed eius membrum & rem integralem eſſe, ut poſt alios pulchre deducit Vulteius *in tr. feud. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 83.

86 Tum (3) quod textus *d.* §. *callidis.* quo perperam adverſarius nititur, iuxta communem intellectum, idem probet. Nonnulli enim textum ita accipiunt, quod ibi omnis alienatio, & conſequenter etiam omne ſubfeudum prohibeatur, quorum numero eſt Hotomannus. Quæ ſententia recte exploſa eſt. Ardizo rectiſſime & veriſſime textum de venditione ad libellum, velata colore ſubfeudi exponit. Sed quum ille ultro profeſſus ſit, omnes intelligere textum in Vaſallo, qui in feudum alii dat, accepto pretio, (id eſt, per ſimulationem) & in reſponſis communibus theoricis inhærendū ſit, merito hunc intellectum amplectimur.

87 Sunt autem verba textus diligentiſſime penſanda, quæ ita habent: Callidis inſuper machinationibus quorundam obvenientes, qui (1) PRETIO ACCEPTO, (2) QVASI SUB COLORE inveſtituræ, quam ſibi licere dicunt, (3)
88 FEUDUM vendunt. Ex hiſce namque verbis liquidiſſime conſtat, ad hoc, ut deciſioni textus huiuſce locus ſit, duo neceſſario requiri: Primo ſubfeudum ſimulatum, ut videlicet contrahentes animum non habeant ſubfeudi conſtituendi, aut accipiendi, ſed ſubfeudum conſtitui ſimulant: ſub colore autem inveſtituræ & ſub-
89 feudi aliud quidpiam moliantur. Ergo ſatis clare textus innuit, ſi abſit ſimulatio, atque ſubfeudum vere & abſque fraude conſtituatur: nihil intereſſe, pretione an gratis detur. Secundo, venditionem feudi (NON SUBFEUDI) hoc eſt, plenam alienationem jure prohibitam, qua venditor nihil juris retinet: ſed id omne, quod habet, revera in emptorem tranſfert, & conſequenter jus Domini intervertit. Weſembecc.
90 *d. conſ.* 73. *num.* 49. Nam qui ſubfeudum ſe conſtituere fingit, per quod juribus & ſervitiis Domini nihil derogetur, & interim hoc agit, ut res vere vendita, & in totum abalienata, eoque jure ſubfeudi apud emptorem vere non ſit, ille tanquam invaſor pretium recipit, & omne jus Domini quantum in ſe eſt, intervertere cupit: quo pacto feudiſtici Dd. hoc caput juris feudi-
91 ſtici veriſſime & rectiſſime exponunt. Et hoc pacto textum intelligi neceſſe eſt, habito videlicet reſpectu ad rationem finalem, quo tota illa lex feudiſtica directa eſt: ne in labyrinthos inextricabiles incidamus. Atqui in ſubfeudo ſincere, ſive gratis, ſive per pecuniam conſtituto, ceſſat ratio finalis conſtitutionis Friderici, per præcitata: in ſubfeudo autem ſimulato utique ratio legis militat: Quare hi caſus inter ſe permiſcendi non ſunt.

Ad idem clarus textus eſt *in c.* 1. §. *ſed et ſi res.* 92
per quos fiat inveſtitura. per argumentum à contrario ſenſu probans, ſubfeudum emptione conſtitui poſſe: Mentionem namque pretii textus facit, quod proprie ad venditionem pertinet. Weſenbecc. *d. conſ.* 73. *num.* 50. Eodemque modo interpretes ſenſiſſe conſtat. Hanc namque ſententiam, quod ſubfeudum valide emi, & conſequenter pretio interveniente, non minus atque feudum conſtitui poſſit, dummodo omnia ſincere agantur, ſemper expeditam fuiſſe, thema illud oſtendit, quod celeberrimi jurium interpretes proponere & explicare conſueuerunt: ſi primus Vaſallus feudum ſuum, 93
jure ſubfeudi vendat ſecundo, ſecundus eodem jure illud vendat tertio, tertius autem id vendat pro allodio: cui revocatio feudi atque vendicatio competat, primone Vaſallo, an ſecundo, aut Domino feudi penes quem directum dominium eſt.

Hic omnes pro conſtanti præſupponunt, ul- 94
tima illa demum venditione, qua res ut allodialis alienatur, feudum committi, non prima venditione aut ſecunda.

Movet hanc quæſtionem poſt Ioannem An- 95
dreæ, Felin. *c. quæ in eccleſiarum. num.* 69. *verſic. quarta declaratio. de conſtit.* & reſpondet revocationem & vendicationem non pertinere ad primum aut ſecundum Vaſallum, ſed ad primum Dominum feudi, habentem directum dominium: Ea decidendi ratione, quod primus Vaſallus & ſecundus, qui aliis ſubinfeudarunt, nullum habeant dominium, & conſequenter nullam vendicationem: Eandem rationem am- 96
plexi ſunt. Ludouic. Roman. *in l.* 2. *num.* 3. *ibi* Alex. *num.* 5. reſpondens Baldo contrarium tenenti. C. *vnde cognati.* meminit de hac doctrina Felini Curt. *in* 4. *part. n.* 83.

Alii diſtinguunt univerſitatem à rebus ſin- 97
gularibus. Nam in regno Apuliæ, & in imperii Germanici Electoratibus, Ducatibus, Marchionatibus, Principatibus, Comitatibus, Baroniis, quo ad Vniverſitatem bonorum, Rex, Electores, Duces, Marchiones, Principes, Comites, Barones habent utile dominium; reſpectu autem rerum ſingularium, quæ illi conceduntur in ſubfeuda, directum, ita Bald. *in d. l.* 2. dicens ita ſenſiſſe antiquos advocatos. Idem Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de legit. hared. & in proœm. ff. numer.* 25. Iacobin. de S. Georg. *verb. dictique Vaſalli promiſerunt recognoſcere. n.* 28. multa eleganter adducit Marin. Freccia *de ſubfeud.* Baron. *lib.* 2. *tit. quis dicatur princeps.* §. *ſed ut verius cognoſci poſſit, &c.* licet propter conflictum præſtantiſſimorum ICtorum ipſe nihil decidere velit. Euerhard. *in loco de tanquam. illat.* 29. Dec. *conſil.* 514. *num.* 10. Modeſtin. Piſt. *conſil.* 15. *numer.* 11. *lib.* 1.

At ſi

At si quis feudum, quod habet, tot aliter aliis in subfeudum det, quæ Ioannis Andreæ & Felini aliorumque quæstio fuit, crebrior sententia est, quoddam quasi vtile dominium penes concedentem manere. Curt. 4. *part. num.* 83. plures adducit Dn. Hartm. Pist. *q.* 44. *num.* 3. Vulteius *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 84.

Frustratoria hæc, imo plane inepta, aut fatua potius, cum Felyni quæstio, tum omnis de ea interpretum dissertatio fuisset, si subfeudum nullo omnino casu emi posse, sed interueniente pretio aut emptione, indistincte feudum committi, interpretes nostri statuissent.

Sed feudisticos Dd. audiamus, casum nostrũ in specie decidẽtes, vt omnis tollatur dubitatio.

98 Et primo in medium prodeat Iacob. Ardiz. *in summ feud. cap.* 119. vbi pro intellectu *d.* §. *callidis.* quæstionem mouet: an Vasallus feudum in libellum dare possit, distinctione proposita respondet: si Vasallus dat feudum in libellũ, vt accipiens id habeat ea condicione, quemadmodũ ipse concedens habet, contractum tenere, addit rationem decidendi hisce verbis: Quia posset
99 vendere, id est, ea conditione, vt habet. Beluis: *ad c. præterea. De leg. Corrad.* textum. §. callidis. ita edisserit, quod Vasallus sub colore inuestituræ (id est, sub inuestitura non vera) pretium acceperit, qui vendere disposuerit & dissimularit. Audiamus deinde patrem illum & aurigam feu-
100 distarum Andream de Isernia *in d.* §. *callidis.* cuius hæc verba sunt: Dictum est, non posse feudum alienari sine Domini consensu: sed datio in feudum propter hoc non est prohibita: quia dabit eadem lege, modo & forma, quo ipse habet, sincere & sine fraude. Per hoc excogitabatur fraus: Recipiebat pretium feudatarius, sicut si venderet: (id est, vt venditor) & fingebat dare in feudum: (Non ergo vere in subfeudum dare volebat, sed hoc simulabat) sub colore inuestiendi & infeudandi emptorem: Quæ inuestitio (id est, emptoris) est licita, si sine fraude fiat: Hæc autem fit ficte: Et commentum & figmentum tale vel simile non valet; quia fit in fraudem istius constitutionis.
101 *Hæc ille.* Martin: Siliman: in tract. feud. rubr. Quis possit feud. dar. num. 29. rectissime censet, Vasallum, qui in terminis *d.* §. *callidis.* pretium recipit, tanquam inuasorem esse, (quia simulat quidem subfeudum, reuera autem ius Domini
102 interuertere studet.) Aluarot: *d.* §. *callidis num.* 2 intelligas dictam infeudationem valere, dato, quod interueniat pretium, dummodo interue-
103 niant tria, (id est, subfeudi requisita.) Bald. ibidem, Vasallus vult reuera vendere (id est, feudum) sed fingit se in feudũ dare modico pretio.
104 Baro ibi (*id est, in textu d.* §. *callidis*) prohibet Fridericus, ne quis veteratoria quadam versutia præsentem cirumueniat legẽ, ita videlicet, vt iustæ licitæque subinfeudationis prætextu feudum accepto pretio reuera vendatur. (id est, in totum abalienetur) Camerar: *repet. d. c. imperialem. mihi charta* 33. dicit, Fridericum nihil de
105 subinfeudatione licita *in d.* §. *Callidis.* dixisse, sed tantum, ne sub colore veræ & realis infeudationis, faciat inuestituram fraudulentam (id est, non veram, sed imaginariam & simulatam, ut jus Dominii intervertat.)

Omnium autem post Martinum Siliman: 106
dexterrime Ferrar. *noster lib. 2. cap. 1. ad fin.* textum *d.* §. *Callidis.* exponit, quod Vasallus infeudationem faciat fraude, animo videlicet rem alienandi aut intervertendi, daß er nemblich im Grund seinen Lehenherrn vmbs Gut bringen will. Rosenthal. *in sua epit. cap. 9. conclus.* 58. inter Dd. constare asserit, si sincere res agatur, 107
& requisita subfeudi obseruentur, non in fraudem legis, sub colore inuestituræ, (id est, sub inuestitura simulata) feudum vendatur, Vasallum posse palam & publice pretium accipere: Sequitur Vulteius *libro primo, cap. undecimo, nu.* 82.

Ex consulentibus in terminis ita tenet Mo- 108
destin. Pistor. *cons.* 47. *libr.* 2. Nam ex iis, quæ ille *numer.* 76. *&* 77. ibi scribit, patet, subfeudum eo in casu, de quo respondit, pecunia constitutum atque emptum fuisse, & tamen *num.* 4. clarissime præsupponit, daß dieselbe subinfeudatio, so Herr Henrich B. den Carthäusern gethan / wol möge bona fide & sine fraude geschehen seyn. Diserte ergo adfirmat, subfeudum, cæteris paribus, sincere constitutum intelligi, etsi pretio fuerit constitutum. Idem clare re- 109
spondit Wesembecc. *d. cons.* 73. *numer.* 50. *& seqq.*

Denique totam hanc disputationem cele- 110
berrimus ille practicus Petrus Iacobi concludat, qui *rubr.* 56. praxin super condictione ex *d. c. imperialem.* §. *callidis.* libellandi proponens, Actorem instruit, ut narret, Reum sine permissione feudum, quod quondam tenuerit, vendidisse & tradidisse, (& consequenter omne ius in totum abse alienasse, quod subfeudo vero minime convenit.) Atqui practica omnium maxime certi juris interpretatio est. Atque hoc primum fundamentum est, quo simulationis materies à proposito casu remouetur, substantialia requisita, quibus decisio *d.* §. *callidis.* continetur, respiciens.

Alterum est, genuinus & dexter eius theori- 111
cæ intellectus, quæ pretio interveniente, subfeudum concidere & vitiari perhibet. Vbi multi profecto, non infimæ notæ ICti, admodum incircumspecte loquuti, aliqui etiam eas in absurditates delapsi sunt, ut vel minimo pretio, quoquo modo interveniente, subfeudi contractum impugnarint: contra quos veritas & communis atque practicus sensus stat, per prædicta.

Sciendum ergo, quemadmodum emptio 112
cum pacto de retrouendendo, concurrentibus certis quibusdam circumstantiis, simulata est, præsumptive scilicet, quæ tamen simulationis præsumptio contrariis probationibus eliditur: quum non modo præsumptio juris præsumptioni & probationi fortiori cedat: sed & præsumptio iuris atque de jure multis modis excludatur: Alciat. *de præsumpt. part. 2. numer. 5. cum seqq & part. 3. in princ.* Menoch. *lib. 1. præsumpt. q. 3. & 4. & lib. 3. præsumpt. 122. num. 116. ad fin.* Mascard. *de probat. lib. 1. q. 10. num. 31. cum seqq.*

Everh. *in topic. in loco à verisimili prope fin. verſic. porro quoniam hoc argumentum.* Ita & ſubfeudum, certis in caſibus, pretio interueniente,
113 concidere, hoceſt, ſimulatum præſumi Atque hoc interpretes jurium velle, qui pretio interveniente, ſubfeudum vitiari, & non niſi gratuito conſtitui poſſe tradunt, plane conſtat. Nam ubi tria ſubfeudi requiſita adhibentur, illud indiſtincte conſiſtit, ſi gratuito fuerit conſtitutum: At pretio interveniente, indiſtincte profecto id non valet, quin potius ſimulatum præſumitur, certis in caſibus, ideoque propter præſumptionem funditus concidit, niſi illa idonee fuerit purgata.

114 Italoquitur Ardizo *in ſumma feud. cap.* 19. Vaſallus (inquit) poteſt in feudum dare, ſubaudi ſine pretio & liberalitate: (An quod pretio accedente, ita ſit nullus contractus, ut ſalvari non poſſit? Non hoc dicit, ſed) quia tunc non continetur ſub verbo venditionis: (& ſic indiſtincte valet, concurrentibus ſubfeudi requiſitis) ſecus ſi accepto pretio, & non liberaliter feudum concedat: (Ratio) quia in fraudem intelligitur facere, (id eſt, ſubfeudum ſimulatum & vera venditio præſumitur, juxta *d. §. callidis.*)

115 Ravenn. *d. §. callidis.* fraus intelligitur, (id eſt, facta præſumitur) quando intervenit pretium quoquo modo.

116 Alvarot. *ibidem num.* 2. utrumque clare affirmat, quod & fraus ex interventu pretii intelligatur, & cæteris paribus, tale ſubfeudum, in quo pretium intervenit, teneat.

117 Hartman. Piſt. *q.* 44. *n.* 5. infeudatio de fraude ſuſpecta redditur, ſi pretio accepto, fiat.

118 Weſenbec. *in tract. feud. cap.* 11. *num.* 9. præſumitur ſubinfeudatione ſimulatio obduci emptioni, quæ vere fit, dato pretio.

119 Roſenth. *d. c.* 9. *concluſ.* 58. ſi ultra medietatem valoris acceperit in fraudem legis præſumitur, quamvis aliqui dixerint, idem eſſe etiamſi minus acceperit.

120 Vulteius *d. c.* 11. *nu.* 82. magna præſumptio eſt legi fraudem eſſe quæſitam, etiam minimo accepto pretio: quam præſumptionem tum nonnulli admittunt, ſi pretium excedat dimidiam partem juſti valoris.

121 Hoc ergo pacto, non authoritates illæ modo, quæ à Ludolpho Schradero adferuntur, ſed & alia omnia Dd. reſponſa, quæ feuda committi dicunt, ſi in conſtitutione ſubfeudi pretium interverierit, dextre accipienda ſunt, ne veritati juris præiudicent: quod prorſus fieret, ſi dicta interpretum rigide & ruditer eo torqueantur, quaſi pretio interveniente ſubfeudum (non quidem præſumptive, ſed) vere & uſq; adeo concidat, ut nullo caſu velis, qui ſubfeudum dedit, aut qui accepit, audiri debeant, ſimulationis præſumptionem idoneis teſtimoniis elidere, & pro veritate atq; iuſtitia ſubfeudi propugnare volentes.

122 Hæc autem fraudis & ſimulationis præſumptio, in noſtro caſu, cum pluribus aliis modis, puta, ſubſtantialibus ſubfeudorum concurrentibus, inveſtiturisauthenticis, &c. qui in medium adferri poſſent, excluſa eſt.

123 Tum primo repellitur ex perſonarum contrahentium qualitate. Fuere enim contrahentes ultro citroque viri nobiles, honeſti, graues, de quibus nunquam auditum fuit, quod ſimulatos & legibus prohibitos contractus fecerint, aut facere conſueſſent: Quare excluſa ſimulationis allegatio eſt: quum inter legales & graues viros 124
locum non habeat. Cæpoll. *in tract. de ſimulat. præſumpt. 22. n. 72.* Menoch. *præſumpt. 122. n. 109. lib. 3.* Tib. Decian. *conſ. 2. nu. 14. cum mult. ſeqq. lib. 1.* Vt valde mirandum ſit, Nobiles adverſarios, eiuſmodi labe, nobiles progenitores ſuos adſpergere voluiſſe.

Tum ſecundo evidentia atq; notorietate fa- 125
cti, & actorum, cui quidem probationi perpetuo, etiam contra præſumptionem juris & de jure locus relictus eſt. Si enim nobiles Rautenbergii cum ſenatu Brunſuicenſi ab initio contra prohibitionem *d. §. callidis.* ſubfeudum tantum ſimulate conſtituiſſent: in rei autem veritate veram & totalem alienationem feciſſent: tum neceſſario Rautenbergii poſt tot annorum intervalla, omne jus à ſe abdicaſſent, & in ſenatum tranſtuliſſent: & ſenatus occaſione ſubfeudi per totannos, quoties caſus accidit, feudum iuxta tenorem inveſtituræ primæ, per ſuos Vicarios non recognouiſſent. Id eniin ſubfeudum ſimu- 126
late conſtitui intelligitur, quando ſubfeudum dans, omne jus in accipientem transfert, & vere ſuum feudum vendit, per prædicta. Nunc autem quum nobiles illi, perpetuo ius feudi retinuerint, neque omne ius ab lienaverint in ſenatum: ſenatus etiam quoties caſus accidit, per ſuos Vicarios recognitionem bona fide fecerit: luce meridiana clarius eſt, ſimulationis allegationem ad caſum hunc nequaquam quadrare, ſed ab eo tanto diſtare intervallo, quanto ſpacio ſupremũ cœlum à centro terræ ſeiungitur. Quare pueri- 127
lis hæc, & ultra modum ridicula allegatio, ſimulationis ſubfeudi, cui actorũ publica & continua fides, continuo reclamat, plane repudianda eſt: quũ eiuſmodi evidens notorietas partis contradictione nulla ex parte infringatur, *per iura notá.*

Huc pulchre facit, quod Dd. ſcribunt, repe- 128
tionem actus ex intervallo factam, omnẽ ſimulationis exceptionem tollere. Bart. *in l. nemo poteſt n.* 11. *ibid.* Ial. *n.* 40. Ioan. Bologn. *n.* 148 *ff. legat.* 1. Felin. *c. ſi cautio. paulo ante n.* 71. *except. fid. inſtrum.* Anthon. Burgoſ. *c ad noſtram ante n.* 30. *Except. empt. & vendit.*

Tum tertio facti circumſtantiis. Nam etſi eo 129
in ſtatu, cauſa hæc vertatur, ut ſubfeudi conſtitutio, reſpectu ad terrorem inveſtituræ, loci conſuetudinem, & jura feudiſtica communia habito, per ſe ſubſiſtat: neque aliquo extrinſecus Domini mediati conſenſu opus habeat: tamen ſi aliquid hic deſideraretur, (prout tamen nihil plane deſideratur) & conſequenter ad ſubfeudi validitatem Domini mediati conſenſu opus fuiſſet: ille profecto tribus modis, (1) præſumptione, propter facti notorietatem & antiquitatem, (2) præſcriptione, (3) ipſo facto, datione nimirum coniunctæ manus interveniſſet, ut paulo poſt conſtabit.

De quibus omnibus plane perſpicitur, pretii 130
interventum, (de cuius modicitate propter antiquita-

tiquitatem nihil disputare constitui) non impedire, quo minus omnia sincere & bona fide circa subfeudi constitutionem composita intelligantur, præsertim cum actorum evidens notorietas, (ut jam memini) simulationem ex adverso allegatam plane excludat.

131 Hisce porro consectarium est, ea etiam, quæ artic. 13. 14. 15. & deinde art. 20. ex adverso pro simulatione subfeudi comprobanda adferuntur, nullius momenti esse. Vtque hoc intelligatur, diligentissime ad statum causæ advertendum, ubi hoc in quæstionem venit: Num subfeudum hoc, Domini mediati respectu concidat, an non?

132 Vitium autem adversarius probare vult duobus modis: Primo, quod subfeudum sit simulatum, juxta *d. §. callidis.* Secundo, quod defectu substantialium omnium cõcidat, de quo postea. Ad prætensam autem simulationem collimant narrata dictorum artic. 13. 14. 15. & 20. Ita ergo argumentatur adversarius: **Die von Hornburg neben jhren Mannlichen Leibs Lehens Erben seyn beliehen/ vnd ist jedoch das verhandelt/ daß die Stadt solte beliehen seyn. Derowegen ist das** subfeudum iuxta *d. §. callidis.* simulatum.

133 Clare respondeo, huic præposteræ ratiocinationi actorum publicam fidem reclamare: subfeudum enim non esse simulatum aut fictum, neque sub colore subfeudi, venditionem & abalienationem totalem, à nobilibus Rautenbergiis esse factam, tot investituræ, bona fide per centum annos repetitæ, ostendunt, ut plane frivolum sit, contra apertam notorietatem eiusmodi cauillationibus niti velle.

Deinde ut maxime hæc tam evidens & palba-
134 bilis notorietas non subesset, minime tamen adversarii collectio stare posset: Nam si simulata illa aut feuda, aut subfeuda dicenda forent, in quibus unus titulum, alius commodum & possessionem feudi & subfeudi habet, plane expungenda forent illa juris Saxonici capitula, **da einer den Heerschild/ der ander die Gewehr deß Guts hat.** De quibus etiam Dominus Wesenbecius in suo responso, senatui super hac causa dato, meminit. Item, subfeuda omnia simulata forent, in quibus manus mortuæ dant Vicarium viventem, morientem, confiscantem. Quæ quam absurda sint, nemo non videt. Et plane in errore Adversarius tripudiat, qui nescio quos separatos contractus artic. 14. parturit.

135 Eodemque modo ad remota illa, quæ dicto artic. 20. adferuntur, respondeo: simulationem actorum notorietate clarissima repelli: Vt proinde Abbas adversum hæc suis cavillis nitens, non minus ineptus sit, ac si rationibus in medium productis, nivem nigram, & coruos albos esse, demonstrare vellet.

Evidenter namque demonstratum est, simulationem illam, de qua in *d. §. callidis.* fictum subfeudum, & venditionem veram, hoc est, totalem feudi abalienationem requirere, quæ notorie in nostro casu cessant: ut nihil adversarium morari debemus, etsi mille argutias, pro docenda simulatione, inter se conseuerat.

136 Et huic fundamento ex notorii materia petito, firmissime inhærendum. Sed & alias nihil adversarii collectio valet. Nunquam enim probabit, Senatum & nobilium Rautenbergiorum progenitores clam contraxisse. Deinde nullo 137
jure relatum, emptionem, super qua instrumentum non conficitur, simulatam haberi. Nullo etiam jure cavetur, feudi aut subfeudi constitutionem simulatam esse, si Vasallus aut subvasallus feudum vel subfeudum bona fide emerit, & in investitura de pretio nulla mentio habeatur, maxime refragante actorum publica fide & notorietate: Feuda namque investitura, aut eo, quod pro investitura habetur, constituuntur: & si breve testatum Vasallus eiusve Vicarius habet, fundata intentione nititur: etsi causa concessionis feudalis, (puta, num gratis aut emptione interveniente, feudum à Domino adquisitum fuerit) in instrumento feudali non comprehendatur, quemadmodum eodem modo moderni Abbatis prædecessor ius coniunctæ manus brevi testato senatui dedit, causam concessionis autem peculiari instrumento expressit. Quæ etiam simulata forent, si adversarii argutiæ valerent.

Quum ergo ea, quæ ex adverso allegantur, 138
sinceritati subfeudi nihil obsint: tria brevissime pro iustitia senatus firmabimus. Primo, quod subfeudi requisita omnia concurrant, sive de causa hac, (1) ex tenore inuestituræ, (2) siue ex consuetudine loci, (3) siue iuxta jura communia feudistica iudicandum foret. Secundo, si aliquis in requisitis defectus, eoque pro subfeudi validitate, Domini mediati consensu opus fuisset, tum illum quoque (1) præsumptione juris, propter temporis antiquitatem, (2) præscriptione pluries completa, (3) & datione coniunctæ manus interveniisse. Tertio, ut maxime hæc omnia deficerent, (quæ profecto neutiquam deficiunt) senatum tamen, modo titulus habitus vitiosus non sit, (qui profecto vitiosus non est) in portu navigaturum.

Ad primum de subfeudi requisitis, quod attinet, submotis adversariorum præcitatis cauillis, 139
de primo requisito, (quod omnia bona fide, sincere, & sine fraude acta) plane constat, si juxta instrumenta feudistica tenorem causa diiudicanda sit. Constat & de secundo, quod Sena- 140
tus subinfeudantibus par, imo ratione regaliorum maior, & in suo territorio, loco Principis sit. Quanquam de hoc requisito, equestria & militaria servitia concernente, disputare operæ non sit pretium: quum nobiles Rautenbergii nulla equestria aut militaria servitia Abbati aut Ecclesiæ præstent.

Sed & de tertio paret, quum subfeudũ civita- 141
ti non ut manui mortuæ, sed ita concessum sit, ut illa Vicarium viventem & morientem, id est, familiam Hornburgiacam dederit: Ita quidem, ut eadem lege, qua ipsi subinfeudantes habuerint, tributum fuerit. Post tenorem investitu- 142
ræ, non statim ad jura feudistica communia, sed ad loci statuta & consuetudinem recurrimus.

Verum si ad loci consuetudinem hic respexerimus, omnia certissima, clarissima, evidentissima erunt. De primo, ut dixi, requisito subfeudi

conſtat. De ſecundo, ut diſputetur, opus nõ eſt.
143 Sed etſi nobiles feudatarii, Eccleſiæ ad ſervitia militaria & equeſtria ob feudum adſtricti eſſent:
144 id nihil ſubfeudi conſtitutioni noceret. Requiſita namq; ſubfeudi conſuetudine tolli poſſunt, ut in terminis noſtris clariſſime decidit Dn. Modeſt. Piſt. *d. conſ. 47. n. 29. lib. 2.* ubi ſcribit: **Wo deß Orts breuchlich/vnd eine beſtändige Gewonheit alſo eingeführt wehre/ daß die vom Adel ohn jhrer Herrn Bewilligung/die Lehengüter Geiſtlichen Conventen, (vnd alſo auch Städten/oder einer andern manui mortuæ) zuwenden/vnd ferner verleihen mögen / ſo genöſſen die B. ſolcher Gewonheit auch billich.**

145 Atqui per totum Ducatum Brunſuicenſem, imo per omnem inferiorem Saxoniam, conſuetudine generali, omnem omnium hominũ memoriam excedente, juri feudiſtico communi, ad ſubfeudorum ſubſtantialia quod attinet, eſt derogatũ, quod evidentiſſima notorietate, omnibus per univerſam Saxoniam inferiorem conſtat: adeo ut nulla tergiverſatione cælari poſſit; quod & clariſſime atteſtatur Ludolphus noſter
146 *in ſuo tract. feud. part. 2. cap. 4. nu. 6.* Ibi enim ſcribit: Notandum, feuda franca ſive libera admodum uſitata eſſe in Germania. Nam omnia feuda conceſſa civibus, plærunque eſſe franca ſive libera, neque ipſos ad ulla ſervitia reſpectu feudorum præſtanda, Dominis obligatos eſſe.

147 **Werden derwegen in gantz Nider Sachſen/zu Braunſchweig/ Hannover / Halberſtadt / Hildeßheim / Magdenburg / vnnd in allen andern Städten/nicht allein den Geſchlechtern / beſondern auch ſchlechten Bürgern/von Fürſten/Grafen/vnd denen vom Adel / feuda vnd ſubfeuda, vnd deme nach/ſolchen Perſonen / ſo den ſubinfeudantibus vngleich/darzu nicht eadem, ſed alia prorſus lege; quam ſubinfeudantes habeant, als ohne Dienſten/die ſubfeuda gegeben.**

Ineptè ergo Abbas noſter ex jure communi
148 feudiſtico argumentatur, à quo patriæ huius conſuetudo, ad ſubfeudorum conſtitutionem quod attinet, plane recedit.

Et ego plane credo, ſi Senatus Brunſuicenſis diligenter inquireret, illos ſimilia exempla de Civitatibus, Eccleſiis, & Vniverſitatibus eſſe reperturos, qualia infinita de patriciis, & ciuibus omnium ciuitatum inferioris Saxoniæ extant.

De Roſtochienſibus quid hodie ſervetur, bene novi, quæ nihil huc pertinent: quum illi tranſactione jura ſua remiſerint.

149 Sed & ſecundum jura communia feudiſtica res expedita eſt, omnibus videlicet requiſitis concurrentibus, Bona namque fide omnia & ſincere geſta ſunt, (1) ſubinfeudata reſpublica concedentibus eſt par & maior, (2) & ſubfeudum eadem lege, (non ut in manum mortuam) collatum. (3) Quinimo etſi nobiles Rautenbergii ad certa ſervitia equeſtria Eccleſiæ obligarentur: (quod tamen inveſtitura non oſtendit) ne hoc quidem caſu, aliquis defectus, ſecun-
150 dum jura communia feudiſtica, foret: quum ſubfeudum non vitietur, ſi hoc actum ſit, ut ſubinfeudans ipſe Domino ſerviat. Martin. Siliman. *in tract. de feud. rubr. qui feud. dar. poſſ. num. 26.* idemque oſtendit Dn. Modeſtin. Piſt. *d. conſil. 47. numer. 5.* modo in terminis juris communis alius defectus non ſubſit, *ut ibi per eundem.*

Ad ſecundum quod attinet, etſi largiamur, 151
(veritate ſalva) eo in ſtatu hoc ſubfeudum verſari, ut ſine conſenſu Domini ab initio non ſubſtiterit, id tamen cauſſæ noſtræ nihil officeret, quia conſenſum, Domini etiam mediati, hic interveniſſe conſtat tribus modis, præſumptione (1) præſcriptione (2) & ipſo facto. (3) Vt proinde quæ de ſubfeudi ſubſtantialibus diſputantur, hic curanda non ſint. Hanneton. *de feud. lib. 3 cap. 7.*

Præſumptione quidem conſenſus acceſſit: 152
quum receptiſſima Dd. ſententia habeatur, conſenſum Domini feudi, & omnem aliam ſolennitatem extrinſecam, longo, & multo magis longiſſimo, omnium autem maxime tempore immemoriali interveniſſe præſumi. Ita poſt alios late deducit Crauet. *de antiquit. temp. 3. part. princ. nu. 6. cum ſeqq.* latius idem docuere Gabr. Rom. *recept. concluſ. lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ. 1. per tot.* Maſcard. *de prob. lib. 3. concluſ 1316. maxime numer. 15.* optime Menoch. *lib. 3. præſumpt 132. numer. 45. cum ſeqq.* etſi de gravi, Me- 153
noch. *d. præſumpt. num. 55.* & tertii præiudicio quæratur. Menoch. *ibidem n. 62.*

Quæ uſqueadeo vera, ut licet alias ſcientia 154
& patientia eius requiratur, de cuius conſenſu præſumendo agitur: Gabr. Rom. *d. reg. 1. n. 59. verſic. ſeptimo limita.* Maſcard. *d. concl. 1316. nu. 29.* Menoch. *d. præſumpt 132. num. 29.* tamen in tempore immemoriali aliud ſit. Cravet. *d. part. 3. num. 9.*

Neque moveri nos oportet, quod præcitata 155
regula non procedat, quando ex facie ſcripturæ antiquæ conſtaret, ſolennitatem requiſitam non interveniſſe, quemadmodum in hoc noſtro themate eſſe videtur, ubi ſenatus ſcripturam produxit, emptionis jam olim factæ, ubi certe de nullo Domini conſenſu mentio habetur. Vt proinde præcitata theorica, de præſumpto conſenſu, excluſa videatur. Gabr. Rom. *d. concluſ. 1. num. 57 verſ. quarto limita.* Menoch. *d. præſumpt. num. 79.* Quia reſpondeo 1. fallen- 156
tiam illam, quam Gabr. Rom. & Menoch. attingunt, nequaquam ita intelligendam, quod regula præcitata ceſſet, quando in inſtrumento nihil diceretur de conſenſu, aut alia ſolennitate: (Nam etſi in ſcriptura nihil de conſenſu, aut alia ſolennitate diceretur: tamen ex temporis antiquitate adhuc præſumeretur.) Sed hoc pacto accipiendam, quando in inſtrumento, enunciatur ipſa ſolennitas, quæ apparet minus legitima, ita egregie Cravetta *d. part. 3. num. 27. verſic. ſeptimo limitatur, &c.* Secundo reſpondeo, 157
præcitatam fallentiam non procedere, quando ſolennitas ante vel poſt actum intervenire potuit, ut eſt Domini conſenſus Ludolph. Schrad. *part. 8. c. 4. n. 3.* Dn. Hart. Piſtor. *in noſtra materia q. feud. 26. n. 37.* Tunc. n. ex temporis diuturnitate præſumitur, etſi ex facie ſcripturæ antiquæ conſtet, ab initio eam non interueniſſe. Ita poſt alios Maſcard. *d. concluſ. 1316. num. 36. lib. 3.*

Porro

158 Porro non Domini modo consensum, sed & totum jus feudi, præscriptione longissima, & maxime immemoriali quæri, latissime Wesenbec. noster in hac eadem caussa, Senatui nostro respondit, vt hic articulus mihi porro excutiendus non sit.

159 Vnum tantum verbum addere visum fuit, quod deficientibus requisitis ius subfeudi contra Dominum etiam, nedum contra concedentem, 30. 40. & multo magis 100. annis præscribatur. Fichard. *d. conf.* 15. *q.* 4. *n.* 10. *& q.* 5. *6. li.* 1.

160 Estque ratio decidendi efficacissima, quod feudi quidem totalis abalienatio prohibita & præscriptio desuper iure excluſa sit, *d. c. imperialem. in fin. princ. vbi feudistæ. De prohib. feud. al. per Frid.* & tamen magis communiter obtinuit, 30. & 40. multo magis centum annis feudum ita quæsitũ præscribi posse. Fichard. *d. conf.* 15. *q.* 7. *per tot*

161 Si ergo res feudalis contra apertam iuris prohibitionem alienata, præscribi contra Dominũ potest multo magis ius subfeudi contra dominũ & maxime contra concedentem præscribetur; Pecc. *de amortiz. bon. t.* 35. *n.* 3. Fichard. *d. conf.* 15. *n.* 15. *& q.* 8. Bursat. *conf.* 150. *n.* 79. *& 80.*

Præsumptioni juris atque præscriptioni accedit aliud fundamentũ ex facto cõcessionis iu-

162 risconiunctæ manus. Quum enim Senatus bona hæc per centum annos continuõ publice & notorie possederit: consentaneum profecto non est, quod eares Abbates Bergenses fugerit. Sciuerunt ergo & passi sunt Senatum possidere: Imo non modo scientes passi sunt, sed & quũ ante aliquot annos, lis de hisce bonis à nobilibus Actoribus instituereture: huius Abbatis antecessor controuersiæ motæ, quam agitari sciebat, non modo non interuenit: sed vltro etiam, non interpellatus, Senatui ius coniunctæ manus obtulit. Quo facto ius subfeudi manifeste comprobauit. Est enim subfeudum, iuxta prædicta, membrum quoddam feudi: vt proinde tributo iure totius feudi, multo magis subfeudi ius, vt membrũ concessum intelligatur: & quem in euentũ caducitatis feudi, vt vasallum meum probo, illum vt subfeudatarium, viuente etiamnum possessore feudi, recusare nullo modo possum: Quia contra omnem rationem, & sine Interesse eum nulliter recusarem per iura nota.

Tertio, vt maxime ab initio requisita non interuenissent, (quæ certe interuenerunt) neque

163 consensus Domini mediati vllo modo accessisset: (Qui profecto accessit) ad extremum tamen propter præscriptionem maxime eo ex capite res salua foret, quod & iuri commissi 30. annis & multo magis tempore immemoriali præscribitur, (modo titulus habitus subfeudum simulatum non faciat, prout certe non facit) vt Wesenbec. *in præcitato suo responso, Senatui edito, ad fin.* §. Am Funffren thut zur Sachen wenig / &c. Quæ hic otiose repetenda non sunt.

Ex quibus ita deductis, omnibus, quorum integri sensus, & recta iudicia sunt, de iustitia caussæ Senatus euidenter constare, plane confido.

REFVTATIO PRIMÆ RATIONIS DVBITANDI.

A Dprimam dubitandi rationem vno verbo respondeo: quod illa procedat, quando jus vasalli in controuersiam vocatur. Nam tunc Dominus interuenire potest, quum ipsius forte interfit, vnum magis quam alium vasallum habere, ita clare Dd. relati loquuntur. In nostro autem casu Senatus jus Actorum diserte fatetur: vt proinde de eo nulla prorsus quæstio sit: sed de facto tantum atque contractu progenitorum aduersæ partis, atque de iure inde descendente. 164

Ergo ratio hæc dubitandi tanquam impertinens plane repudianda, & ad illam theoricam hic aduertendum est, quod jura de interuentione eo in casu statuerint, vbi non de jure Vasalli, sed de proprio eius facto atque contractu agitur, quæ secunda ratione decidendi exposita iam sunt.

REFVTATIO SECVNDÆ RATIONIS DVBITANDI.

ITa nec de secunda ratione dubitandi multis verbis opus est: quum eius resolutio in præcedentibus habeatur.

Nec responsum Dn. Wesenbecij 73. nobis refragatur: quum ultra & omnes disertissime & clarissime cõcludat, ius subfeudi emi posse. Deinde ille circa quæstionem secundam ibi in casu suo, juri commissi locum esse negat: & quæstione tertia non de iure commissi, sed de jure rediimendi seu prælationis agit: quæ nihil ad nostrum casum faciunt, vt interim omittam, illum casum à nostro non parum etiam differre, quod intuenti patet. 165

Theorica porro illa, quod vitiosus titulus, ne mille quidem annorum præscriptione subnixo patrocinetur, nihil ad nos pertinet. 166

Tum (1) quod aduersarii presupponant subfeudum pretio constitui non posse: & propterea venditionis titulum vitiosum esse, vbi de subfeudo constituendo agitur; in quo illos errare demonstratum est. Quare cessante illorum præsuppositio, cessat & dispositum: *per jura nota.* 167

Tum (2) quod præcitata theorica, in eiusmodi titulo vitioso accipienda sit; qui nullo temporis tractu validari potest: aut si validari possit, nullam caussam superuenientem confirmantem secum habet. Quod enim ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere, nisi impedimento sublato, caussa confirmans superueniat. Dyn. *c. non firmatur. n.* 8. *de reg. iur. in* 6. Dec. *in l. Quod ab initio. n.* 10. *ibi* Cagnol. *n.* 2. *ff. de R. I.* Neque nouum est, titulum cursu temporis validum effici, latissime Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 131. 168 169 170

Atqui, vt maxime aduersarij errorem admitteremus (quod subfeudum emptione constitui non possit) interueniente tamen Domini consensu, omne impedimentum sublatum esset, & caussa confirmans, titulo vires atque robur tri-

bueret: quem quidem conſenſum multis modis hic interueniſſe iam demonſtraui.

Latius autem & plenius de hoc caſu reſpondiſſem, niſi alia Dominorum vrgentiora negotia me ab hoc propoſito dimouiſſent.

Quare in ijs, quæ aperte & ſatis ad propoſitam plene dicta iudico, ita acquieſco, vt rectiori cēſuræ me ſēper animo lubēti ſubmiſſurus ſim.

Controuerſia hæc Anno 1629. 16. Martii per amicabilem Tranſactionem ſopita eſt, ita, vt Nob. Bartholdus à Rautemberg, vltimus ſuæ proſapiæ, omne ius, quod in Dieſtorff & Vechelt habuit in fauorem Senatus & Ciuitatis Brunſuicenſis à ſe plane abdicauerit, & Senatui per vicarium dicta bona in futurū ab Abbate Bergenſi in feudum recognoſcendi, renouationemque inueſtiturę, quoties caſus acciderit petendi, amplißimam facultatem ac poteſtatem conceſſerit.

CONSILIVM CXXXIV.

An ciuitas B. ſit in poſſeſſione vel quaſi Collectas Imperiales Imperio immediate penſitandi?

SVMMARIA.

1 IVris politiæ nouæ *de præcellentia matricum inferioris Saxoniæ Rerumpp. quinam meminerint? & num. 45.*

2 Ciuitates *quædam nec immediate omnino Imperio, nec tamen propterea Principibus plene ſubditæ ſunt; nec ſub certis regulis comprehendi poſſunt num. 3.*

6 Politæ nouæ Forma *à nonullis obſcurata.*

7 Ciuitatis Imperialis *definitio.*

8 *Status Imperii quinam ſunt?*

9 *Specialis nota generis definitionis addita, ſpeciei definitionem ſuggerit.*

10 Status imperii *in ſuis territoriis Principem repræſentant.*

11 Principis *generica definitio.*

12 Rex *per Sceptrum & Scribam, per regiā gubernationem & haſtā, per leges & arma definitur.*

13 Ciuitates *liberum & regalem ſtatum ſub vel à Principibus tenentes fundationibus Ducatum antiquiores & matriculis veteribus inſcriptæ ſunt num. 14.*

15 Ciuitates *diuiduntur in minores, maiores maximas, maximæ quæ ſint? n. 16. omne imperium habent n. 17. iura Prouinciarum obtinent, & Præſidibus quoad perfecta regimina ſucceſſerunt. n. 18. 19. 20. dicuntur poteſtates num. 21.*

22 Matricum inferioris Saxon. *rerumpp. nobilitas maior, quam aliarum Ciuitatum Imperialium: Hæ omnes aut à S. Cæſ. Maieſtate dependentiam habent num. 23. aut ratione ſui perfecti & liberi ſtatus immediatæ & matriculis inſcriptæ ſunt n. 24. Quæ vel ad Comitia imperialia accedunt vel non n. 25.*

26 Ciuitatis imperialis definitio *an ſtare poßit, ſi votum & Seſſio in Comitiis imperii non accedat? & num. 27. 28.*

29 Genus *proprie de qualibet ſua ſpecie prædicatur.*

30 Superioritas *regularis & irregularis.*

31 Ciuitatis imperialis genus *multas ſub ſe formas continet; & n. 32.*

33 *Summarium Secundi præmiſſi.*

34 Germani, *Romanis florentibus, alterum tenuere imperium.*

35 Quintilio Varo Harminius *Dux Saxoniæ & Weſtphaliæ ſe oppoſuit: Eius Elogia n. 36. 37.*

38 Saxones *olim fuere procera ſtatura & flaua cæſarie.*

39 Mos veterum Romanorum, *vt humeris nudis pugnarent.*

40 *Ab* Harminio *tres Romanorum legiones cæſæ, & duæ Aquilæ iisdem ablatæ.*

41 Aquilæ *à Perſis ad Græcos, à Græcis ad Romanos, à Romanis ad Germanos peruenere.*

42 Caroli Magni *lex pacis in deuictos Saxones quænam fuerit?*

43 Carolus M. *Saxoniam, Romanorum more, in Prouincias redactam, religionis Chriſti Sacerdotibus partitus eſt: Iura etiam & libertates omnes confirmauit, & tres ſtatus liberos, qui tunc vigebant* der Herren Ritterſchafft vnd Städte *inter liberos regni Francorum ſtatus retulit nū. 44. 45.*

46 Dingſcule & ſtatuæ Rolandinæ.

47 Differentia *inter Ius Romanum & Saxonicum & num. 48. 49. & ſeqq.*

50 Romano Germanicum imperium *etiam ſuper Ciuitatibus illius liberis fundatur.*

51 Ciuitates matrices inferioris Saxon. *ius fiſci & Confiſcationum hoc num.* Ober vnd Erbgericht *num. 52. habent magnum imperii robur in illis Ciuitatibus conſiſtit n. 53.*

54 Imperator *ſi exemptioni liberarum Ciuitatum per Fiſcum obſtaret, & Imperii matriculam ex veteribus matriculis emendari curaret, rem ſuā Maieſtate dignam & imperio ſalutarem conficeret.*

55 Lis *inter Principes & Ciuitates ex matricula Anno 1521. ſuborta nec dum ſopita eſt; & nu. 56. 57.*

58 Homagium *actum vniuerſalem Iuriſdictionis induxit: Ampliatur n. 59. 60. 61. Reſtringitur & diluitur n. 291. 292. 293. 294. 295. & n. 297. 298. 299. 300. 301.*

62 Ciuitas Brunſuicenſis *loco priuati habetur, ex ſententia Gailii & Mynſ. Reſpondetur ad hoc dubiū n. 302. & ſeqq. vſq; ad n. 230. incluſiue.*

63 Collectarū *ſolutio Principi facta eundē in quaſi poſſeſſione iuris collectandi conſtituit: Refellitur n. 331. 332. 333.*

64 Brunſuigū *quare ciuitas imperii libera, ſaluis pactis, quæ cū Duce Br. habet, dicatur? & n. 65. 66. 67. 68. 69. 70. Obiectiuncula quædam diluitur n. 71. 72. 73. 74 75. & n. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98 99. 100. 101.*

76 Rulandi *lacertis gloria & felicitas Caroli M. conſtitit.*

77 Statuæ Rolandinæ *in foro Ciuitatū, cum exſerto gladio, in ſignum libertatū erectæ: & n. 78.*

102 Ciuitates *ſtatus pactitii nō in Italia modo, ſed & in Germania exſtare, viris politicis exploratiſſimum eſt; & num. 103. 104. 105. 106. & tribus modis pactitiam maioritatem & ſubiectionem in jure haberi conſtat. n. 107.*

108 Ciuitas Brunſuicenſis *pro immediata & libera vltra immemoriale tempus reputata fuit.*

fuit: Itaque demonstratur ex veteribus Matriculis Imperij num. 110. & seqq. & num 122. 123. 124. 125. 126. 127. & num. 129. 130. & nu. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. & n. 144. 145. 146. 147. 148. 149. & n. 151. 153. 154.

109 Temporis immemorialis *vis & efficacia.*

111 Breuiarium, siue prima Orbis Matricula *à Cæsare Augusto, Senatus consulto interueniente, confecta & n. 112.*

113 Matriculæ *Imperij Romano-Germanici statuũ authoritate & consensu intercedente, semper fuerunt compositæ.*

114 Matriculæ *Anno 1521. conscriptæ Ciuitates nõ adhibitæ, ideoque eidẽ merito cõtradixerunt*

115 Matriculæ *Anno 1471, à Friderico III. conscribi iussu Dux Brunsuicensis separatim, separatim etiam Ciuitas Br. in scripta est.*

116 Ludouicus Bauarus *Imp. Ciuitatẽ Brunsuicensem ab ordinarijs Imperii oneribus exemit; Exemptionis instrumentũ incendio periit; in Bibliotheca vaticana Romæ adhuc asseruari testatur D. Marta: n. 117.*

118 Ludouicus Bauarus *Magni Ducis Brunsuicensis Socer.*

119 Römzug *antiquissimum Collectæ genus apud Romano-Germanos Cæsares.*

120 *Sub* Otthonis IV. Imperio *nulla adhuc omnium statuum certa descriptio exstitit.*

121 Matricularũ *initiũ à Sigismundo Imp. cœpit.*

128 Semel in matriculam relatus *tantisper pro statu Imperij habetur, donec ab eximente contrarium probetur.*

131 Facultas subcollectandi subditos *statibus Imperii in subsidium permissa.*

132 Princeps *cum de suo non habet, nec eius reditus ordinarij suppetunt, pro communi vtilitate & tutela sui Imperij subditos collectare potest; & num. 133.*

134 Frustra *ab Imperatore datur, quod alias Iure communi licet.*

143 Cæsaris & Imperij *interest, vt ordines & status Imperij integrè conseruentur.*

150 Expressa dicuntur, *quæ singulariter vel specialiter vel in genere expressa sunt.*

155 Vnio *plurium formarum vel per exstinctionẽ, vel aliter: si aliter, aut principaliter, aut ratione principalis & accessorij fit.*

156 Vnio der Römzuge *neque per exstinctionem, neque ratione principalis atque accessorij, sed principaliter fiat, licet certo fine facta sit; & n. 157. 158. 159. 160. 161.*

164 Reipubl. Brunsuicensis *status liber ab Imperatoribus confirmatus & seruitia & pensitationes Imperio reseruata n. 165. 166. 167.*

168 Reseruationes & confirmationes *recognitionis dominij absque immediatæ dependentiæ indicium sunt.*

169 Confirmationis *propriũ est, vt à superiore fiat.*

170 *Metropoles quare nominentur capita? & nu. 171. 172. 173. 174.*

175 *Ad* metropoles *Saxoniæ est extrema prouocatio. Sunt etiam nobiles & liberæ ob liberum suum consulare & senatorium regimen. n. 176. ob ius armandiæ. 177. 178; liberrime suos sibi creandi magistratus. num. 179. 180. statuendi seu leges rogandæ. n. 186. cudendæ monetæ n. 190. Imperio seruiendi & collectas pensitandi n. 191. ob ius fisci 192. & seqq. & num. 201. 202. 203. collectas ciuibus imperandi 204. 205. 206 & n. 208. 209. 210. 211. salui conductus n. 212. vectigalium 213. Appellationis ad Cameram 214. 215. 216. 217. 218. fœderũ 219. autonomiæ 221.*

181 Ciuitatum *tria constituuntur genera ex iure politiæ nouæ.*

182 Magistratuum *creatio est de Regalibus; & num. 183.*

184 Cõfirmationes *priuilegiorũ, statutorũ & cõsuetudinũ à nouo Cæsare petendæ; & n. 185.*

187 Ciuitates, *quæ inferioribus à Cæs. Maiestate parent sine superiorum consensu statuta condere nequeunt & n. 188. 189.*

193 Confiscatio *duplex, vna extraordinaria altera ordinaria & n. 194. cõpetit merũ imperiũ habentibus. n. 195. 196. 197. 198. 199.*

200 Ius fisci *in Transactione Magdeburgensi Ciuitati confirmatum.*

207 Bona *Subditorũ pro collectis tacite sunt obligata.*

220 Braunschweig *Hanseatici fœderis* Quartir Stadt.

222 *Qualis hodie* matricum inferioris Saxoniæ status *est, talem illum & à primæua origine fuisse, ambigendum non est; & n. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230.*

231 Confessiones *Ducum Brunsuicensium in Camera imperiali iudicialiter facta manifestè probant, sibi quoad Ciuitatem Br. nullum ius exigendis Imperii collectis competere; & num. 232. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266 267. 268. 269. 270.*

271 Substantia *Recessus Imperii de Anno 1594. in quibus consistat? & n. 238. an sint hoc casu ex parte Ducis probata? n. 272. 273.*

274 Collectæ *an & quando summarie & executiue exigi possint? & n. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281.*

282 Decisiones *in terminis quærendæ.*

283 Controuersia *hæc inter Ducem & Ciuitatem non est pensitationis, sed exemptionis causa; & n. 285.*

284 Causæ *pensitationum summariæ & executiuæ, causæ exemptionum tales non sunt.*

286 Decisio *in terminis; & n. 287.*

296 Iuramentũ *omnes conditiones & modificationes actus, super quo interponitur, recipit.*

Requisitus sum; ut in causa prætensi mandati ad pœnam dupli, à Reverendissimo & Illustrissimo, recolendæ memoriæ Principe, Dn. Henrico Iulio, Postulato Halberstadensi, Duce Brunsuicensi & Luneburgensi, &c. Contra liberam Rempublicam Brunsuicensem, malè, & per notoriam sub: atque obreptionem extracti, juris sententiam

tiam exponam. Etſi autem Terminus huic labori expediundo, ab Ampliſſimo Senatu Brunſuicenſi mihi indultus, longe arctior ſit, quam ut argumento huic, pro dignitate excutiendo, ſufficere ullo modo poſſit: CHRISTI TAMEN VNICI REDEMTORIS auxilio, & cauſſæ bonitate, atque Sacri Romano Germani Imperii favore, de quo hic controvertitur, fretus: officium fidi conſiliarii, quantum in hac temporis anguſtia poſſibile eſt, diligenter facere ſtudebo. Aſſumo autem pro themate, acta omnia, quæ in hac cauſſa aſſerti mandati, judicialiter ſunt exhibita. Et quia matricum, inferioris Saxoniæ rerumpublicarum conditio, multis non æque nota eſt. Pauca, quæ argumenti huius explanationi ſervire poterunt, hic præmittenda erunt.

PRÆMISSVM PRIMVM.

Quod ſine vera definitione & diviſione Civitatis Imperialis, quæſtio propoſita, fundate exponi non poſſit.

SVnt ex ICtis Italis, Gallis, Germanis viri ſummi, qui ex jure politiæ novæ, de præcel-
1 lentia, matricum inferioris Saxoniæ rerumpublicarum, meminere. Et apud Adrianum Gylmannum. *tom. 1. Symphor. p. 1. 2. de reconvent. voto 1. in cauſa Archiepiſcopi Moguntini contra* Erfurt *fol. 97.* variis generibus civitatum remiſſive adductis, à Domino referente additur: in pro-
2 vinciis Germaniæ, eſſe Civitates, quæ nec IMMEDIATE OMNINO imperio, nec tamen propterea etiam principibus plene ſubditæ ſint: In quibus multa antiquæ libertatis indicia habean-
3 tur: Vt anomalæ magis videantur: quam quod ſub certis regulis comprehendi poſſint. Dom:
4 etiam Rulandus, qui non de ſuo ſenſu, verum ex jurium politiæ novæ imperii expertiſſimorum virorum ſententiis, eandem doctrinam hauſit, *de commiſſ. p. 2. lib. 5. cap. 4. n. 47.* Plurimæ, *inquit*, in Germania Civitates reperiuntur: quæ, licet Principibus ſubeſſe videantur: maxima ab Imperatore conceſſa habent regalia: adeo, ut an ſubiectæ vel liberæ; ſæpe dubitari contingat.
5 Sapienter hi ICti, cum multis aliis, qui ex facto jus oriri, & non niſi tota veritate thematis perſpecta, judicandum ſcivere, aſſenſum ſuum ſuſpenderunt; Ideoque non tantum excuſatione, ſed ob moderationem, omni laudi digniſſimi
6 ſunt: Cum politiæ novæ Romano Germani Sacri imperii forma, à nonnullis, veteris juris Romani intempeſtivis allegationibus, non obſcurata modo, ſed in cœnum propemodum omnino defoſſa barbaricum, jam in lucem denuo proferri & emergere incipiat: quæ & veram civitatum imperialium definitionem atque diviſionem, & ſingularum formarum ſpeciales deſcriptiones, ab illis, temporum iniuria ignoratas, nobis reſtituit.

7 Definitionem Civitatis imperialis ita recte dabimus: Si de generis, puta ſtatus imperialis definitione, pareat: & illa deinde ſpeciali ſua nota, ad Civitatem coarctetur. Sunt autem 8
ſtatus imperii, qui Cæſaris & communi procerum imperii conſenſu in album ſive matricem, aut matriculam imperii recipiuntur: ea lege, ut imperio, occurrente neceſſitate, certum cenſum in albo ſive matricula expreſſum, penſitent: vel ſubſidium militare præſtent. Hæc ſunt verba illuſtris, & multa experientia firmati ICti Andreæ Gailii *obſer. 21. num. 2. lib. 1.* Addatur jam 9
huic generis definitioni ſpecialis nota, & ſpeciei definitionem habebimus. Eſt enim rex, regius, elector, electorius, archiprinceps archiprincipalis, princeps principalis, comes, comitivus, civitas imperialis, civicus aut urbicus ſtatus.

Et hi ſtatus, in ſuis territoriis & rebuspubli- 10
cis, non tantum Principem repræſentant: Gail. *d. obſer. 21. num. 3. & lib. 2. obſ. 57. num. 7. & in lib. de pace pub. cap. 6. numer. 11. & in lib. de arreſt. imperii obſ. 9. n. 1.* Gylman. *Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 3. de relig. Voto 7. num. 18.* & plures cumulat libera imperii Civitas Frideberga in ſuo ſcripto, *par. 1. punct. 2. num. 86. 109. 110. 111. 112. & punct. 5. num. 21. 22.* Sed & generica principum definitione, propriiſſime, vti ſpecies, ſub ſuo genere continent. Quæ quidem definitio ita ha- 11
bet; Quod princeps, magiſtratus perfecti regiminis, Senatoriam liberam gubernationem & præſidia, cum eodem pertinentibus regalijs, complectentis, ſit, Hinc *Geneſ 49.* Divinus Moi- 12
ſes, Regem per ſceptrum & ſcribam, Homerus *Iliade 3.* per regiam gubernationem & haſtam, Iuſtinianus Cæſar *in proœm. inſtit. & in l. un. in princip. C. de Iuſtiniano C. confirmando*, per leges & arma, eodemque modo & Fridericus Imperator, *in proœmio ad leges Siculas vel Neapolitanas definiunt.* Quæcunque ergo res, publica, libero 13
conſulari regimine, & armis, cum regalibus eodem pertinentibus eminet: Illa profecto ratione regalis ſui ſtatus civitas imperialis, & immediata eſt.

At matrices inferioris Saxoniæ reſpublicæ, 14
omne merum & mixtum imperium, & cum primis conſularia libera regimina, & præſidia atque jura armorum, & in univerſum omnia eodem pertinentia jura regalia habent: ut nullum jus regale, in reſpublicas ſublimiſſimi atque liberrimi ſtatus imperialis competens, nominari poſſit, aut habeatur: quod apud illas non reperiatur. Neque illum ſuum liberum & regalem 13
ſtatum, ſub principibus aut à principibus tenent: Cum in ſuo ſtatu libero, fundationibus ducatuum, qui lege feudaria tenentur, antiquiores ſint: & certa de privilegiariis conceſſionibus principum diplomata exſtent: in quibus nulla aut regalia, aut jus liberi conſularis regiminis, aut liberorum præſidiorum, aut juris fiſci, fœderum, aut meri imperii, aut ſimilia jura relata ſunt: Quare omnes, ut liberæ Imperiales civita- 14
tes, matriculis veteribus inſcriptæ ſunt, Dividuntur Civitates variis modis. Sed Modeſtini diviſio huc pertinet, qui Civitates in minores, 15
maiores, maximas dividit; *in l. ſi duas §. eſt autem cum §. decet ff. excuſat. tut.* Bart. *in l. 1. num. 3. ff. Dam. infect. B in L. imperium num. 7. ubi omnes*

ordina-

ordinarie ff. iurisd. B. in l. 1. num. 1. ibi Ioan. de plat. C. metrop. Beryto lib. 11. Raimund Senil. *in l. eum qui vectigal. ff. verb. sig.* Panor. *in c. quod sedem prope fin. de offic. ordin.* Franc. Marc. *q. 366. num. 2. p. 1.* Et
16 sunt maximæ, non Roma, quemadmodum Odofredus & alij Modestinum intelligunt: Sed Ciuitates gentium metropoles: vti expressa verba habent: quæ sunt capita prouinciarum: veluti Solinus Florus, Marcellinus & volumina etiam sacra loquuntur, matres vrbium: Dd. ibidem. & Cuiac. idem *in l. si diuina C. super indict. lib. 10. & in d. l. vn. vbi est textus C. metrop. Beryt. lib.* 11. Idemque per illum textum contra Suidam & Budæum testat Petrus Gregor. Syntag. *p. 2. lib. 15. c. 11. n. 4.* Petrus Martyr. *ad lib. ind. c. 1.*
17 *vers. 27.* Vnde certo constat, quod & omne imperium habeant: Bart. *l. 1 n. 13. ff. dam. infect. B. in l. imperium n. 7. ibi Comuniter omnes*, & Valascus *num. 69. ff. iurisd. B. in d. l. vnic. C. metrop. Beryt. lib.* 11. Panor. *d. c. quod sedem prope fin. de offic. ordin:* Franc. Marc. *q. 366. n. 18. p. 1.* Pacian. *de probat. lib. 2. c. 43. num. 13.* atque iura prouinciarum ob-
18 tinent: præsidibus etiam quo ad perfecta regimina successerint. Glossa à politia noua profluent *in l. fin. verb. id est in vna prouincia C. præscript. long temp. 10. vel. 20. ann.* quam tanquam singularem, & in vniuerso iure nullam sociam habentem Bald. *ibi n. 10. Aug. num. 8.* Dd. *in d. l. imperium ibi* Ias. *n. 9 23.* Iohan. Bolognet. *num. 65. ff. Iurisd.* commendant. (etsi alia quoque glossa *in § Iusiurandum verb. iurisdictione in fin. in auth. de defens. Ciuit.* idem velit) atque communiter receptam perhibent. Raymund. Senil. *d. l. cum qui vectigal num. 21.* Fr: Balb. *de præscript. p. 4 princip. in q. 4. num. 1.* Bart. *ad constit. qui sint rebelles verb. Lombardiæ prope fin.* Bart. *in d. l. imperium num. 7.* vbi omnes Dd. & ex Baldo Valascus Dec: *num. 33. cum seqq.* Ioan. Bolognet. *numer.*
19 64. Panor. *d. c. quod sedem* scribens, hodie communiter in Italia, quamlibet Ciuitatem habere regimen, quod olim habuerit prouincia tota, & hodie potestas habeat omnia ista, Alciat. *in l. no-*
20 *tionem num. 11 ff. verb. sig.* perhibens, hodie quælibet ciuitatem, quæ merum imperium habet, suosque sibi Magistratus constituit, prouinciæ æquiparari Idem *in l. 1. num. 4. ff. offic. eius cui mand. est iurisd.*: Vbi hæc habet: Postquam Fridericus Barbarossa venit in Italiam: quælibet ciuitas habuit merum imperium, atque mixtum & authoritatem, quam præsides antea obtine-
21 bant: Vnde dicuntur potestates Cyn. *in l. vn. C. ne quis in sua causs. jud. B. in l. quo minus num. 4. ibi* Ias. *n. 39. ff. fluminib.* Alb. Roz. *in 3. par. statut. q. 14. n. 1.* Iser. & reliqui *in § Iudices. De pace jur firm* Dd. *in l. omnes populi ibi* Alb. Roza. *n. 3.* Ioan Bolog. *num. 39. De iustit. & iure* Fr. Marc. *q. 366. nu. 13. 14 par. 1.* Iacob Nouell. *de jure protomis. in princ. num. 72. 74. 80. 81.* Pacian. *de probat. lib. 2. c. 43.* Marta *de jurisd. p. 2. c. 5. num. 12.* Hieron. de Monte *de finibus. c. 4. num. 7.* Hieron: Zannetin: *de diff. Iuris ciuilis & Canon: diff. 9.*

22 Est autem matricum inferioris Sax: rerum publicarum nobilitas maior, quam aliarum Ciuitatum imperialium: Cum non per surrogationem in locum præsidum factam: vti aliis vere accidit: Sed à prima sua atque originaria fundatione, respublicę perfectorum regiminum fuerint, & adhuc sint: vti postea attingitur: Nisi se opprimi patiantur. Et hæ quidem maximæ 23
atque matrices respublicæ, aut in solidum, omnem suam à Sacra Cæsarea Maiestate dependentiam habent: Aut ratione sui perfecti atque li- 24
beri status (id est respectu, liberi & consularis regiminis, & juris armorum, cum eodem pertinente mero & mixto imperio atque regalibus) immediatæ & matriculis inscriptæ sunt: sed certorum jurium respectu aliunde etiam dependent.

Quæ vel ad comitia imperialia accedunt, aut 25
non accedunt. Dn. Melchior Goldastus *in collect. constit. imperialium Anno 1613. Francofurti ad Mœnum excusis fol. 31: sub tit. Ciuitates liberæ Imperiales & prouinciales quæ immediate Imperatorem saluis cæteris juribus recognoscebant*, & Author Chronici Spirensis *lib. 4. cap. 4. ibi*, Die Dritte Zahl der Reichsstädt/welche ihre Freiheit/Recht Regalien / hohe vnnd nieder Obrigkeit haben vnd gebrauchen/ Quare nouelli quidam scriptores definitione certæ speciei imperialis ciuitatis tradita, à Dom: An: Gailio *d. c. 21. nu. 9.* delusi, 26
sibi imaginati sunt, imperialis ciuitatis definitionem, nisi votum & sessio in comitiis imperii accedant, stare non posse.

Atqui pessime cum Sacro Romano Germa- 27
no imperio ageretur, si illæ solummodo ciuitates imperiales forent: quæ adhuc hodie ad comitia vocantur: & ibi sessionem atque votum habent.

Certum enim est omnes respublicas, quæ in 28
suis territoriis liberum consulare regimen, & ius armorum cum mero & mixto imperio atque omni iurisdictione habent: & matriculæ imperij inscriptæ sunt: atque imperio pensitant: imperiales ciuitates esse: atque prælegata status imperialis definitione, citra omnem dubitationem, contineri: nihil præcitata imperialis, ciuitatis definitione obstante, si ad normam artis reuocetur: & ciuitates imperiales diuersarũ formarum esse meminerimus. Notissimum enim logicorum & ICtorum dogma est: Genus proprie de qualibet sua specie prædicari, 29
Quare vti feudi genus de feudo recto & degenerante, Maioritatis & subiectionis genera, de maioritate regulari & irregulari, Principis ge- 30
nus, de Principe, qui proprie & plene Princeps territorialis sit, & non sit, prædicantur: Ita idem 31
de genere Ciuitatis Imperialis judicandum. Illud enim diuersas sub se formas continere, nemo vnquam dubitauit. Adrian. Gylmann. *Symphor. tom. 3. sub rub.* Frey vnnd Reichsstadt Dn. Goldastus & author Chronici Spirensis *locis proxime citatis.*

Deinde Ciuitatibus inferioris Saxoniæ ma- 32
tricibus, status imperialis definitionem competere, & illas matriculis veteribus, Sacræ Cæs. Maiestatis & omnium Electorum Principum atque Statuum consensu inscriptas fuisse, & per aliquot secula immediate imperio pensitasse cõstat, vt frivolum sit, dubitare: Num genus imperialis ciuitatis, proprie de illis prædicetur.

PRÆ-

PRÆMISSVM SECUNDUM.

33 QVod ciuitatum matricum inferioris Sax: Status, cum ratione originariæ libertatis, tum ob concurſum regalium, rebuſpublicis communicabilium, ſtatu, multarum imperialiũ ciuitatum nobilior & perfectior ſit: vt proinde ſacræ Cæſ: Maieſtatis & imperij multum, ne à Principibus contra jura eximantur interſit,
34 Germanos, Romanisflorentibus, alterum tenuiſſe imperium: & cum Romanis tam diu conflixiſſe: donec munere diuino, patriæ ſuæ ſummam, ſummi in orbe imperij maieſtatem acquiſiuere, cum toti mundo per ſe conſtat, tum infinitis hiſtoricorum authoritatibus, & cum primis pulcherrimo illo Henrici Bebelij, omnium Germanorum cognitione digniſſimo libro, quam ille de laude, antiquitate, imperio, victorijs rebuſque geſtis, veterum germanorum conſcripſit, elegantiſſime demonſtratur. Omnium autem maxime, Saxonia, Romanorum potentiam, & iura auerſata eſt, illiſque ſe oppo-
alterum prætenſum præjudicium quod attinet, pernegant & rectiſſime quidem Duces Brunſuicenſes atque Lunæburgenſes lineæ Zellenſis, ea quæ ex adverſo adferuntur: lineæ videlicet Gottingenſi exſtincta, ſolos Duces Brunſuicenſes & Lunæburgenſes lineæ Wolferbytenſis ſucceſſiſſe, Et ſi quis omnia quæ hunc caſum anteceſſerunt, atque conſequuta ſunt, atque adeo thema ipſum expenderit, deprehendet, ea quæ ex adverſo proponuntur non modo intentionem Dn. Iulii Ducis Brunſuicenſis atque Luneburgenſis prorſus deſtrucre: ſed eos inſuper, qui illius cauſæ defenſioni incumbunt, contra juris & facti evidentiam fruſtra omnino pugnare: atque longe rectius facturos: ſi principem optimum, melioribus conſiliis in viam Iuſtitiæ reducant.

Refellitur enim Dux Hinricus Iulius, (1) partim pactis familiaribus Anno 1428. initis & Anno 1442. repetitis: quæ ſupra adducta ſunt, atque Cæſarum & Sacri Romani Imperii inveſtituris;

Ex quibus plane convincitur, fieri nullo modo, potuiſſe, ut Dominia lineæ Gottingenſis, ad ſolam ſtirpem Wolferbytenſem ſucceſſione devolverentur. Et quum pactorum verba ſupra recitata ſint: ea hic denuo repetere ſupervacaneum fuerit.

Partim (2) factique Iuris evidentia atque notorietate.

Nam Otto Ottonis filius, cum qua linea Gottingenſis deſiit mortuus eſt, relictis poſt ſe agnatis Hinrico Ottonis filio, in linea Zellenſi, &

Henrico Seniore atque Erico Seniore fratribus, lineæ Wolferbytenſis: qui defuncto vtrimque æqualiter nono videlicet gradu cõiungerentur: & ab vna ſtirpe cõmuni Alberto videlicet Duce, dem Milden/dependerent & proinde vnius lineæ eſſent, quare aſſertio Henrici Iulij Ducis Brunſuicenſis, quod linea Wolferbytenſis, lineam Zellenſem, à ſucceſſione Ottonis excluſerit, nõ modo cum repetitis pactis familiaribus & inueſtituris Cæſaris atque Imperij Sed & cum omni jure Canonico, civili feudiſtico pugnat.

92 Perpetua enim hæ omnium ſucceſſionum, quæ agnationis iure deferuntur lex eſt, vt qui vnius lineæ, & defuncto æqualiter coniuncti ſunt, vna ad ſucceſſionem admittantur: niſi de ſucceſſione in regno Electoratu, primogenitura, aut ſimili jure quæſito ſit.

93 Partim (3) tranſactionibus illam facti ſpeciem conſequutis: ex quibus conſtat, daß die Zelliſche Lini/ihren Theil/ſo ſie an dem Fürſtenthumb Göttingen gehabt/ Vertrags vnd Verzichsweiſe/ gegen gewilligter Widerſtattung der Wolffenbüttelſchen Lini/ überlaſſen/ welches die auffgerichtete beyde Fürſtl. Verziechs: vnd Vertragsbrieffe vnd Vrkunden lauter beſagen.

Ita enim priores literæ habent.

VOn Gottes Gnaden/wir Heinrich der Elter/ Heinrich Hertzogen Otten Sohn/vnd Erich Gevettere vnnd Brüder Hertzogen zu Braunſchweig vnd Lüneburg/bekennen openbar/in vnd mit dieſem Brieffe/ vor vns vnd alle vnſere Erven/ dat wy vns vmb dat Land tho Göttingen/ ſine Thobehöringe vnnd andere Schlote vnnd Stede/hierinna beſchreven/ Erfflicken vertragen hebben/ So dat wy Hertog Hinrich Sel. Hertogen Otten Sohne/alle vnſe Anſpracke vnd Gerechtigkeit deß Landes tho Göttingen/ an Schlöten/ Steden/ Flecken/ Dorpen/ Gerichten/ Gebeweden/ Clöſtern/ Landen/ Lüden/ Holten/ Velden/ Wiltbahnen/ Gerichten/ Gebeden/ Geiſtlichen vnnd Weltlichen Lehen/ Bergwercken vnd allen Oeterichheiden/ Nüttingen vnd Thobehöringen/ Erfflicken verlaten hebben/vnd dann ſothane Erfflicke Verlatinge/ jegenwertigen/ in mit Krafft dieſes Brieffes/ den genanten vnſern Vettern Hertogen Hinrichen den Eltern/vnd Hertogen Ericken vnd ohrer L.L. Erven/ erfflicken thogebruckende/ ꝛc. Gegeven tho Minden na Chriſti vnſers HErrn Geborth vöffteinhundert/im twölfften Jahre/ am Sontage na Sünte Michaelis deß hilligen Ertzengels/ ꝛc. Poſteriorum autem literarum, ſo ein Nebenvertrag ſeyn/ hic tenor eſt.

Von Gottes Gnaden wy Hinrich de Elder/ Hertog tho Brunſchwick vnd Lüneborg/ bekennen openbar/ in vnd mit düſſen Breffe/ vor vns vnd vnſe Erven/ ſo als wy/ ſambt dem Hochgebornen Fürſten Herrn Ericken/ vnſern leven Broder/ deß Landes tho Göttingen halven/ einen Verdracht gemaket/vnd dem Hochgebornen Fürſten Herrn Hinricken/ Hertogen tho Brunſchwick vnd Lüneborg/ Hertogen Otten Sel. Sohne/vnſerm leven Vettern/ eine Wiederſtattinge gethan hebben/na lude einer Verdracht/ twiſchen vns vpgerichtet/ darmede vnſe Broder vnd wy dat Land tho Göttingen/vnd vnſe Vedder de Wedderſtattinge erfflicken beholden ſchulden/ went aber vnſe Bruder/ den Handel vnnd Verdracht vaſt ſchwör gemaket vns allenthalben tho Vortage vnd Schaden/ Deßhalben wy ſambt obgedachtem vnſern Vedderen angeſehen/ vnd thokünfftigen Vnwillen verhot/ vp de Sake deß Landes Göttingen halven/ de lange Jahr twiſchen vnſer allerſeits Eldern vnd vns zu Erringe geſtanden/möchte beygelegt werden/ ſo dat vnſe Vedder de Wiederſtattinge/ vns tho Willen/doch mit Schworheit angenomen/ darumb hebben wy den genanten vnſern leven Vedderen/ Hertogen Hinrick verheten/ gelovet vnd thogeſecht/dat wy/ edder vnſe Erven Syner L. edder derſülven Erven/ de Overrichkeit vnd Gerechtigkeit/an der Stadt Hannover/de S.L. in düſſen Handel verlaten/ wedder overgeven/ dartho ock S.L. dat Schlot thor Wölpe/mit ſinen Thobehörungen inantworten willen/ tho Verbeteringe der gedachten Wedderſtattinge/wollen ock ſo dann overgeven/ an Hannover inantworten der Walpe/von Stund vnd ohne Vertach drin/ als ſich der Fall begeve/ ꝛc.

Ex quibus jam plane notorium eſt, lineam Zellenſem vigore pactorum familiarium repetitorum & inveſtiturarum imperii atque juris feudiſtici non minus atque lineam Wolferbytenſem Ottoni Ottonis filio lineæ Gottingenſis ultimo Principi ſucceſſiſſe.

Sed etſi Dominus Hinricus Ottonis filius li- 94
neæ Zellenſis, ſucceſſioni illi lineæ Gottingenſis ſibi delatæ, gratis renunciaſſet (quod perfecto non fecit) id tamen illius deſcendentibus quo ad alios caſus fraudi minime foret.

Mera enim illa donatio fuiſſet, Ioan. Ant. Rub. *rep. l. Titia ſcio §. Imperator n. 130. 131. ff. leg. 2.* Canoniſtæ *in c. quamvis ibi* Natta *n. 46.* & Covarr. *p. 3. §. 4. n. 3. verſ. ſexta exceptio præmiſſis, de pact. in 6.* Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo n. 10. ibi* Bolog. *n. 88. ff. verb. oblig.* Iaſ. *in l. fin. n. 29. C. de pact.* Melch. Palaez. *de Maiorit. p. 4. q. 23. n. 48.* Pariſ. *conſ. 26. n. 77. & 80. lib. 3.* Alciat. *conſ. 1. nu. 17. & 18. lib. 8.* Cephal. *conſ. 142. n. 24.* Marian. Socin. Iun. *conſ. 82. n. 38. lib. 4.* Horoman. *conſ. 7. nu. 7. verſ. ſed ut preſſius.* Decian. *conſ. 43. num. 32. lib. 3.* Roland. à Vall. *conſ. 11. n. 24. lib. 1.* Et conſequenter renun- 95
ciatio gratuita: eoque Iuris ſtricti & ad alios caſus minime extendenda, *l. emptor. §. Lucius cum concord. ff. de pact. l. poſtquam liti, ibi* Iaſ. *n. 10.* Dec. *n. 16. & reliqui C. de pact.* Maſcarol. *de probat. lib. 3. concl. 1263. n. 4. & 7.* Mari. Soc. Iun. *conſ. 20. n. 26. lib. 4.* Dec. *conſ. 379. n. 10.* Decius *conſ. 44. n. 11. lib. 2.* Mynſ. *conſ. 37. n. 18. 22. decad. 4.* Wie dann dieſe Dinge im Mindiſchen Haupt-Vertrag/ zu aller Nothurfft/ über Verordnung der Rechte verwahrt ſeyn/ Diſertiſſimis namque verbis ibi cavetur, daß dieſelbig Vertrag/ den paciſcirenden Fürſten an allem jhrem hergebrachten Fürſtl. Titul/ vnnd andern Erblichen An: vnd Wiederfällen/ auch ſambtlehen/ gantz vnſchädlich vnd vnabbrüchig ſeyn ſoll/ ꝛc.

Data ergo (ſed minime conceſſa) gratuita 96
renun-

renunciatio, absurde traheretur ad correctionem juris feudistici, omnium autem absurdissime, ad decretum Cæsaris Maximiliani II. & pactum Ducum Brunsuicensium atque Luneburgensium novissimum, quæ illam Hinrici, filii Ottonis, & Hinrici Senioris atque Erici; tractationem 44. annis consequuta sunt, extenderetur.

RESOLVTIO II. RATIONIS DUBITANDI.

SEcunda ratio dubitandi, ratio parum movet. Partim (1) quod renunciationes si quæ à Duce Ottone & Hinrico, Ducibus Brunsuicensibus & Luneburgensibus lineæ Zellensis factæ essent, nihil ad Duces Brunsuicenses atque Luneburgenses lineæ Wolferbytensis spectent, illorum ergo respectu quum non renunciarint
97 pro non renunciantibus habentur, sunt enim ut jam memini renunciationes stricti Iuris & ad aliosaut casus, aliasve personas non extenduntur: ut de se notissimum est.

98 Partim (2) quod. isetiam pro hærede & habili quidem reputetur, per quem alius hæreditatem capit, ut ex materia substitutionum abunde liquet: & decidit, Tiraquel. *de iure primogenit. quæst. 23. n. 16.*

RESOLVTIO III. RATIONIS DUBITANDI.

ITa etiam tertia dubitandi ratio nullius momenti est.

Respondeo enim primo etsi aliqui Dd. textum d.c. 1. circa fin. de natura succes. feudi, ita intelligant, quod una linea agnatorum in qua feudum constitit, extinctæ omnes aliæ lineæ æqualiter succedant, etsi impari gradu sint, quum primo casu successio respectu ad communem parentem habito, in linea recta versari intelligatur: ideoque propter ius repræsentationis descendentibus tributum omnes lineæ ad successionem vocentur: Secundum quam Sententiam etiam nonnulli respondetunt: ex quibus est Signorol. à cons. 93. n. 3. Hic tamen singularis intellectus, communi pragmaticorum Sententiæ & stilo imperii notissimo repugnat: ut tertia & quarta decidendi ratione expositum
99 est, Ergo nobis hic obstaculo esse nequit: quum de singularibus textum intellectibus in Scholis quidem philosophari liceat: in forum autem ubi receptis theoricis & stilo curiarum innitimur produci utiliter nõ possint, qui enim contra stilum curiarum receptum, singularibus opinionibus in sententiis pronunciandis & responsis nituntur nihil aliud inde reportant utilitatis quam ut omnium sese exponant ludibrio.

Secundo, respondeo receptiorem illam sententiam esse: in feudis succedi stipiti, id est adquisitori, ita scilicet ut consideretur persona ultimo decedens: quum proximus dicatur, non is qui propriori linea primum adquisitorem attingit, sed qui ultimo Vasallo defuncto proximus est, Schrad. multos cumulans *in tr. feud. p. 7. c. 7. q. 10. n. 19.* Nec sequitur, si ex investitura 100
primi adquisitoris succeditur, quod proinde illi simpliciter succedatur: Nam & substitutus pupillariter pupillo succedit, ex ordinatione patris, & tamen non succedit patri, Paril. *cons. 23. n. 262. 263. lib. 1.*

Tertio respondeo, quum hoc feudum Ducatus Brunsuicensis & Lunæburgensis vere hæreditarium sit, in quo juxta tenorem investituræ expressum & juxta communem Dd. sententiam ultimo morienti succeditur, ut ad tertiam decidendi rationem jam expositum est authoritates ad tertiam dubitandi rationem propositas huc non pertinere.

Quarto respondeo, ut jam antea actum fuit, receptiorem illam, & stilo quoque Imperii receptam sententiam esse; quod in feudisticis successionibus, gradus secundum jus civile Romanum computentur, lib. Schrad. *in tr. feud. par. 7. cap. 7. q. 4. n. 12.*

RESOLUTIO IV. RATIONIS DUBITANDI.

EX quibus etiam concidunt, quæ pro quarta dubitandi ratione allata sunt.

Sed clarius respondeo 1. præcitatum intelle- 101
ctum singularem, *ad d.c. 1. in fin. De natur. succes. feud.* ne quidem in foro Sax. receptum: sed feuda quæ mortuo patre adquisitore inter fratres divisa sunt, unius fratris linea exstincta ad alios fratres non transire, nisi jus coniunctæ manus diuisione solutum redintegretur: Quo argumento evidentissime constat, una linea exstincta successionem in foro Saxonico, primo casu, in linea recta non versari: sed in collaterali: Ergo vinculo illo successionis quod Saxonibus inter collaterales proprium est, opus fore.

Et hæc quidem omnibus in foro Saxonico versantibus exploratissima sunt: utpote non communi modo, omnium pragmaticorum consensu, & cotidiana experientia sed stilo quoque fori Saxonici, in causis illustribus, maximorum feudorum regalium jam olim comprobata.

Nam si in foro Sax. feudorum regalium Suc- 102
cessio una exstincta, aliarum linearum respectu primo casu, non ut in linea collaterali, sed ut in linea recta versaretur, Electoratus Saxoniæ & Brandeburgicus, adhuc in familia principum Anhaltinorum hæret: neque ab illa familia alio commigrasset quod nullam aliam ob causam factum, quam quod cum possessoribus illorum feudorum regalium ultimo mortuis & cum illorum lineis exstinctis alii eiusdem stirpis Principes simultaneæ investiti non sunt, neque jus coniunctæ manus divisionibus solutum, denuo redintegratur.

Secundo respondeo jus simultaneæ investi- 103
turæ, quo Duces Brunsuicenses & Luneburgenses, omnium linearum à Cæsare Maximiliano II. denuo cum linea Grubenhagensi colligati sunt, non fori Saxonici, sed juris com-

munis ſimultaneam inveſtituram eſſe, ut jam oſtenſum fuit.

Ac ut maxime illa juris Saxonici ſimultanea inveſtitura eſſet: illius tamen naturæ pacto, omnium Ducum Brunſuicenſium atque Luneburgenſium noviſſimo & Cæſareo foret derogatum;

V. ET ULTIMÆ RATIONIS DUBITANDI CONFUTATIO.

AD ultimam rationem dubitandi pro æqualitate ſucceſſionis quod attinet minime equidem dubito pactum familiare anno 1428. compoſitum, jure ſubſtitiſſe, ſed tria ſunt, quæ reſponderi poſſunt.

Primo quod probabiliter dubitetur, quum poſt ſecundam diviſionem (nach der andern Landtheilung) inter Hinricum Mirabilem & Albertum Duces fratres, factum jus ſimultaneæ inueſtituræ Saxonicum (ſine quo in terris Saxonicis, illis nullum ius mutuo ſuccedendi competere de nouo potuit) plane diſſolutum, neque aut ab illis aut ab ipſorum filiis; aut ab hiſce paciſcentibus redintegratum fuerit, quod tamen
104 nullo negotio redintegrare poterant (diuiſione namque inter fratres de feudo facta, & illis redintegrationem iuris coniunctæ manus petentibus Dominus feudi ſimultaneam inueſtituram facere iure deuinctus eſt) Num nam pacto illo
105 Duces paciſcentes, dominia lineæ Grubenhagienſis complecti voluerint. Actus certe agentiũ vltra eorum intentionem nihil operantur. Sed etſi largiamur vltro, nil dubitandum quin pactũ illud vetus generale ad omnem omnino ſucceſ-
106 ſionem reſpexerit reſponderi, Secundo reſponderi poteſt decreto Cæſaris Maximiliani 2. omnium Ducum Brunſuicenſium, accedente conſenſu, id poſtea diſerte immutatum: & hanc innouationem data poſtea inueſtitura ſimultanea iuris communis fuiſſe, vlterius comprobatam: quum ex eiuſmodi inueſtitura vigore agnationis eoque iuxta graduum prærogatiuam ſuccedatur. Tertio reſpondeo quod pactum illud Anni 1428. generale & prius, illa autem ducum omnium Brunſuicenſium conuentio, vt linea Grubenhagienſi exſtincta aliarum linearum
107 Duces proximiores ſuccederent pactum ſpeciale noviſſimum fuerit: quo procul dubio pactũ generale prius ſublatum fuit: cum in vniuerſo iure noſtro generi per ſpeciem & pactis prioribus per pacta noviſſima derogetur: quemadmodum & lex poſterior contraria priorem tollit.

Ergo vt maxime pactum illud ab initio conſtiterit: (1) expreſſo tamen Cæſaris decreto (2) & ſimultanea inueſtitura iuris communis deinde facta, (3) atque omnium Ducum Brunſuicenſium atque Luneburgenſium communi conſenſu & pacto noviſſimo, non ſemel, ſed pluries (1) ſupplicationibus videlicet Cæſareæ Maieſtati, exhibitis, (2) receptione & approbatione Cæſarei decreti, (3) atque petitione & receptione ſimultaneæ inueſtituræ iuris communis funditus ſublatum fuit. Quæ cum prima & ſecunda ratione decidendi plenius expoſita ſint, huc repetita volo.

Atque hæc mea de propoſito illuſtri themate ſententia eſt, quam & rectioribus aliorum ſententiis, more maiorum lubens ſubmitto & luculentius cum Dei adiutorio tractare poteram, ſi chartarum mearum vſura mihi frui licuiſſet.

IOHANNIS DAUTHI.

CONSILIVM CXLVI.

DE IVRE EPISCOPALI,

SUMMARIA.

1 PRinceps Germaniæ *in omnibus Politicis & Eccleſiaſticis cauſis, iuribus & rebus territorio ſuo comprehenſis tam Eccleſiaſticam, quam temporalem Iuriſdictionem exercent, & præſumptiue fundatam intentionem habent Refellitur num. 53.*

2 *Per* conſtitutionem Pacis Religionis *iura Epiſcopalia in perpetuum acceſſerunt territoriali Principum reformatorum ſublimitati; & num. 3. & n. 7. Reſpondetur ad hoc dubium n. 54. 55. 56.*

4 Duo *in ſolidum poſſidere non poſſunt: Extenditur num. 5. Reſtringitur & confutatur nu. 57. & ſeqq.*

6 Reuiſiones Ordinationum & Conſtitutionum *conſtantem & enixam Principum voluntatem oſtendunt: Diluitur n. 60.*

8 Subrogatum *ſapit naturam, eius, cui ſubrogatum eſt.*

9 Magiſtratus *eminentiores vtriuſque tabulæ cuſtodes ſunt, & non ſolum temporalem, ſed & Eccleſiaſticam Iuriſdictionem poſident.*

10 Interpretatio *ea capienda, qua res ad primæuũ ſtatum reducitur.*

11 Acceſſorium *ſequitur ſuum principale.*

12 Caput *à membris non debet diuelli & n. 13. Refutatur num. 63.*

14 Eccleſiæ *inferiores debent regi ſecundum ius & conſuetudinem Eccleſiæ ſuperioris: Enerua-tur num. 64.*

15 Singulis *non eſt concedendum, quod per Magiſtratum expediri conuenit: Declaratur n. 65.*

16 Ciuitates *an adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum & ius Epiſcopale ſibi aſſerere poſſint? & num. 17. Refellitur num. 66.*

18 Iura Eccleſiaſtica *ſunt pars Superioritatis territorialis,* dero Hohen Landsfürſtlichen Obrigkeit.

19 Iuriſdictio *ſpiritualis ſiue cognitio cauſarum ſpiritualium à laicis neque poſideri, neque præſcribi poteſt; & n. 20. Reſpondetur ad hoc motiuum n. 67.*

21 Ius patronatus *& ius Epiſcopale differunt: Proſternitur hæc obiectio numero ſexageſimo octauo.*

22 Actus

22 Actus *iuris Episcopalis exerciti recensentur hoc & num. 23. Videtamen num. 69.*
24 Literas *acceptans, nec contradicens omnia in illis contenta approbare censetur.*
25 Transactiones *initæ Principi ius Episcopale reservant: Contra nu. 75. 76. 77. & 78.*
26 Omnes populi *ducuntur religione, indeque aliquid ad pios usus conferunt.*
37 Iurisdictio Ecclesiastica *ex constitutione & solutione salariorum, hoc & num. 28. nec non ex mero mixtoque imperio nu. 29. Vocatione, præsentatione & ordinatione ministrorū verbi diuini num. 30. 31. 32. 33. & nu. 47. & 51. instauratione Scholarum num. 39. iure instituendi, destituendi, corrigendi, reformandi & visitandi num. 40. 41. 42. 43. 44. ex subscriptione formulæ Concordiæ n. 45. institutione Concionum 46. cognitione & decisione causarum matrimonialium num. 50. criminis adulterii, stupri, usurarum &c. n. 52. arguitur & comprobatur.*
34 Possessio *vim tituli, concessionis, contractus, privilegii &c. habet.*
35 Possessionis *commodum quod: & n. 36.*
37 Iniuriarum *occasio inde nasci non debet, unde iura proficisci debent.*
38 Maiestate *regnantis digna vox est, semper legibus se alligatum profiteri.*
48 *An* vigore Transactionis Passavienſis *& Pacificationis Religiosæ iura Episcopalia in Principes & Status Augustanæ Confessionis translata sint? & an mediati Magistratus & Civitates eiusdem iuris capaces sint? nu. 49. & 62.*
58 Generi *per speciem derogatur.*
59 Tantum præscriptum, *quantum possessum.*
61 Protestationis *effectus quinam? & num. 70. 71. 72. 73. 74.*
79 Exceptio præscriptionis *tam ante, quam post litem contestatam ad impediendum litis ingressum opponi potest.*

SVFFRAGANTE IEHOVA.

Væritur an Illustrissimus Princeps A. in templo B. nec non in templo C. apud D. Ius Episcopale recte sibi vendicet, an vero Senatus eius loci jus illud rectius sibi arroget & jure defendat?

RATIONES DVBITANDI.

1 PRo Principe contra Senatum militant sequentia argumenta. Primo, Duces Provinciarum in omnibus politicis & Ecclesiasticis causis, juribus & rebus territorio suo comprehensis tam Ecclesiasticam, quam temporalem habent & exercent jurisdictionem, Et ab illis jurisdictio omnis, velut rivulus à fonte fluit Celsus Hugo *cons. 60. nu. 6.* Et tanquam ramus ab arbore producitur Anchor. *cons. 310. n. 3.* Alb. Brun. *cons. 54. n. 6. cons. 87. n. 14.* Aym. Cravet. *cons. 338. n. 1.* Indeq; pro Ducibus semper præsumitur, eorumq; intentio fundata & probata censetur, donec alius se ius tale habere vel possidere, in specie demonstret *l. 1. ff. de R. I. l. ab ea parte in pr. ff. de probat.* Didac. Covarr. *in c. possessor. part. 1. §. 10. n. 5. de R. I. in 6. & pract. q. cap. 31. n. 1.*

An Reverendissimus & Illustrissimus Princeps præfatus totius Provinciæ E Dominus & Civitas I. sita est intra limites sive fines jam dictæ Provinciæ, Ergo Celsitudo ipsius in hoc controversiæ genere fundatam habet intentionem.

Secundo multum confert Pax Religionis per 2
Decretum Passavienſe Anno 1552. & An. 1555. in conventu Augustano ad tempus inita, & in conciliis Augustanis Anno 1566. in perpetuum cõfirmata, qua Imperatore Invictissimo auctore, & Vniversis Imperii Statibus suffragantibus, nominatim & diserte cavetur & disponitur, Augustanæ Confessionis assertionibus permissum & liberum esse debere, Constitutiones & Ordinationes Ecclesiasticas faciendi, factasque sine ullius contradictione & impedimento liberę servandi & exequendi, cessante & quiescente in illis jurisdictione Pontificia, Extente Ioan. Gœddæ. *cons. Marpurgens. 50. n. 46. vol. 4.* Cum igitur Princeps noster extra omnem controversiam sit Imperii Status Consequens est, Celsitudini ipsius jurisdictionem Ecclesiasticam ex Imperii publica lege acquisitam esse.

Tertio accedit, quod Celsitudinis ipsius An- 3
tecessores Illustrissimi Principes E. nec non Reverendissimus & Inclytus Princeps F. felicis recordationis & filius eius Celsiss. Dn. G. Duces H. secundum huius Imperialis & pragmaticæ velut sanctionis legem ac tenorem possessionem Ecclesiasticæ Iurisdictionis procul dubio apprehenderint, & Ordinationes Ecclesiasticas provinciales condiderint, cæteraque egerint, quæ ad jurisdictionem Ecclesiasticam pie ac recte administrandam & expediendam conducere visa sint notoriumque sit, quod modernus Princeps nunquam satis laudatus Ordinationem Ecclesiasticam priori in omnibus fidei articulis concordantem de novo publicari fecerit.

Iam vero certum est Quarto, duos in solidum 4
possidere non posse *l. 3. §. è contrario. ff. de acquirend. poss. l. in certo §. fin. ff. commodat.* quod ipsum non in vera tantum, sed & impropria sive quasi 5
possessione procedat Alex. de Nevo *cons. 77. n. 3.* Cephal. *cons. 49. n. 4. vol. 1.*

Proinde cum Princeps jurisdictionem Ecclesiasticam sibi possideat, Civitas utiq; eam simul possidere non potest *d. §. è contrario. & d. §. fin.*

Quinto non parum movet, quod prædicti 6
Principes Ordinationem illam aliquoties reviderint, & publicarint. Quæ equidem revisiones constantem & enixam voluntatem Principum coarguunt & ostendunt *l. scimus ubi Bart. in 6. & seq. C. de agric. & Censit. lib. 11.* Zas. *cons. 3. n. 44. & 46. li. 1.* Cum certum sit jura Episcopalia in Duces esse translata, sequitur Principem modernũ 7
possessionem jurisdictionis Ecclesiasticæ esse adeptum. Surrogatum enim eiusdem est naturæ 8
qualitas & effectus, cum eo, cui est surrogatum *l. in duobus §. 1. ff. de iureiur. gl. in l. si cum §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.*

Sexto concesso, quod soli Imperatori & Imperij Statibus ius Episcopale tantũ competat, res omnis ad primæuam suam naturam, ex qua tẽporum iniquitate & iniuria discesserat iterum

9 redijſſe videtur Cum notum ſit, iure tam humano, quam diuino Magiſtratus eminentiores, vtriuſque tabulæ cuſtodes eſſe & non ſolum temporalem, ſed & Eccleſiaſticam iuriſdictionem poſſidere & exercere teſte Ambroſio ad Aux. Bernhard. *lib. 4. de conſid. c. 4. ad Eugen. Pap.* Marſil. *in defenſor. pac. pag. 164. & pag. 289.* Thomas. Venator. *in axiomat. rer. Chriſt. c. ius gladij & miniſterium verbi axiomat. 13.* Ioan. Halter. *in Sent. Decret. tit. de Mag.* Mart. Luther. & Phil. Mel. *paſſim in ſcriptis ſuis.* Eraſm. Roterod. *in explic. c. 13.* Iacob. Cuiac. *in c. cauſam extr. qui fil. ſint. legit.*

10 Barnab. Briſſon. *in tract. form. pag. 323.* At clari iuris eſt, eam interpretationē eſſe arripiendam & ſequendam, qua res ad primæuam naturam reducitur. *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* Marian. Socin. Senior. *conſil. 13. n. 30. volum. 1.*

Septimo Ciuitas I. fatetur illum Principē exercere Ius Epiſcopale in ſuperiori Eccleſia collegiata in Ciuitate I. ad S. K. & omnibus Eccleſiis totius Ducatus. Ex quo ſequitur in acceſſorijs vel ſubiectis Eccleſiis ſuæ celſitud. idem ius competere *l. cum principalis de R. I. c. acceſſorium extr. cod. c. nobis vbi* Ioh. Andr. & Abb. Panorm. *c. 3. extr. de jur. patron.* Et idem Abb. *conſil. 106. nu. 2. p. 2.* Roch. de Curt. *de jur. Patronat. verb. cōſtruxit. n. 24.* Lud. Schrad. *conſ. 3. num. 353.* Quia caput à membris non debet diuelli *c. cum* non liceat vbi Interpret. *extr. de præſcript.* Socin. Sen. *conſil. 7. n. 1. volum. 1.* Et quod iuris eſt in capite, id iuris eſſe cenſetur in ſingulis cohærentibus membris Dec. *conſil. 151. n. 15.* Crauetta. *de antiq. temp. part. 1. § 4. limit. 80.* Eccleſiæ enim inferiores debent regi ſecundum ius & conſuetudinem Eccleſiæ ſuperioris *c. cum olim. extr. de conſuet. c. de his diſt. 12.* Cardinal. Pariſ. *conſil. 25. nu. 43. lib. 4.* Roland. à Valle *in lib. quæſt. de lucro dot. q. 85. num. 1.* Octauo non parum ſtringit, quod cauſæ Eccleſiaſticæ multas & graues paſſuræ ſint viciſſitudines, niſi Princeps Ius Epiſcopale ſibi

15 reſeruaret, Cum ſingulis non ſit permittendum, quod per Magiſtratum expediri conuenit *l. non eſt ſingulis de R. I.*

Nono mouet & hoc, quod Ciuitas perſonam

16 res Eccleſiaſticas adminiſtrandi & de perſonis & rebus Eccleſiaſticis cognoſcendi & diſponendi vix habeat; Ideoque ab hoc adminiſtrationis genere repellenda *l. ſancimus. C de SS. Eccleſ. c. nouerint. 10. q. 1.* Franc. Ducar. *de benef. lib. 2. cap. 1.*

17 Decimo dicendum etiam videtur, quod Senatus I. legitima præſcriptione ſe tueri nequeat, cū careat bona fide. Sciuit enim vel ſcire debuit ius Epiſcopale nullo iure ſibi vindicare poſſe *l. fin. C. vnde vi c. fin. 34. quæſt. 2.* Canoniſtæ *in c. poſſeſſor. de R. I. in 6. c. fin. extr. de præſcript.*

18 Adſtipulatur huic quod iura Eccleſiaſtica ſint pars ſuperioris & ſublimioris illius juris, quod Ducale ſiue Prouinciale, vel teutonice die Landsfurſtliche Obrigkeit nominari ſolet Henning. Gœden. *conſil. 3. n. 23. & ſeqq.* Zaſ. *in l. 3. in princ. n. 29. de adquir. vel amitt. poſſ.* Coler. *de proceſſ. execut. p. 2. c. 1. n. 109.* Andr. Knich. *in priu. Saxon. c. 5.* Atque certum eſt, eiuſmodi juri Prouinciali publico non præſcribi, niſi ſpacio immemorialis temporis. Ergo,

Vndecimo juriſdictio ſpiritualis vel cognitio 19
cauſarum ſpiritualium à laicis neque poſſideri, neque præſcribi poteſt *c. cum cauſam quæ & ibi* Panormit. Felin. *& Dd. extr de præſcript.* Franciſc. Balb. *in tract. de præſcript. 1. part. 5. part. 1. q. 7. nu. 14.* vſque adeo, vt ſpiritualia à laicis ne per præ- 20
ſcriptionem quidem illius temporis, cuius in contrarium memoria non exſtat, adquiri poſſint Iohan. Monach. & Ioh. And. *in c. 1. de præbend. n 6.* Balb. *d. tr. in l. p. 5. p princ. q. 7. n. 14. & 15.*

Duodecimo quantumuis Senatui I. ad B. nec non ad C. jus Patronatus competere ponamus: tamen ex illo confeſtim non ſequitur, Ius Epiſcopale Senatui quoque competere. Nam ius 21
Patronatus & Ius Epiſcopale nihil omnino cōmune habent. Et Patrono ex ſolo patronatus jure juriſdictio non competit *c. quæcunque. c. quod autem. c. literis. c. cum laici. c. ſeculū tot. tit. extr. de Iur. Patron.* Weſemb. *conſil. 48. num. 23.* Fr. Pfeil. *conſil. 18. n. 26.*

Decimo tertio militat etiam pro Illuſtriſſimo Principe à Ducibus E. beatæ recordationis & illorum ſucceſſoribus, Paſtores ac collegas 22
Scholæ ad examen aliquoties eſſe vocatos, quod equidem factum non fuiſſet, niſi prædicti principes iure Epiſcopali uſi fuiſſent.

Decimo quarto ſæpius etiam ex aula L. & poſtea M. in cauſis Eccleſiaſticis & ſpiritualibus Mandata emanarunt & non requiſito Senatu, Seniori D. M. I. V. tranſmiſſa ſunt, quibus Mandatis non eſt contradictum, Ideoque probant jus Epiſcopale Principibus competere: literas 24
enim accipiens nulla contradictione facta adprobare cenſetur omnia in illis contenta *iuxta l. ſi filius. ff. ad SC. Maced. gl. & Dd. in clement. 1. de pro.* Pariſ. *conſi. 47. n. 15. vol. 1.* Gœden. *conſil. 47. n. 1.* Rot. Genuenſ. *deciſ. 2. num. 2. & deciſ. 91. nu. 1.* poſt multos alios comprobauit Anton. Gabriel. *commun. concl. lib 1. concl. 2. n. 1. de præſumpt.* Crauetta. *de antiq. temp. p. 1. §. viſo. nu. 20. & ſeq.*

Tandem & decimo quinto ipſa priuilegiaciuitati conceſſa nec non Tranſactiones Anno 25
29. & 36. initæ jus Epiſcopale Principi reſeruant.

RATIONES DECIDENDI.

SEd hiſce & ſimilibus argumentis non obſtantibus Senatus partes iuſtiores & æquiores arbitror ſequentibus motus fundamentis.

Primum fundamentum à ſalariis ſumitur, 26
Hæc enim à Senatu & ciuibus conferuntur. Omnes enim Populi ducuntur religione, indeq; ad pios vſus aliquid conferunt *l. cum ſeruus vbi Dd. ff. de V. O.* Iacob. Menoch. *de præſumpt. nu. 1. & ſeq. lib. 6.* Ex quo ius & iuriſdictio Senatus non ſolum comprobatur, ſed iuſtum etiam eſt, Senatui, qui onera hactenus ſubijt, & adhuc ſuſtinet, 27
juriſdictionem Eccleſiaſticam in laboris & operarum præmium intactam & illibatam relinqui l. ſecundum naturam. *ff. de R. I. vbi Cagnol. & Dd.* Imo abſurdiſſimum eſt, alium habere commo- 28
da & alium ſuſtinere onera *l. is qui in poteſtate. §. fin. ff. de legat.* Lud. Schrad. *inter Iohan. Borcholt. conſil. vol. 2. conſil. 20. fol. 155.*

Secundo Senatus I. in ciuitate I. ubi ſitæ ſunt 29
iſtæ duæ Eccleſiæ, merum & mixtum habet imperium: Igitur ambigendum non eſt, quia Iu-

riſdictio

risdictio Ecclesiastica Senatui quoque competat *l. pupillus §. territorium. ff. de V. S.*

Tertio prædictus Senatus singulis casibus & 30
vicibus Ministros verbi Divini vocavit, præsentavit, & in hac ipsa urbe à suis Ministris Principis Consistorio nunquam requisito, ordinari fecit: Quibus actibus præsertim Ordinationis jurisdictionem Ecclesiasticam probari constat *c. querelam & c. cum Ecclesia* & utrobiq; Canonistæ *extr. de Elect.* Ingolstad: *consil. 24. n. 163.* Et hoc quidem, ut ad oculum demonstratur, qua demonstratione nulla firmior esse potest.

Quarto extra controversiam est, referente 31
Hermanno *S. S.* Theologiæ Licentiato part. 2. historiæ Eccles. renati Evangelii per Inferiorem Saxoniam & Westphaliam *pag. 46. & aliquot seqq.* Cum in I. Augustani Ordinis Monachi M. Nicolaus N. Iohannis N. & M. Ernestus N. Anno 1524. Pontificias indulgentias carpere inciperent hisque sequenti Anno 1525. sese adiungeret Godescaleus Croppinus S. S. Theologiæ Doctor atque eleganter & perspicue doceret de sola fide Christi nos justificante & deinde purgatorii nugas, & missæ Pontificiæ errores nec non vanitatem invocationis Sanctorum ostenderet Prædictus D. Croppius, post quam omnia adornasset & dispositisset, de multorũ suffragio tandem minister verbi divini in æde C. in Neapoli constitutus, & ipsi adiunctus est Francisc. Widden. In æde B. docuerunt ex instituto Senatus Iohannes N. Conradus N. Iohannes N. Henricus Otho, Hermannus Schmidt, D. Matthias Hardenberg apostata factus, M. Iohannes Portius, qui Anno 1570. mortuus est; cui successit Reverendus, Clarissimus & Doctissimus Vir M. Iohannes Volius Senior, qui ab illo tempore magno cum fructu auditorum docui, & Dei gratia adhuc docet. In Neapoli D. Croppium secuti sunt Iodocus Isermannus, Henningus Osterrodius, M. Arnoldus Tetzlerus, Franciscus Nolte, Antonius Hoffmannus, Andreas Danus M. Martinus Forcheimer & moderni animarum Pastores Reverendi & Doctissimi Viri Dn. Johannes Schottelius & Henricus Blotzæus.

Cum itaque prædicti ministri prædictarum 33
Ecclesiarum à Senatu vocati, ordinati, & ab Anno 1524. à tempore reformatæ religionis & suspensa Episcoporum jurisdictione Ecclesiastica confirmati sint, Et Senatus I. supra hominũ memoriam jure illo usus sit, sequitur itaq;, quod Senatus illud jus firmissimo titulo sibi defendat.

Siquidem immemorialis possessio tituli conces- 34
sionis, contractus, Privilegii, Constituti, pacti expressi, decreti, Instrumenti publici denique veritatis vim habet Ludolph. Schrader. *consil. 20. inter Borch. consil. vol. 2.*

Quinto in confesso est, possessionis commo- 35
dum & privilegium hoc esse, ne quis rem ab altero possessam propria authoritate, quoquo modo & quoquo colore inquietet, vel invadat, sed penes possessorem suũ intactam illibatamq; derelinquat, donec ordinaria via juris à possessore legitimis modis auferatur *l. in pari ff. de R. I. l. is qui. de reivendic. l. si finita. §. ubi autem. ff. de damno infect. l. exitus. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. 1. &* 36
tot. ff. uti possit. Et hoc ius est ex præcepto Iehovæ & naturæ lege *Deut. 16. v. 20.* Duces etiam & terrarum Dominos complectitur & obligat; Imo hosce utpote in præeminentiori officio constitutos magis obstringit, ne ab illis iniuria veniat à quibus jura proficisci & dimanare debent *l. meminisse. C. unde vi.* Et semper quovis casu digna 37
vox est maiestate regnantis Ducem semper legibus alligatum esse, ut de Imperatore loquitur *l.* 38
digna vox. C. de legib. Vid. l. ex imperfecto ff. de legat. 3.

Sexto, qui Scholas instituunt vel collapsas in- 39
staurant, jurisdictione Ecclesiastica utuntur. Senatus I. vivo adhuc B. Luthero ante conflagrationem urbis M. Clementem N. Witeberga vocavit, illumq; Rectorẽ constituit teste Letznero *in Chronic. Daff. part. 1, lib. 6. c. 6. in fin.* & post conflagrationem Vrbis, quæ accidit Anno 1540. & iterum 1549. Scholam pristinã, cui præfuerunt aliquandiu Hermannus Bistermannus, M. Arnoldus Tetzlerus, Henricus Primæus & Henricus Bovius Anno 1573. ex cineribus quasi reparavit & post ferias paschales, solenniter introduxit, primo cõstituto Rectore M. Christophoro Hunermundo Gottingense, & cum huius Scholæ structura satis apta non esset, de nova Schola exstruenda Senatus cogitavit, & novã in Neapoli Scholam in loco alias sacro ædificavit illamq; Anno Christi 1611. die 19. Novemb. solenni ritu introduxit, Rectore M. Georgio N. solenniter renunciato. Ergo Senatui I. citra omnem dubitationem jurisdictionem Ecclesiasticam competere, firmiter statuendum est.

Septimo, Quicunque habet jus Episcopale, 40
habet institutionem, destitutionem, correctionem, reformationem & visitationem *c. conquerente. extr. de offic. iudic. ordin.*

Sed Senatus talium jurium capax est, & in illorum quasi possessione reperitur. Ergo ambigendum non est, quin jus Episcopale Senatui competat.

Pro confirmatione assumti in argumento: (1) 41
In propatulo est. Senatui competere Institutionem; Siquidem omnes supradicti Pastores à Senatu instituti & confirmati sunt. Inducitur enim per Institutionem vera cõfirmatio Paul. de Citadin. *in 41 jurispatron. 6. part. art. 3. n. 82.* Et hæc Institutio ad solum Episcopatum spectat Roch. de Curt. *in tr. de jur. Patronat. in §. competens alicui. n. 65. pag. (mihi) 65.* Consequens itaque est, suspensa jurisdictione, Ecclesiastica, hanc ipsam institutionem, ut actum præcipuum huius juris, ad illos pertinere, qui reperiuntur in possessione vel quasi juris Episcopalis. (2) Nullum dubium 42
de destitutione: Cum enim post reformationẽ Evangelii, quidam Theodericus suspectus esset, de Calvinismo, is à Senatu confestim remotus est. Quod etiam ob eandem hæresin D. Matthiæ Hardenbergio accidit. (3) Etiam constat Sena- 43
tum I per Reverendos & Clarissimos Viros Dn. Nicolaum Ambstorpium & Dn. Gotscalcum Croppium S. S. Theol. D. reformationem instituisse, & Anno 1536. sub pœna quindecim marcarum I. per Edictum publicum prohibuisse, ne Cives Missas Pontificias ad K. & ad C. amplius audirent. (4) Denique Senatui correctio com-

petit. Orta ſiquidem controuerſia de vno atque
44 altero fidei articulo inter M. Arnoldum Tetzle-
rum tunc temporis Scholæ Neopolitanæ Re-
ctorem & paſtorem quendam Senatus hanc ipſam controuerſiam compoſuit. Hoc etiam jure vſus eſt Senatus in controuerſia inter bene meritum Seniorem Dn. M. Ioannem Volium & Dn. Andream Danum, quam Danus temere mouit. Vſurpauit etiam hanc ipſam correctionem aduerſus M. Chriſtophorum Hunermundum, Scholæ Neapolitanæ Rectorem, qui poſtea ſuã confeſſionem Senatui exhibuit, prout etiam fecerunt M. Ioannes Velius, M. Martinus Forchamerus, Andreas Danus, Ioañes Scottelius, Henricus Blotzæus, & nuper M. Georgius Alberti. Modernus bene meritus Senior Dn. M. Ioannes Velius multis deliberationibus Formulæ concordiæ, cum aliis Orthodoxæ doctrinæ miniſtris & Scholæ Collegis ante formulæ iſtius publicationem ſubſcripſit, vtque hæc ipſa ſemel facta ſubſcriptio non exigua nota juriſdictionis Eccleſiaſticę maneret, ad inſtantiam Illuſtriſſimi Principis N. beatæ memoriæ, Senatus I. vlteriorem ſubſcriptionem tam Miniſtris, quam ſcholæ Collegis prohibuit, & contra poſtulata prædicti Principis Anno 1574. 76. & 77. aliquoties proteſtatus ſit.

45 Nono conſeruat etiam jus Epiſcopale, quod omnes Senatus Miniſtri Eccleſiarum & Scholæ Neapolitanæ collegæ formulæ concordiæ, quæ in Curia reſeruatur, ſubſcribere coguntur.

46 Decimo Senatus I. Anno 1577. ipſa Dominica Oculi, die 10. Martij concionem pomeridianam in foro tantum vſitatam, in Eccleſia Neapolitana pia intentione, iure proprio inſtituit, quæ equidem inſtitutio ius Epiſcopale præſupponit.

47 Vndecimo Ordinatio clericorum eſt juriſdictionis Eccleſiaſticæ 70. diſtinct. per tot. At Senatus I. mediante miniſterio Urbano Anno 1570. die 22. Aprilis M. Ioannem Velium Anno 1580. quendam Eilhaldum Diaconum Morringenſem & poſtea Dn. Andream Danum M. Martinum Forchamerum Dn. Ioannem Schottelio & ſtudioſum quendam & nuperrime M. Georgium Albertii iure proprio, ordinari curauit.

Ergo Senatus I. gaudet juriſdictione Eccleſiaſtica.

Duodecimo dici non poteſt, laicos inferiores eſſe inhabiles & incapaces juriſdictionis Ec-
48 cleſiaſticæ ex Decreto Paſſauienſi. Siquidẽ Icti Ingolſtadienſes alias religioni Pontificiæ addicti diſerte ſtatuunt *conſil. 24. n. 167.* per pacem religionis in tranſactione Paſſavienſi Anno 1552. initam & in Comitiis Auguſtanis Anno 1555. repetitã & promulgatam nõ omnem omnino trãſlatã eſſe Iuriſdictionẽ Eccleſiaſticã in Principes & alios Seculares ſtatus Imperij, cum de eo nullũ adpareat fundamentũ in dicta pacificatione, ſed quod potius durante ſuſpenſione juriſdictionis Epiſcoporum, debeat interea exercitium eius juriſdictionis, adminiſtrationis, & de rebus Eccleſiaſticis, aut priorum locorum diſpoſitionis pertinere, ad quoſcunque etiam non Principes, qui ſaltem in eius quaſi poſſeſſione exiſtunt §. *commodum inſtit. de interd.* Ingolſtadienſes *d. cõſil. 24. n. 164. & ſeqq.* Et quamuis ea Pacificatio in- 49
ter ſtatus Imperij tantum facta ſit, & ad eos etiam Principes pertineat; tamen etiam per conſequentiam ad ſingulorum ſtatuũ ſubditos portigendam eſſe, notat Erneſt. Cothman. *tom. 4. reſpons. 33. n. 39. & 51.* Matth. Stephan. *de Iuriſd. lib. 3. part. 1. c. 14. n. 119. & 120.*

Decimo tertio Deciſio cauſarum matrimo- 50
nialium & ſimilium ad illos ſpectat, qui habent Ius Epiſcopale. At Senatus I. iudicat in cauſis Spiritualibus. Infinita enim acta in cauſis matrimonialibus hoc ſatis ſuperque teſtantur. Ergo.

Clarius adhuc demonſtratur, Epiſcopalia iura Senatui competere illo ipſo, quod Senatus per 51
D. Gotſcalcum Croppium & Franciſcum von einem Equitum Magiſtrum Dn. Nicolaum Anſdorffium ex Magdeburgo vocauerit atque per eundem Ordinationem Eccleſiaſticam conſcribi curauit. Iudicauit denique Senatus I. & adhuc 52
iudicat de adulterio, ſtupro & crimine vſurarum & ſimilibus, prout acta teſtantur. Et propterea dubitandum non eſt, quin Iuriſdictio Eccleſiaſtica Senatui competat.

CONFUTATIO RATIONUM DVBITANDI.

NEc obſtant, quæ pro Illuſtriſſimo, Principe allegata ſunt. Reſpondetur enim ad primũ 53
fundamentũ, generali huic præſumptioni ineſſe exceptionem illam, Niſi alius in poſſeſſione inueniatur Alb. Brun. *conſil. 20. n. 21. in 4. conſ. feud.* At in caſu noſtro Senatũ I. in juriſdictionis Eccleſiaſticæ quaſi poſſeſſione eſſe, ſupra probatũ eſt. Ideoque allegatæ præſumptioni locus non relinquitur.

Ad ſecundũ reſpondetur, Pacẽ religionis in- 54
ferioribus Magiſtratib. ius & poſſeſſionẽ ſuã minime abſcindere & eripere, ſed hoc tantum docere, & velle vt ſingulis Magiſtratibus, diuerſæ quamuis religionis Cõſtitutiones publicas facere, Eccleſias adminiſtrare, earumque curam ſuſcipere, de bonis Eccleſiaſticis prouidere, &, vt in veros vſus cõferantur, proſpicere, accurate permiſſum ſit. Quod vero Pacificatio iſta in ſpe- 55
cie Principum & ſtatuum Imperij mentionem facit, id duplici de cauſa factum videtur; Primo quod Duces ſimilesue generalem totius Prouinciæ omniumque eius partium inſpectionẽ, adminiſtrationẽ & juriſdictionẽ habeant. Secundo quod in conſiliis & cõuentibus Imperij nõniſi Principũ & ſtatuum Imperij ſpecifice fiat mentio, hoc ex eo factum videtur, quod in eiuſmodi conciliis Imperialibus duntaxat de Principibus & aliis Imperii ſtatibus tractatur; ſed interim nihil impedit, quo minus inferiores quoque Magiſtratus, quod ſuũ eſt, vel ab ipſis poſſeſſum fuit, ex eodem fonte, in rebus Eccleſiarum ſibi defendant.

Nam quemadmodũ generalis iuriſdictio, 56
quam Duces & Prouinciarũ Præſides in ciuilibus habent, nihil detrahit iuriſdictioni inferiorum Magiſtratuũ, in rebus cauſiſque temporalibus adquiſitæ & poſſeſſæ: ita pari ratione juriſdictio Principum, quam in Eccleſiaſticis & ſpiritualibus cauſis vniuerſalem habent, nõ poteſt quicquã derogare, in iiſdem cauſis acquiſitæ Iuriſdi-

ctioni

ctioni minorum Magistratuum, & per consequens casu aliquo super jurisdictionis controversia emergente, Iudicis partes nullæ aliæ esse possunt, quam ut pronunciet; Vti possidetis, ita possideatis, *arg. l. 1. ff. uti possid.* Innoc. *in c. dilecto filio n. 8. Vers. Item prædictis extra de Offic. Archid.* Ludov. Roman. *consil. 368. n. 15.* Matth. Steph. *de Iurisd. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 119. & seqq.*

57 Ad tertiam objectionem respondeo, quod illa Iurisdictio, quam Duces in singulis suis provinciis habent, generalis quidem sit, sed ad loca vel exempta, vel ab aliis possessa extendi nequeat:
58 Neque enim speciei per genus, seu generi per speciem derogatur *l. in toto. ff. de R. I.* Denique
59 tantum præscriptum & adquisitum, quantum possessum *l. 1. ff. de adquir. vel amitt. poss.* Bart. *in l. cum de in rem verso n. 11. de usuc.* Quocirca cum duo in solidum, rem unam eandemque possidere nequeant, sequitur utique Illustrissimum Principem id possidere non posse, quod Senatum tenere, probavimus.

Quartæ Obiectioni per responsionem ad ter-
60 tiam, satisfactum est. Principum enim Ordinationes Senatui nullũ præiudicium inferre potuerunt. Nam Ordinatio illa separatam habet rationem, Imo Ordinationibus Ecclesiasticis à Principibus editis & aliquoties repetitis, à Senatu cõtradictum est in hunc finem, ut per huiusmodi protestationes & contradictiones jus suum Senatus sibi sartũ rectumq; cõservaret, Cum protestationis effectus sit, ut jus protestantis cõservet Dionys. Gothofr. *ad l. si quis. 44. §. sed & in-*
61 *terdum 7. vers. testari ff. de relig. & similib. funer.*

Ad quintum argumentum respondeo, quod omnia Episcopalia iura in Principem non sint translata, sed Senatus possessionem suam sine ulla interruptione omni tempore continuavit, ut supra demonstratum est.

62 Ad sextum argumentum responderi potest, Quod negari non possit, penes Reges & Principes solos omnem potestatem, omnemque jurisdictionem Ecclesiasticam fuisse, sed quod procedente tempore ad inferiores Magistratus, qui merum & mixtum Imperium habuerunt, jus tale translatum sit, historiæ probant. Ideoq; præsens status intuendus, & cũ Prætore dicendũ est, Vti possidetis: ita possideatis, ut supra dictũ est.

63 Septima obiectio, quę generali Provincię jurisdictionem singulas quasq; partes includit, ita demum recte procederet. *Si* nullus alius in possessione inveniretur: At fallit & vitiosa est illa illatio in hoc casu nostro, quo Senatum possidere, compertum & probatum sit. Nam tunc argumentatio de toto ad partẽ, de possessione totius ad possessionem partis officium suum perdit *l. in toto cum ibi not. ff. de reg. iur. late.* Everhard. *in loc. à tot. ad part. num. 7. & seqq.*

64 Octava obiectio non resistit, cum experientia testante & docente, res Ecclesiasticas à Magistratibus quoque inferioribus recte administrari videamus.

65 Nec nona movet, siquidem minores Magistratus ad res Ecclesiasticas administrandas, non minus idoneos esse, quam maiores Magistratus, Et ideo minores Magistrat' in possessione Iurisdictionis Ecclesiasticæ reliquẽdos esse, donec de illegitimo, prædoneo, vel quo simili possessionis genere vitioso doceatur Cothm. *d. vol. 4. resp. 33.* 66

Non refragatur decima obiectio, Cum Senatus titulum habeat & possessionem legitimam imo immemorialem, quæ malam fidẽ tantisper excludit & removet, quoad bonam fidem abfuisse, vel abesse probetur *l. fin. C. unde vi* Innocent. *in c. si diligent. verb. bona fides de præscript.* Ancharan. *consil. 310. n. 5.*

Vndecima obiectio parum stringit: Quamvis 67
enim Iurisdictio spiritualis à laicis præscribi non possit: tamen hoc non procedit, quando laicus contra Laicũ spiritualia vult præscribere. Tunc enim talia Iura spiritualia cõmuni præscriptione & accedentib. reliquis requisitis præscriptione longi temporis adquiruntur Raphael Cuman. *consil. 83. circ. fin.* Cardin. Zabarell. *consil. 146. circa fin.* Franc. Balb. *in tract. de præscript. in p. 5. p. princ. q. 7. n. 22.* Card. Paris. *consil. 25. n. 20. & 11.* Borcholt. 2. *consil. 20. circ. fin.*

Duodecimæ obiectionis facilis est solutio, 68
distinguendo inter thesin & hypothesin: In thesi enim verũ est, ius Patronatus cum Iurisdictione nihil prorsus commune habere: sed illud ipsum ad hypothesin nostram non satis feliciter transfertur: Cum non Patronatus saltem ius, sed & Jurisdictionẽ Ecclesiasticam, Senatus I. hacten⁹ exercuerit, & in exercitio totius iurisdictionis recte, legitime & iuste persistat, neque inde alia quam iuris via deijcienda sit, vt præclare scriptum est, *in l. si finita. §. vbi autem. ff. de damno infect.*

Ad decimum tertium argumentũ respondetur, Quod Pastores, nec non Collegæ Scholæ in Neapoli, ab Illustrissimo Principe N. beatæ memoriæ Anno 1588. quidem sint citati. Sed cõtra tales citationes insolitas, à Senatu prudentissimo protestationes & contradictiones, actis attestantibus interpositæ, & si jura Ciuitatis illibata & illata conseruata sunt. 69

Ad decimã quartã obiectionem, eadẽ est responsio. Nã ex actis notoriũ est Principũ literis, protestationib⁹ interpositis, semper cõtradictũ esse, Iã vero protestatio animi & volũtatis declaratoria est, in his, quæ ab animo protestantis dependent, Ideoque protestatio magnũ operatur effectũ text. in l. nõ solũ. §. morte ff. de nou. oper. nunc. Quia nõ solũ declarat, qualis animus pro- 71
testantis fuerit *l. si quis. §. plerique. ff. de relig. & sũt. fun. l. si mihi & tibi. §. interdũ. ff. de legat. 1.* Bero. *consil. 34. n. 6. volum. 1.* Bellon. *cõsil. 35. n. 38. vol. 2.* Sed tollit etiam protestantẽ à facto, ita, vt quod 72
factum est, quoad ipsũ, perinde sit, atque si factũ non esset nec vllũ operatur effectũ *l. qui in aliena §. Celsus* vbi Bart. *ff. de acquir. vel amitt. hæred.* Et 73
declarat animũ abesse à casu protestationi contrario, vt consulti responderunt Ruin. consil. *121. n. 24. vol. 4.* Boer. decis. Burdegal. 100. num. 10. Imo ius protestantis etiã conseruat, idque in tuto collocat text. in l. si. debitor. ff. quib. mod. 74
pign. vel hypoth. Borcholt. *consil. 16. in fin. vol. 1.* & præsertim si protestatio in ipso actu cõtrario, atque adeo in continenti facta sit, vt hoc casu nostro factum est.

Nec

75 Nec quicquam operatur XV. argumentum, Quippe in allegatis tranſactionibus, nihil omnino de ſpeciebus Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ Principi ſit reſeruatum. Quamuis autem tranſactio inter Senatum & Capitulum K. mediatore Illuſtriſſimo Duce D. Seniore beatæ recordationis anno 1529. §. vnd dewile de gelonne von Godde kommen mocht ꝛc. inita, vſum templorũ
76 liberum relinquat: Tamen alia intentione hoc ipſum Senatus non permiſit, quam vt ſacroſanctum Chriſti redemptoris noſtri vnici Euangelium non tactum in templo forino & Neapolitano, ſed etiam in Eccleſia K. iure prædicaretur, vt conſtat ex antecedentibus aliquot paragraphis prædictæ tranſactionis, vbi etiam Illuſtriſſimus D. ſe hoc curaturum promiſit. Illo autem non attento Miſſæ Pontificiæ ab Anno 1529. vſque ad annum 1536. in templo K. celebratæ fuerunt donec tandem Senatus I. vt ſupradictum eſt prohiberet, ne ciues miſſas Pontificias contra Chriſti mediatoris noſtri vnici mandatum inſtitutas, amplius frequentarent.

77 Tandem Illuſtriſſimus D. vigore initæ tranſactionis Anno 1537. §. Erſtlich) ſo viel ꝛc. Idololatriam Pontificiam, in Eccleſiis collegiatis ad K. & C. abrogauit, & nouam ordinationem Eccleſiaſticam conſcribi, eãque publicari iuſſit. Nullam autem iniam allegata tranſactione reliquarum Eccleſiarum ad B. & C. mentionem fieri, in confeſſo eſt. Siquidem iſtæ Eccleſiæ ante aliquot annos ab iſthac Idololatria à Senatu fuerint repurgatæ: Vnde Senatum I. Ius Epiſcopale vſurpaſſe dignoſcitur. Quod vel ex §. der beeden Cloſter ꝛc. dictæ tranſactionis perſpicue cõſtat, vbi diſponitur Senatum religioſis domibus ad S. Auguſtinum, nec non monaſterio in Neapoli, iuxta Receſſum Spirenſem vti debere, vt Deo & Cæſari Senatus de illis domibus ratio nem reddere queat. Et notandum eſt, quod Senatus ante Tranſactionem in poſſeſſione vel quaſi Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ fuerit, alioquin Princeps liberum vſum dictarum religioſarum domuum, Senatui non permiſiſſet.

78 Cum itaque in præſenti caſu Senatus I. vltra 90. annos in quaſi poſſeſſione & exercitio Iuriſdictionis Spiritualis, ſiue juris cognoſcendi decauſis & litibus ſpiritualibus fuerit, ſequitur vtique, quod Senatus fundatam habeat intentionem, & ſine omni dubio contra actionem inſtituendam exceptione præſcriptionis ſe tueri, il-
79 lamque exceptionem non tantum poſt litem conteſtatam, ſed etiam antequam lis conteſtetur, ad impediendum litis ingreſſum opponere poſſit Bart. & Bald. *in l. fratris. C. de tranſact.* Alexand. *conſil.* 213. *lib.* 2. Felin. *rubric. coll.* 4. *extr. de præſcript.* Franciſc. Balb. *in tract. de præſcript. part.* 1. *q.* 9.

CONSILIVM CXLVII.

In quo

Tres Quæſtiones ſe offerunt diſpiciendas & examinandas.

I. Si Princeps vel Comes A. in Tranſactione cum alio immediato Imperij ſtatu B. conuenerit, vt B. intra pomœrium alicuius pagi, A. vero extra idem Iuriſdictionem habere & exercere debeat; Et vero dictus pagus ita perſonarum multitudine increuerit, vt plurimorum ædificiorum exſtructione pomœrium augere & extendere ſit neceſſe; An A. hoc prohibere poſſit? quæſtionis eſt.

II. Poſito, quod ædificiorum conſtructionem extra pomœrium A. prohibere nequeat; Quæritur, in cuius diſtrictum, territorium & Iuriſdictionem hæc ædificiorum collectio tranſeat?

III. Si dictum pomœrium vſque ad 1. 2. 3. ædificia incendio exhauriatur, ſine ſpe refectionis, deſolato ſolo, & in formam agrorum &c. mutato; An B. Iuriſdictionẽ in deſtructa pomœrij parte, vt eam antea habuit, retineat? vel an ea territorio confini A. accreſcat?

SUMMARIA.

1 STatutum de non ædificando, *niſi cum licentia Principis, vel ad certum modum, de iure ſubſiſtit: & num. 2. prohibens elevationem ædificii, ſi illud luminibus vicini officiat, ligat forenſem num. 3. Reſpondetur ad hoc dubium num. 20. 21. 22. 23. 24.*

4 Ædificandi conſuetudo *in omni loco iuris diſpoſitioni prævaleꝛ.*

5 Solum *meum dicitur non ſolum tantum proprietatis & dominii, ſed etiam Iuriſdictionis reſpectu.*

6 Ædificans *in loco alicuius iuriſdictionali, ſubditus eius efficitur.*

7 Domino *invito alius Vaſallus obtrudi nequit; Diluitur hæc ratio dubitandi nu. 25.*

8 Dominus Iuriſdictionis *poteſt Forenſibus ingreſſum ſui territorii prohibere.*

9 Vniverſitas Caſtri, Civitatis *vel Villæ non gaudet privilegio, niſi approbetur à Superiore.*

10 Civitas *an abſque Epiſcopo conſtitui poſſit? Affi. hoc num. Vide tamen n. 27. 28.*

11 Epiſcopalis dignitas, *quæ eſt in loco, facit Civitatem.*

12 Ædificiorum collectio *reprobatur, quæ tendit ad æmulationem alterius, & materiam ſeditionis præbet.*

13 Princeps *non habet fundatam intentionem in ſuo territorio quoad dominium rerum particularium.*

14 Liberum *eſt, cuilibet in ſuo facere, quicquid velit.*

15 Ædificia *ſunt juris gentium, & poſſunt exſtrui ad cœlum uſque: Extenditur nu. 17. Reſtringitur & limitatur num. 29.*

18 Cœlum *eius, cuius eſt ſolum.*

19 Condicionem *ſuam unicuique meliorem facere licet, etſi per accidens alius inde damnum patiatur.*

26 Foren-

26 Forenses *ab ingressu territorij arceripossunt, semel tamen recepti non sunt expellendi:*
30 Quilibet *ad suam vtilitatem, non ad iniuriam alterius ædificare præsumitur.*
31 Ædificiorum *adiectio venit accessorie ad municipium.*
32 *Quod iuris est* in principali, *idem debet esse in adiuncto, & n.33. Refellitur n.90. & 91.*
34 Membra *non debent discrepare à capite.*
35 Locus *capitis attendi debet.*
36 Vniuersitati *multa cedunt, quæ alias non veniunt.*
37 Ius [illegible]d vniuersum, *quod potest recipere augmentum & diminutionem, comprehendit futura; Eneruatur hoc dubium num. 92. & 93.*
38 Iurisdictio *in Castro illo aucto, extenditur ad augmentum.*
39 Castrum *vel* Villa *si adijciatur Ciuitati, debet regi secundum consuetudines Ciuitatis.*
40 Pacto *stante, vt quis molat, vel panem coquat in furno pro concedente & ipsius tota familia, quæ postmodũ aucta, quid iurũ? & n. 41.42. contrarium statuunt alij sub n.43. relati.*
44 Explicatio *l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb.*
45 Romæ *quid fieri dicitur non tam quod intra muros, sed etiam extra, intra continentia, fieri solet; & num.46.*
47 Continentia *vrbis quæ dicantur? & n.48.*
49 Ciuitatis *appellatione in materia iurisdictionali quid comprehendatur? & n.50.51.*
52 Castri *nomine quid veniat? & n.53.*
54 Suburbia *& ædificia pomario proxime adiacentia pro parte ciuitatis habentur, & in eiusdem juribus participant; Ratio num.55. Refutatur num.94.95.*
56 Populum *per vnum regi melius est, quam per plures; & num.57.58.59.*
60 Vtilitate publica *subsistente lata interpretatio facienda est; & num.61.62.*
63 Solum *controuersum iurisdictioni loci illius adplicatur, cui magis adiacet; Refellitur num. 96.97.98.*
64 Paria *sunt, tale quid initio esse, vel ex post facto tale fieri; limitatur & restringitur num. 100. 101.102.*
65 Territoria limitata *quæ dicantur?*
66 Iurisdictio *limitata extra suos limites extendi, & augmentum recipere nequit: & num.89.*
67 Extensio *fieri non dicitur contra expressam dispositionem; & num.68.*
69 In iurisdictione *omni principium, non finis, attenditur.*
70 Territorium *habens intelligitur habere vniuersalem jurisdictionem.*
71 Ordinaria & vniuersalis Iurisdictio *sine Territorio esse nequit.*
72 Pacta *ita interpretanda sunt, vt minus à jure deuient; nec de re ad rem, nec de persona ad personam extendi debent n.73.74.*
75 Dispositio *restringitur ad statum, qui erat tempore contractus.*
76 Verba *quantumuis generalia referuntur ad ea, quæ sunt tempore contractus, non autem ad id, quod postea excreuit; & num.77.*
78 Promissio *quælibet intelligitur, Rebus sic stantibus, nec trahitur ad augmentum, quod superuenit. num.79.*
80 Territorio *cedit quoad Iurisdictionem, quicquid intra confines eius est: & num.81.*
82 Iurisdictionum *limites & fines diligenter custodiendi sunt.*
83 Transactiones *sunt strictissimi iuris.*
84 Inclusio *vnius est alterius exclusio.*
85 Iurisdictio *per incrementum euidens non augetur: Eliditur hæc obiectio num.94.95.*
86 Vsusfructus & Iurisdictio *per alluvionem augetur; & n.87.*
88 Concessio *facta ratione certæ rei non porrigitur ad alias res, quæ oculo distinguuntur.*
99 Brocardica *iuris practicum sensum non satis illuminant.*
103 Ciuitas *funditus deleta non retinet primæua jura & priuilegia: Respondetur ad hoc motiuum num.119.120.121.*
104 Vsufructu *concesso, finitur vsusfructus destructis ædibus, nec cõseruatur in solo vel areâ.*
105 Ius accrescendi *in iurisdictione locũ habet; vide tamen num.122.*
106 Iurisdictio *cohæret territorio; & numer.108. 109. & 110.*
107 Territorium *quid?*
111 Concesso territorio *venit Iurisdictio; & numer.112.*
113 Totum *dicitur de suo districtu & territorio.*
114 Vniuersitatis *ius & nomen potest in vno conseruari & num.115.*
116 Cardinalis *vnus remanens de collegio Papam eligit.*
117 Castro *ab hostibus, tyranno &c. subuerso, vel alio casu fortuito destructo, iura antiqua remanent.*
118 Ciuitas destructa *recuperat feuda, si fuerit reædificata.*

FACTI SPECIES.

EIn Fürst oder Graff A. vnderstehet einen andern ohngemittelten Stand B. in seinen mit der Niedergerichtbarkeit zustehenden Dorff in: vnnd ausserhalb Etters allerhand Vbergriff vnd Eintrag zuzufügen/ dahero erfolgt/ daß der Stand B. solcher Gestalt mit dem Fürsten oder Graffen vertragen/ daß Er L. die Obrigkeit innerhalb/ Aber A. ausserhalb Dorff Etters haben vnnd behalten soll/ Nun mehren vnnd häuffen sich die Leute in B. Dorff/ daß es nöthig mehr Hoffstädt vnd Häuser zu bawen/ vnd also den Etter oder das pomœrium zu proferiren vnd zu erweitern/ Quæritur, ob es der Ausseretterlicher Herr nicht wehren könne? oder ob sie noch in B. Etter vnd Obrigkeit gebawet heissen soll? Vnd den Fall vmbzukehren/ wie man L. Volck: vnd Häuserreich Dorff nun biß auff 2. 3. 4. Häuser verbrennte oder anderer Vnfall halben abgienge/ vnd man könte es

Armuth

Armuth vnd Vnvermögens halben nicht mehr auffbawen/ſondern es würden letztens die Hoffſtädt/ Aecker vnd Wieſen / Quæritur, Ob B. voriger Aetter jetz eingezogen heiſſen / vnd ſeyn müſſe/biß an die obgedachte nur 2.3.4. Häuſer? oder ob jetz auß den abgangenen Hoffſtätten newgemachte Aecker vnd Wieſen dannoch ein wie den andern Weg zu B. Dorff Aetter liegen heiſſen ſollen oder nicht?

SVFFRAGANTE IEHOVA.

QVÆSTIO PRIMA.

SI Princeps vel Comes A. in tranſactione cum alio Immediato Imperij ſtatu B. convenerit, ut B. intra pomœrium alicuius pagi, A. vero extra idem Iuriſdictionem habere & exercere debeat; Et vero dictus pagus ita perſonarum multitudine increverit, ut plurimorum ædificiorum exſtructione pomœrium augere & extendere ſit neceſſe. An A. hoc prohibere poſſit, quæſtionis eſt?

RATIONES DVBITANDI.

1 PRima fronte videbatur dicendum, ædificantes prohiberi poſſe. Cum ſtatuta de non ædificando, niſi cum conſenſu vel licentia Principis, qui ibidem altam habet juſtitiam de jure valere, non obſcure innuat Chaſſanæus *in conſuet. Burgund. rub. 13. des Foreſtz paſturages. §. 9. & fin. in pr.* Quod & apud Hiſpanos eſt *l. 7. tit. 7. lib. 4. Ordinationum & l. 47. Tauri in fin. & in Pragmatica 70. in antiquis.* Duennas *in reg. 32. fallent. 7.* Matth. de Affli ct. *deciſ. 388. n. 1.*

2 Hinc ſtatuta de non ædificando niſi ad certum modum vel formam ſubſiſtere aſſerit Gail. *lib. 2. obſ. 69. n. 16.* Cuius rei veſtigium extat *in l. 1. C. de ædific. privat. lib. 8. tit. 11.* Petr. Gregor. *de*
3 *Repub. lib. 2. c. 10. princ.* Et ſtatutum prohibens elevationem ædificii, ſi illud luminibus vicini officiat, ligare forenſem poſt Bart. & Cœpoll. voluit Iohann. Vincent. Honded. *conſi. 10. n. 14. vol. 2.* Anton. de Padilla *in l. altius n. 9. & 10. C. de ſervit.* Matth. Coler. *de proceſſib. Execut. part. 2. cap. 3. n. 22. circa med.* Natta *conſil. 389. n. 6.* ubi rationem
4 adducit Ioan. Petr. Surd. *deciſ. 168. n. 7.* Vnde etiam ædificandi conſuetudinem in loco omni juris diſpoſitioni prævalere poſt Cœpoll. *de feneſtris n. 4.* Franciſc. Marcum *deciſ. Delphin. 620. n. 21.* Caſtrenſ. *conſi. 331. vol. 2.* aperte ſcripſit Franciſc. Burſatus *conſi. 111. n. 17.* Quo etiam inclinat Maſcard. *de probat. concl. 620. n. 21.* Cũ itaque ad A. extra pomœrium & ſepta dicti vici ſpectet Iuriſdictio ſequitur, quod ſine cõſenſu & licẽtia in ſuo territorio ædificantes legitime prohibere poſſit, maxime, cũ & A. obtendere queat
5 ſolum ſuum eſſe; ex quo meum dicitur, quod non tantum jure proprietatis & dominii, meum eſt, ſed etiam juriſdictionis & territorii reſpectu Bald. *conſi. 188. nu. 2. col. 2.* Caſſanæ *in conſuet. Burg. rub. 1. §. 4. verb. En haulte iuſtice. 4. ubi tradit*, quod ratione juriſdictionis quis poſſit dicere terram eſſe ſuam. Hinc & Nattà *conſi. 636. n. 102.* dixit, quod qui in ſolo juriſdictionali ali-
6 cuius domum ædificat, illius ſubditus efficiatur quod ſequitur Franciſc. Viv. *deciſ. 306. numero 13.*

Accedit Secundo, quod ſicut domino invito alius Vaſallus obtrudi non poteſt Menoch. *conſ.*
7 *1. n. 134.* Cephal. *conſi. 18. n. 24.* Ita nec Domino territorii reluctanti ſubditus veniat obtrudendus Andr. Rauchbar. *part. 2. quæſt. pr. quæſt. 22. n. 22.* Quo etiam fit, ut Dominus juriſdictionis
8 poſſit forenſibus ingreſſum in ſuum territorium prohibere Ruin. *conſil. 28. num. 15. volum. 1.* Stephan. Bertrand. *conſil. 61. num. 4. & ſeq. volum. 1.*

Tertio vniverſitas vel congregatio alicuius Caſtri Ciuitatis, villæ, &c. non gaudet priuilegio
9 ciuitatis, villæ &c. niſi approbetur à ſuperiore Innocent. *in c. ab Eccleſiarum. num. 2. de offic. ordin.* Quemadmodum nec Ciuitas abſque Epiſcopo
10 conſtitui poteſt, ſecundum doctrinam Baldi *in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur.* vnde & moribus receptũ teſtatur Nicol. Loſæus *de iure vniverſitat.*
11 *part. 1. c. 2. num. 10. circa fin.* vt dignitas Epiſcopalis, quæ eſt in loco, faciat ciuitatem, Et ita videtur ſentire (ſubijcit idem Loſæus) Fridericus Imperator in Conſtitutione illa de pace Conſtantiæ Franc. Marcus *deciſ. 366. nu. 26. p. 1.* Caſtrens. *in l. 1. nu. 3. ff. quod cuiuſque vniverſit. nom.* Petr. Gregor. *de iur. arte cap. 9. n. 4.*

Et à iure ciuili reprobatur collectio ædificio-
12 rũ, quæ tendit ad æmulationẽ alterius & materiã ſeditionis præbet *l. opus. 6. pr. ff. de oper. lib. public. Piſanis. extr. de reſtit. ſpoliat. cũ ibi notat.* Bart. *in l. ex hoc iure num. 7. ff. de iuſtit. & iur.* Fulu. Pacianus *conſil. 2. n. 9.*

Dicendum igitur rurſus, ſi A. in ſuo territorio hanc domorum ædificationem extra pomœrium B. approbare & cõfirmare nõ velit, aduertens, ad ſui ſuorumque ſubditorum iniuriam & damnũ vergere, quod eam dejcere, & Interdictis aliiſque legitimis remediis ſibi proſpicere & ædificantes impedire queat, vt ita vnius corruptio ſit alterius generatio.

RATIONES DECIDENDI.

VErum premiſſis non obſtantibus, in contrariam opinionem, vbi melioribus iuris rationibus fulcitam inclinare tutius fuerit. Quamuis
13 enim Princeps quoad Iuriſdictionem habeat intentionem fundatam in ſuo territorio, non tamen cenſetur habere dominium rerum particularium Socin. Iun. *conſil. 139. numer. 3. vol. 3.* Crauetta *conſil. 377. num. 1.* Roland. à Valle. *conſil. 46. num. 34. & 65. volum. 3.* Guid. Pancirolus. *conſil. 195. num. 40.* Marc. Anton. Peregrin. *conſil. 16. n. 4. 5. & 6. vol. 1.* Petr. Anton. de Petra *tract. de fideicommiſſ. q. 13. num. 446. 528. ad fin. cum ſeq. & n. 534.*

Vnde conſequitur, Cum penes priuatos dominium rerum particularium remaneat, quod in ædificando extra pomœrium dicti vici prohiberi non poſſint. Ex quo habent Intentionem fundatam & regulam iuris pro ſe, Quod vnicui-
14 que liberum eſt in ſuo facere, quidquid velit *l. Imperatores l. cum eo ff. de ſeruit. vrban. prad.*

Et cum

15 Et cum ædificia sint juris gentium *d. l. Ex hoc iure ff. de iust. & iur.* potest ea quilibet extruere etiam per impossibile, sed demonstrandæ facultatis gratia, vt Dd. loquuntur, ad cœlũ vs-
16 que; Cum eius sit cœlum cuius est solum *vulg. l. altius. C. de seruit* Iason. *in d. l. ex hoc iure.* In terminis Crauetta. *consil. consil. 94. numero secundo.* Chassanæ. *d. rubr. des forestz. §. 9. & fin. pr.* Cœpol. *de seruit. vrban. præd. c. 39. numero primo.* Duennas *leg. 32.* Hieronym. Gigas *de crimine læsæ Maiest. libro primo. rubr. 1. quæst. 46. num. 2.* Franc Vivius *decis. 493. num. 1.* Iacob. Philip. Portius *consil. 17. numero primo.* Menoch. *consil. 165. nu. 1.* Modestin. Pistoris *consil. 14. num. 5. vol. quinto.*
17 etiamsi ex tali ædificatione alteri noceatur, dũmodo non faciat animo principaliter nocendi text. *in l. Proculus. l. fluminum. 24. §. fin. ff. de damn. infect. l. quo minus. ff. de flumin. l. quæro. 18. ff. de jur. patron. l. medicus 26. ff. de oper. libert.* Crauetta. *d. consil. 94. num. 2.* Roland. à Valle. *consil. 22. num. 2. volum. 2.* Wesembec. *consil. 67. numer. 20. & consil. 12. num. 59.* Iohan. Vincent. Hondæd. *consil. 80. num. 14. vol. 1.* Petr. Anton. de Petra *tract. de potest Principis c. 32. q. 5. num. 57. fol. mihi*
18 *507.* Charitas enim ordinata incipit à se ipsa Dd.
19 *in l. præses. C. de seruit.* Et licet vnicuique sibi vigilare & condicionem suam meliorem facere, etiamsi per accidens alius inde damnum patiatur *l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit. l. si in meo. ff. de aq. pluv. arcend.*

CONFVTATIO RATIONVM DVBITANDI.

SVpereſt ad contraria respondere, quibus sublatis res ipsa clarissima fiet.

Et quoad primum aduertendum, Dd. allegatos loqui in aliis & longe diuersis terminis, vide-
20 licet quando noua Castra & fortalitia ad injuriam alicuius construuntur. Quamuis enim regulariter Castrum vel fortalitium ædificare licitum sit *d. l. ex hoc iure. d. l. per prouincias 10. C. de ædif. priuat.* Wesembec. *consil. 67. numer. 28.* Petr. Anton. de Petra. *d. tract. de Principe c. 15. numer.*
21 19. Ad æmulationem tamen alterius sine licentia Superioris extruere non licet text. *in d. l. opus 6. ff. de oper. publ.* Roman. *consil. 52. in fin. post.* gl. Bart. Innoc. Angel. Chassaneus *d. loc.* Hieronym. Gigas. *de crimin. læs. maiestat. libro primo quæst. 46.* Bertrand. *consil. 148. numero primo. & secundo. vol. 7.* Roland. à Valle. *consil. 84. num. 22. vol. 2.* Faciunt notata per Gailium *lib. secundo. obseruat. 69. num. 18.* Renat. Choppinus *de legib. Andium*
22 *cap. 63. num. 7. in fin.* Similiter in fundis limitrophis talia castra ædificare vetitum est text. *in l. quicunque Castellorum 2. C. de fund. limitroph. vbi gl.* Eadem ratio est, si sententia aliqua muri dis-
23 iecti essent text. *in l. loca sacra. §. muros. ff. de rer. diuis.* Iohan. Faber. *in l. seruus. C. de pœn.* Aut si consuetudo (qualis est in Gallia) vel constitutio (qualis est in Hispania, *per supra dd.*) esset cõtraria.

24 Tunc enim, quin Domini omnimodam Iurisdictionem habentes, ne subditi fortalitia faciant, prohibere possint hæ sitationem non patitur. Et si verum fateri volumus, nihil hæc ad Casus nostri decisionem faciunt, quo non munita Castra, sed minutæ casæ, vti præsupponitur, pomærio adpositæ sunt, Quod iure gentium etiam sine superioris permissu permissum est *d. l. ex hoc iure gl. in l. 1. in verb. aliorum. ff. quod cuiusque vniuersit. nom.*

Secunda quoque dubitandi ratio nihil stringit, præsuppositio tamen, quod ad ædificare volentes prædia in territorio confinante iure proprietatis spectent. Initio quidem Dominus Iurisdictionis subditis propriis istorum prædiorum alienationem in forenses inhibere poterat. Verum si sint in ipsos forenses ante inhibitionem alienando translata, jure facultatis in jis ædificare possunt. Ita forenses, quamuis ab in-26 gressu territorii arceri possint, tamen vbi semel sint recepti, non licite rursum expellentur, sicut Bald. Brun. & aliorum authoritate firmat Ioan. Petr. Surd. *consil. 174. num. 10. & seq.* Turpius enim ejicitur, quam non admittitur hospes Surd *d. loc. num. 13.*

Nec quicquam negocii faceſſit tertia Ratio 27 Dubitandi. Siquidem communiori calculo & frequentioribus Interpp. Súffragiis quasi per manus traditum est, Quod, quemadmodum Principis auctoritas & confirmatio in congregatione hominum & Collectione ædificiorum ad hoc, vt illa collectio sit Ciuitas, Castrum Villa &c. non est necessaria Bart. *in l. fin. num. 5. ff. de Collegiis & in l. 2. nu. fin. ff. de V. S.* (vbi dicit, quod homines possunt Ciuitatem propria authoritate sibi ipsis constituere, sine Superioris licentia) late & eleganter Flamin. de Rubeis *consil. 65. n. 50. & multis seqq.* Petr. Gregorius *de iuris arte cap. 9. num. 4.* Ita nec Episcopalis dignitas ad essen-28 tiam Ciuitatis Constituendæ requiratur. Cum Ciuitates possint esse absque Episcopo, quemadmodum etiam ante creationemm Episcopatus Ciuitates fuerunt. Iason. *in l. hæres. §. vicis. nu. 4. & 5.* (vbi hoc ita videlicet, quod ciuitas non sit absque Episcopo, non reperiri apud Vltramontanos, maxime Teutonicos testatur) Flamin. de Rubeis *d. consil. 65. num. 49. volum. 2.* vbi & alios adducit Hieronym. de Monte *tract. finium regund. c. 5. num. 2. & 5.* Nicol. Losæus *d. tract. de jure Vniuersitat. part. 1. c. 2. num. 16.* Anton. Piagg. *de tutor. & Curat. quæst. 9. num. 5.* Petr. Gregorius *de Repub. lib. 2. c. 1 num. 6.* Quo etiam collimare videtur Carolus Sigonius *lib. 10. Histor. de Regno Italiæ*, vbi vrbes vocat Christiana consuetudine, quæ erant proprio Episcopo ornatæ.

Illud in dubium est, si talis Collectio ædifici-29 orum tenderet ad incommodandum alteri, eam à iure omnino reprobari *d. l. opus. sexto. d. l. per prouincias.* Sed cum hoc non præsumatur Petr. Barbosa *in l. secunda. pr. p. 2. numero quadragesimo primo. ff. solut. matrim. fol. 388.* Cum quilibet ad 30 suam vtilitatem non ad iniuriam alterius ædificare censeatur Cœpol. *d. tr. cap. trigesimo nono. numero tertio.* Chassanæus *d. tit. des forestz. &c. §. fin. numero primo & secundo.* Boer. *decis. 320. num. octauo.* Mascard. *de probat. conclus. 620. & con-*

ſil. 34. num. 21. Gail. *2. obſerv. 69. num. 30.* Anton. de Padilla *in l. Altius nu. vigeſimo ſecundo. C. de ſeruit. & aqua.* Fuluius Pacian. *d. conſil. ſecundo. numero. 57. & ſeq.* Iohan. Vincent. Hondedæus *conſil. 80. numero trigeſimo quarto. vol. primo.* Iohan. Petr. Surdus *conſil. vigeſimo ſeptimo. numero primo.* vtique primi puncti Sole meridiano clarior eluceſcit reſolutio Ædificantes ſcilicet extra pomœrium ab A. prohiberi non poſſe.

SECUNDA QUÆSTIO

POrro poſito, quod ædificiorum conſtitutionem extra pomœrium A. prohibere nequeat; Quæritur, in cuius diſtrictum, territorium & juriſdictionem hæc ædificiorum Collectio tranſeat?

RATIONES DVBITANDI.

ET hanc illi cedere, qui Iuriſdictionem intra pomœrium dicti vici exercet, & conſequenter adipſum B. pertinere, ſequentia euincere videntur.

31 Cum enim hæc ædificiorum adiectio veniat accefſorie ad ipſum Municipium *l. prædiis 91. §. balneas. quarto. & ſeq. ff. de legat. 3. l. Seiæ 20. §.*
32 *Tyrannæ. 7. ff. de inſtruct. uel. inſtrum. leg.* Et vero, quod iuris eſt in principali; idem debeat eſſe in eius adiuncto *l. Inſulæ Italiæ. ff. de iudic. cum. ſimilib. vulgatiſſ.* Menoch. *remedio quinto. retinend. poſſeſſ. num. 129. & tract. de præſumpt. libro quarto. quæſt. 90. numero trigeſimo ſeptimo.* (vbi refert ex Bartolo, quod acceſſorium cum ſuo principali dicitur, quidem eſſe indiuiduum)
33 Omnino dicendum videtur, additamenta hæc ratione connexitatis & vnionis cedere principali ſuo *d. §. balneas. & ſeq.* Et juriſdictionem cohærentem dicto pomœrio extendi debere ad appendices domorum adiacentes, dependentes, & tanquam acceſſorie ad ipſum po-
34 mœrium venientes. Cum membra non debeant diſcrepare à capite *c. cum non liceat. extr. de præſcript.* & debeat attendi locus capitis *l. cum in*
35 *diuerſis. 44. ff. de relig. & ſumptib. funer.* Crauetta *tract. de antiq. temp. part. 1. §. quarto limita numer. 80.* Ludolph. Schraderus. *de feud. part. 10. ſect. 5. num. 224.*

De quo pro Secundo tanto minus in præſen-
36 ti hypotheſi dubitandum. Ex quo Vniuerſitati non pauca cedunt quæ alias non veniunt *l. in modicis. ff. de contrab. empt. l. quædam. ff. de acq.*
37 *rer. domin.* Crauetta, *conſil. 377. n. 9.* Ac ius aliquod vniuerſum, quod poteſt recipere augmentum & deminutionem, comprehendere futura, vti poſt Decianum *conſil. 22. numero vigeſimo quinto. & ſeq. vol. primo.* reſpondit Bartholom. Bertazzol. *conſil. 72. num. 10. & 11. in ciuilib.* quod in conceſſione territorij ita exemplificat Tiber. Decian. *conſil. 123. numero trigeſimo quarto. & ſeqq. & num. 89. verſic. Poſtremo dico. volum. tertio.* In puncto Menoch. *conſil. 201. num. 146.* (vbi poſt Angel. Iaſon. & Brunum decidit,
38 Quod ſi princeps conceſſit Iuriſdictionem in caſtro, & illud deinde augeatur, Iuriſdictionem etiam extendi ad augmentum &c.) Fabius de Anna *conſil. 61. numero vigeſimo quarto.* Hieronym. à Monte *tract. definib. regund. cap. tertio. in fin.* (Quo loci vult, ſi caſtrum aut villa adijciatur Ciuitati vel Comitatui acceſſorie, tunc de- 39
beri regi ſecundum conſuetudines Ciuitatis & Comitatus, cui adijcitur, Quod pluribus exornat Petr. Gregorius *de Repub. libro ſecundo. cap. quarto.* Cæſar. Contard. *in l. vnic. C. ſi à moment. poſſeſſ. appell. limit. 3. num. 19. & ſeqq.* Et adpoſite huc facit, quod ſi matt. Iohan. Petr. Surdus *con-* 40
ſil. vigeſimo ſeptimo. poſt Alberic. dicens; Quod ſi quis cum Abbate & Capitulo conueniat, quod molendinum Eccleſiæ teneatur molere ſibi & familiæ pro certa annua penſione, Quamuis creſcat familia in tantum, vt vnuſquiſque filius de per ſe tantam habeat familiam, quantam tunc habebat pater, tenebitur Monaſterium ſeruare conuentionem, nec augenda erit penſio.

Ex quo enim obligatio fuit ſimplex conce- 41
pta ſub nomine collectiuo, non variatur obligatio, licet creſcat vel diminuatur numerus ſub tali nomine comprehenſorum, In quam ſententiam etiam condeſcendunt Nicol. Boer. *deciſ. 213. numero nono. & ſeqq.* Vincent. Carociur. *de locat. & conduct. tit. de flumin. numero primo & ſecundo.* Schrader. *ad §. 8. num. 49. & 51. 52. Inſtit. de rer. diuiſ.* Ioan. Koppen. *deciſ. 17. numero tertio. & 13. & deciſ. 19. & 20.*

Quia hac ratione obligaretur molitor in in- 42
finitũ, & nõ ſit veriſimile, quod ita obligari voluerit *arg. l. ſi libertus. ff. de oper. libert.* Quoi ũ ta- 43
men traditioni contrauenire videntur Teſſaur. *deciſ. 226. n. 2.* Cœpolla *tractat. de ſeruit. vrban. prædior. lib. 1. cap. 50. n. 11. vſque ad n. 20.* Roſenthal. *defend. c. 9. concluſ. 51. in gl. b.* Stephan. Gratian. *deciſ. 87. n. 10.* Ioan. Bapt. Coſta *tract. de facti. ſcient. & ignor. inſpect. 26. num. 7.* Quorũ ſententiã communẽ & in conſcientia tutiorẽ eſſe arbitratur poſt Iaſon. & Angelum Ioan. Heringius *tractat. de Molendinis. quæſt. 20. num. 15.*

Inſuper & pro tertio adduci poteſt text. *in l.* 44
1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. Vrb. vbi verba: *vrbem noſtram fidei tuæ committimus*; Dd. ita interpretantur, vt ſiquid intra centeſimum miliariũ admiſſũ ſit, pertineat ad præfecturã. Quam Iuriſdictionẽ vocant quidam in Gallia. *la ban lieue* Budæus *ad l. 7. ff. de offic. Proconſ.* Ergo Iuriſdictio conceſſa in Municipio B. nedũ intra ſed & extra pomœrium competit. Sic etiam Romæ quid 45
fieri dicitur, non tã quod intra muros, ſed etiam extra intra continentia fieri ſolet *l. 2. l. 87. l. ædificia 139. l. 154. l. 173. l. 199. l. 239. & vbique Dd. ff. de V. S. l. 1. § apud Labeonẽ. ff. de aqu. pluv. arc.* Inde qui legat omnẽ penũ, quã Romæ habet, non 46
tantum debetur, quam habet intra muros, ſed & in horreis, villis, ædificiis, continentibus, itemque hortis *l. 4. §. ſi ita. ff. de penu legat. l. cuique. ff. de leg. tertia.* Quæ vero continentia vrbis aut Pagi dicantur, ex communi inprimis vſu 47
loquendi arbitrari debet Iudex *l. vt Alphenus octuageſima ſeptima. ibi. ex conſuetudine cottidiana poſſe intelligi. ff. de V. S.* Menoch. *de A. I. Q. cent. 2. caſ. 155. ad finem.* Quod item aliquando

largius

48 largius sumatur, præsertim si tractetur de muneribus subeundis & iurisdictione exercenda, sub eiusque appellatione contineantur casalia, vicus, territorium districtus & habitatores eorundem probat *l. mediterranea & C. de annon. & tribut. lib. 10. l. qui ex vico ff. ad municipal. & l. fin. ff. de*
49 *iurisdict. omn. iudic.* Quin & Ciuitatis denominatione comprehenditur potius? & illi adiacens mare, vt docet gl. *in c. vbi periculum? porro verfic. cum sua Curia. de elect. in 6.* Hieron. de Monte *tract. de finib. regund. c. 3. num. 6.*

50 Et quidem Ciuitatis vel Castri appellatione significatur etiam territorium illius in quantum est vna eademque Iurisdictio territorii & Ciuitatis Bald. *consil. 327. num. 10. in fin. & num. seq.*
51 *lib. 1.* Idcoque ibi concludit vendita Ciuitate venire etiam comitatum. Et quod in dubio Ciuitatis, & ita quoque Pagi appellatione veniat etiam territorium naturali ratione, quia accedit & quia in vniuersalibus fit larga interpretatio. Idē consuluit Baldus *consil. 357. num. 1. verfic. si vero est dubium lib. 5.* ibique dicit, hanc communem opinionem esse, nisi constet de mente, aut si verba essent taxatiua vel restrictiua.

52 Sicut Ciuitatis, ita etiam nomine Castri venit districtus Cardinal. Thusc. *in lit. C. conclus. 110.* Sic quoque iurisdictio concessa in Ciuitate complectitur etiam vicos ac integrum Comitatum, quia ea vt partis Ciuitatis iudicantur *d. l.*
53 *qui ex vico. ff. ad municipal.* Quo etiam respectu Boerius *decis. 13. num. 26. & 49. vult*, ciues dici in Castris & Villis Ciuitati subiectis natos & habitantes: vicos itidem regi ac moderari statutis, legibusque Ciuitatis, cui subsunt, scripsit Iason. *in §. rursus. num. 42. Instit. de act.* glos. *in l. ex ea ff. de postuland.* Quam communiter receptam testatur Socin. Senior. *consil. 7. col. 1. & consil. 74. lib. 1.* Dec. *consil. 389. num. 7.*

54 Ex quibus omnibus & singulis adparet, suburbia & continentia ædificia, quæ sub fines pomærij sunt, vel proxime vrbi adiacent, haberi pro parte Ciuitatis & in eiusdem iuribus participare.

Id quod tanto confidentius in subiecto the-
55 mate adstrui potest, Quia versamur nō in odiosis, sed fauorabilibus. Fauorabile siquidem est, vt ædificantes in confinio pomærij eiusdem sunt iurisdictionis & eodē iure vtuntur, ac eius municipij sint incolæ, ad cuius fines confederunt inhabitandi causa; Ne iuris consensu & vtilitatis communione sociati ob Iurisdictionum diuersitatem & confusionem peruersa animorum alienatione ab inuicem distrahantur.

56 Et melius est per vnum populum coadunatū regi, quam per plures Roland. à Valle *consil. 10. num. 2. volum 3.* Tiraquell. *de iure primogen. qu. 1. num. 40.* Gail. *lib. 2. pract. obseruat. 153. num. 5.*
57 Cum quotidiana doceat Experientia, quod cōtentiones ex communi etiam inter priuatos homines exoriantur, & vere multò magis inter Principes plures, qui in communione sunt, qui multoties in bella grauissima exeunt. Vnde prouinciis earum subditis & incolis irrecuperabilia damna sæpenumero accidunt text. *in l. cum pater, §. dulcissimis. ff. de legat. 2. & in l. in re commu-*
ni. versic. propter immensas contentiones & in l. sancimus. §. ne à communione C. de donat. quod eleganter hoc carmine expressit Lucan. *lib. 1.* 58

Nulla fides regni sociis omnisque potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus vllis
Credite, nec longe fatorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Quo pertinet illud Statij *lib. 1. Thebaidos.*

Ambitus impatiens & summo dulcius vnum.
Stare loco, Sociisque Comes discordia regnis.

In quam rem etiam est illud Ouidii *lib. 2. de arte amandi.*

Non bene cum sociis regna Venusque manent.

Et illud Ennij *in Tragad.* à Tullio *libro primo offic. relatum.*

Nulla sancta societas nec fides regni est.

Hinc etiam eadem diœcesis Episcopos plures 59
non sustinet *c. quoniam in pleriisque de offic. Ordin.*
Qua vtilitate publica subsistente, lata interpre- 60
tatio capienda est Socin. Iun. *consil. 51. num. 5. vo-* 61
lum. 2. Cum ex causa publicæ vtilitatis etiam cōtra juris regulas multa inducantur Iohan. Petr. Surdus *consil. 210. num. 29. & seq. & numer. 38.* Petr. Anton. de Petra *d. tract. de Princip. potest. cap. 32. quæst. 4. num. 29.* vtpote quæ etiam dicatur 62
iusta causa lædendi & auferendi ius tertij Idem Petra *d. c. 32. q. 4. n. 5.* Ad hæc & pro Quarto B. causam meliorem iure communi esse, textu declaratur *in c. cum olim. vbi* Bald. *de præscript.* vbi territorio Iurisdictioniue loci illius solum con- 63
trouersum adplicatur, ad quem magis adiacet Hieronym. à Monte *tract. de fin. regund. c. 30. in fin. & c. 83. n. 2.* Capyc. *decis. 42.* Denique & pro Quinto, Paria habentur, tale quid initio esse, vel 64
ex post facto tale fieri *l. 1. §. 1. ff. de condic. & demonstr. l. si mulier. ff. solut matrim.* post Signorol. Crauetta *consil. 478 num. 7. & consil. 921. num. 2.* Cæterum si initio, ex quo Transactio inter A. & B. interuenit vicus fuisset ea amplitudine quoad præsens, procul dubio prouisum fuisset, vt iurisdictio ipsi B. in solidum ibidem competeret. Ergo prouideri in præsens oportet, perinde quasi nunc primum venisset tempus prospiciendi.

RATIONES DECIDENDI

VErum prædictis non obstantibus citra affectatum partium studium contrarium de iure verius arbitror Ad cuius maiorem euidentiā 65
permittendum est; Quod agri & territoria limitata dicuntur, quando non solum finibus, sed & mensura sunt taxata: alias secus si sunt simpliciter terminata *per l. in agris. ff. de acquir. rer. domin.* Petr. Anton. de Petra *d. tract. de iure quæsit. Princip. non tollend. cap. 7. num. 37. in fin.* Eleganter Iohan. Baptista. Aymus *tract. de alluvion. iure libro primo cap. 17. num. 29. & seqq. per tot.*

Hoc præsuppositio, Cum territorium & Iu- 66
risdictio B. sub certa mensura & particula prædiorum in Transactione vt præsupponitur, adsignata & concessa sit, also/ daß derselb allein innerhalb Dorffsäcker die Obrigkeit haben vnd behalten soll/ &c. Consequens est, quod Iurisdictio
hæc limitata extra suos limites extendi & augmentum accedens, maxime, si possit separari,

præfixos dicti pomærij terminos quoad Iuriſdictionem augere nequaquã debeat, poſt Abb. Dec. Cardinal. Felin. Ludolphus Schraderus *tractat. de feudis part. 10. ſect. 11. num. 30.* Matthias Colerus *de proceſſ. Executor part. 4. c. 1. n. 164.* Bartholom. Bertazzol. *d. conſil. 72. numer. 2. in ciuilib.*

67 Nec enim extenſio fieri debet contra expreſſam diſpoſitionem Socin. Senior *conſil. 30. numero vigeſimo quarto. vol. 1.*

68 Nam A. in tranſactione extra pomærium expreſſe reſeruauit ſibi Iuriſdictionem. Ex quo ergo ſibi reſeruauit, non poteſt extra locum limitatum fieri prorogatio, id eſt, extenſio Iuriſdictionis ad locum ſibi reſeruatum Innoc. *in c. inter dilectos extr. de Exceſſ. prælat.* Alex. *in Apoſtill. ad Bartol. in l. 2. ff. de iudic.*

69 Et quia in omni Iuriſdictione attenditur initium non finis Chaſſanæus *in conſuet. Burgund. rubr. 9. §. 16. num. 19. & 20.* Ideo, cum Iuriſdictio B. principietur intra pomærium non debet extendi extra pomærium ad ædificia ex poſt facto adiecta tanquam ad rem exiſtentem finaliter de territorio alterius. Cum iſtud eſſet in præiudicium A. & iuriſdictio B. limitata extenderetur extra ſuam intentionem, & in plus læderetur ius commune, quam ſuæ intentionis eſſet. De iure enim communi qui territorium habet, intelli-

70 gitur etiam habere Iuriſdictionem vniuerſalem, vt poſt Bart. & Brunum notat Petr. Anton. de Petra *d. c. 18. num. 35. fol. mihi 247.* Iohan. Bapt. Aymus *d. tract. de alluuion. iure lib. 2. c. 6. num 45.*

71 qui & *num. 12. & 46.* contendit Ordinariam & vniuerſalem iuriſdictionem ſine territorio eſſe non poſſe poſt Bartol. *in l. 2. §. fin. nu. 7 ff. de oper. legat.* Bald. *in auth. Habita num. 48. C. ne filius pro patre. & in l. à procuratore num. 2. C. mandat.* Alexand. *conſil. 35. num. 19. volum. 4.* ibidem præſertim Bald. & Alexand. ſtatuentes, Quod territorium ſit de eſſe vniuerſalis iuriſdictionis, non tamen de eſſe Ordinariæ Iuriſdictionis certarum perſonarum. Quare talis prorogatio non valeret Bald. *in l. 2. §. nunquid Ciuitas C. de oper. legat.*

72 Quo facit quod pacta ita ſint interpretanda, vt minus à iure communi deuient Schrader. *d. tract de feud. part. 6. cap. 3. num. 25. & part. 7. c. 6. nu. 13.*

73 *& p. 6. c. 5. num. 40.* Nec de re ad rem, nec de perſona ad perſonam extendi debeant *l. 52. §. fin. ff. de pact. cum ſimilib.* Schrad. *d. tract. part. 9. ſe-*

74 *cundæ partis princip. ſect. 11. num. 20.* Et certi iuris ſit, quod pactum extendi non poſſit ad ea, de quibus non cogitarunt partes, vel quæ non erant in controuerſia tempore pactionis iuxta *l. cum Aquiliana. §. fin. ff. de tranſact. l. ſi de certa. C. de tranſact.* Mynſing. *conſil. 37. num. 23.* Iohan.

75 Petr. Surdus: *conſil. 27. num. 5. & 6. vbi dicit,* regulariter diſpoſitionem reſtringi ad ſtatum, qui erat tempore contractus *l. ſi mandauero. §. 15. cuius*

76 *ff. mandat.* Et verba quantumuis generalia referri ad ea, quæ ſunt tempore contractus, non autem ad id, quod poſtea excreuit *l. Rutilia Polla. ff. de contrahend. empt.* Et de reſeruatione eſt text.

77 *in l. ſi lege. ff. eod.* vbi Expoſitio ſeu reſeruatio in contractu intelligitur ſecundum tempus contractus. Et ibi Abb. dicit rationem eſſe, Quia cogitare non videntur contrahentes de eo, quod non adpatet. Facit etiam generalis regu- 78
la, Quodquælibet promiſſio intelligatur cum clauſula, Rebus ſic ſe habentibus *l. quod Seruius. vbi Dd. ff. de cond. ob cauſ.* & quod non trahatur ad augmentum, quod ſuperuenit, videri 79
poterit Iaſon *in l. quo minus numero. 139. & ſeq. ff. de fluminib.* Hæc Surdus *d. loc.*

Deinde & pro Secundo explorati juris eſt, Quod territorio ipſi cedit quoad iuriſdictionem, quicquid intra confines eius eſt *l. prima. §.* 80
cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrban. l. pupillus. §. territorium. ff. de V. S. & ibi Dd. c. omnes Baſilicæ decimo ſexto quæſt. ſeptima. Nicol. Boetius *deciſ. 227. numero octauo.* Gail. *tract. de pignorat. obſ. octaua. numero ſeptimo.* Molinæus *in conſuetud. Pariſ. §. ſexageſimo octauo gl. 7. in verb. franc. aleu. numero qvinto. vbi plures allegat.* Petr. Antoñ. de Petra *de fideicommiſſ quæſt. 13. numero 421. & ſeqq.* Iohan. Bapt. Aymus *d. tract. de alluuion. jure libro ſecundo. capite ſexto. numero 10.* Etita reſponderunt Ludouic. Romanus *conſil. 444. numero ſeptimo.* Olrad. *conſil. 176. numero tertio. in fin.* Alexand. *conſil. 76. numero ſexto. volum. ſecundo.* Bartholom. Cœpolla *conſil. 17. numero vigeſimo quinto. volum. tertio* Roland. à Valle *conſil. quadrageſimo ſexto numero 51. volum. tertio.* Crauetta *conſil. 681. numero 11.* Cephal. *conſil. 458. numero quinquageſimo nono.* Menoch. *conſil. 437. numero octauo. & libro tertio. præſumpt. 100. numero primo.* Tiber. Decian. *conſil. quadrageſimo. num. 8. volum. quarto.* Natta *conſil. 636. num. 180.* Bartholom. Bertazzol. *conſil. ciuil. primo. numero ſexto.* Flamin. de Rubeis *conſil. ſexageſimo nono nu. 187. & conſil. nonageſimo ſecundo. numero vigeſimo ſecundo. & conſil. 72. numero ſecundo. volum ſecundo.* Weſembec. *conſil. 75. numero quarto.* Mynſing. *conſil. 16. numero trigeſimo quarto.* Nicol. Reuſnerus. *conſil. vigeſimo primo. numero ſexageſimo ſecundo. vol. primo.* Camill. Borellus *conſil. 70. num. 34. & ſeq.*

Itaque ſicut extra pomærium B. intra vero confines A. ædificia noua exſtructa ſunt; Ita & de territorio huius cenſentur. Admitti enim ſo- 81
let conſequentia: Intra confines A. eſt, Ergo territorij eiuſdem eſſe cenſetur Crauetta *conſil. 943 numero ſecundo & conſil. 377. num. 1.*

Quæ interpretatio hic potiſſimum capienda; Quia iuriſdictionum limites & fines diligenter 82
cuſtodiendi ſunt *d. l. 1. §. initio 4 ff. de offic. præfect. vrb. l. fin. ff. de Iuriſdict.* præſertim hoc caſu, quo per Tranſactionem in pomærio B. Iuriſdictio obuenit ab eo, qui vigore territorij vniuerſalem iuriſdictionem præſumitur habuiſſe vt ſupra attigi. Quapropter tanto minus extenſionem patitur, tum quod Tranſactiones ſunt ſtrictiſſimi 83
iuris *l. qui cum. §. primo. ff. de tranſact.* Iacob. Mandellus *conſil. primo numero. 11.* Crauetta. *conſil. 898. numer. 38.* Menoch. *conſil. 845. numero quadrageſimo quinto* Weſembec. *conſil. 15. num. 14. & conſil. 51. num. 57. & conſil. quinquageſimo ſecundo. numero quadrageſimo ſeptimo.* Erneſt Cothmann. *conſil. 11. num. 113.* Tum quod vnius incluſio eſt alterius excluſio *l. cum Prætor. ff.*

de judic

84 *de iudic. cum similib. vulg.* Tum denique, quod B. præter modo dictam cognitionem in certa particula tantum acceptatam, extra pomærium nullum ius sibi reseruauit, atque adeo omni iuri, quod habere potuit; per Transactionem renunciauit per notata *in l. si de certa, C. de transact.* Crauetta *consil.* 111. *num.* 4

Postremo & pro tertio stringens fundamentum hunc è ceteris dubitabilem articulum dissoluit; Quod scilicet per Incrementum cuidens (Secus per latens) non augetur Iurisdictio arg.
85 *text. in l. Item si fundi* 9. §. *Huic vicinus.* 4. *ff. de Vsu-*
86 *fruct.* Quo loci sicut vsumfructum augeri dicitur per alluvionis, ceu latens & vnitum, incrementum; quod de Insulis negatur: Item dicendum est in iurisdictione, quam per alluuionem augeri, pulchre Molinæus *in consuet. Paris. tit.* 1. §. 1. *gl.* 5. *in verb. le fief. num.* 99. *& multis seqq. vsq; ad fin. (in nouissim. edit. nu.* 116. *& seqq)* & omnium fusissime inde probat Iohan. Bapt. Aymus *d. tract. de alluuion. iure lib.* 2. *c.* 6. *per tot. &* post hunc Bartholom. Bertazzol. *d. consil.* 72. 7. 8. *& 9.* in ciuilib. & insinuat post alios Henr. Rosenthal. *de feud. c.* 10. *conclus.* 44. *num.* 34. Costa.
87 *de ratione Ratæ qvæst.* 11. *nu.* 10. Licitum enim est arguere ab vsufructu ad Iurisdictionem, prout arguunt Bartol. *in l. si egi* §. 1. *ff. de Public. & in l. iusto.* §. *non mutat. ff. de vsucap.* Bald. *in rubric. C. de vsufruct. num. primo.* quos retulit, Iohan. Bapt. Aymus. *d. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2.

Cum itaque hæc extrinseca ad dictum pomærium ædificiorum adiectio sit potens, non latens incrementum. Consequens est, quod nec ad hanc Iurisdictio B. extendi possit per ea, quæ post alios nervose discussit Aymus *d. cap.* 6. *per tot.* Quibus si aliquid adderetur, Solfacibus adiuuari videretur, quod superuacui impendij & laboris est Anacletus Pontifex scripsit *in c. si omnia. c.* 6. *q.* 1.

88 Quo facit, quod concessio facta ratione certæ rei non porrigitur ad alias res quæ oculo distinguuntur, vt in *l. si ita. ff. de aur. & arg. leg.* Quod pluribus illustrat Aymus *d. lib.* 2. *c.* 6. *& 7. per tot.*

89 Et non inconcinne huc accomodari potest quod limitationem Iurisdictionis non trahi ad incrementum, in similibus terminis firmarunt Mynsing. *obs.* 100. *cent.* 3. Stephan. Gratianus *decis.* 226. *num.* 17.

CONFVTATIO RATIONVM DVBITANDI.

QVibus ita fixis probeque stabilitis ad contraria & dubia Quæstionis huius breuiter respondendum, quæ supra obiecta fuerunt. Siquidem dubiorum solutio dicitur veritatis inquisitio, teste Philosopho.

Et primum, Quod scilicet accessorium æstimandum sit ex natura & qualitate sui principalis
90 &c. tum demum locum vendicat, Qvando eadē ratio est in accessorio quæ in principali iuxta vulgo notata. Et absque dubio etiam nostro casu procederet, si super ædificatæ domus & casæ intra confines expressos existerent: Tunc enim augmentum cum re confinata eodem iure 91
merito censeretur: Sicut & hoc casu augmentum dici partem primi fundi, non nouum prædium, aut solum & eodem iure censeri respondit Iason. *consil.* 126. *num.* 4. Natta. *consil.* 286. vbi late imo partem esse integralem scribit; quos refert & probat Bartholom. Bertazzol. *d. consil.* 72. *numero sexto. in ciuilib.* Nunc cum versemur jn re limitata ac particulari, ac tale incrementum recens exstructorum ædificiorum notissimos; in sæpe tacta Transactione exacte & scrupulose designatos pomærij terminos euidenter excedat nihil penitus Cauillationis aut Commentitiæ interpretationis adijci posse credo, quin Iurisdictionem B. intra sæpe dicti pomærij septa coarctari, & limitato territorio circumscribi, nec ad recenter super adiectas structuras extendi dicamus. Attento etiam, quod hodierno tempore, Principes, Comites & alij status Imperij magis Iurisdictionalia quam patrimonialia curent, & potius de his, quam de illis sibi aliquid decedere patiantur. Vt proinde mirum videri non debeat; si A. in suo ipsius districtu extra designatos pomærij fines superstructa ædificia ratione Superioritatis est Regalium suo territorio solicite vindicare nitatur.

Secunda etiam Ratio Dubitandi si accipia- 92
tur (prout accipi debet) de augmento intrinseco, & non extrinseco, parum aut nihil efficit. Augmentum enim intrinsecum non solet haberi in Consideratione *l. si seruitus.* §. 1. *ff. de seruit. vrban. pradior.* quem textum post Baldum *in l. non modus. C. de seruit.* ita intelligit Iohan. Petrus Surdus. *d. consil.* 27. *num.* 4. *vbi inquit.* Ideo ibi ampliatione comprehendi & venire futura, Quia ampliatio erat intrinseca & in eadem re: vt quia nouæ feneſtræ factæ fuerunt in ea domo cuius luminibus promissum fuerat non officere At secus quando ampliatio extrinseca (vti in nostro casu) contingit & rem facit diuersam à prima: hoc enim casu futura non veniunt, vt declarant Dd. ll. *non modus C. de seruit.* Surd. *d. consil.* 27. *num.* 14. *in fin.*

Nec silentio hic inuoluendum est, Quod 93
Menoch. allegato loco loquitur de concessione jurisdictionis facta per Principem, quo casu castro aucto etiam jurisdictionem augeri planum est, propter regulam, qua dicitur, beneficia Principum latissime interpretanda esse, post plures, quos allegat Carol. Tapia *in l. fin. p.* 1. *c.* 2. *num.* 6. *ff. de constit. Princip.* A quo casu nos longe absumus.

Pari ratione in tertia Ratione Dubitandi 94
nulla vis collocanda est inspecto videlicet hodierno Germaniæ vsu & consuetudine, qua Iura Superioritatis & Imperij scissa & inter Inferiores decisa seu potius mirum in modum confusa sunt; De qua Imperij scissura & communicatione iurium attestantur post gl. *in rubr. C. de stud. liber. vrb. Rom. lib.* 11. Alberic. *in l. Imperium num.* 3. *ff. de Iurisdict.* Iacob. de S. Georg. *de feud. ad verb. Et cum piscationibus* Iacob. de Beluiso *in*

pract.crimin.lib.2.c.14.num.17. Weſembec. *cõ-*
95 *ſil.60.num 30.* Qui vſus & conſuetudo etiam obſeruare nos decet, ſæpe ſuburbanos non eſſe eiuſdem Iuriſdictionis ac vrbanos, vt frequenter accidit in Ciuitatibus limitaneis. Quo caſu licet ſuburbia in confinio quidem ſint ciuitatis, tamen alterius iuriſdictioni aut dominio ſunt obnoxia nec eodem jure vtuntur, nec eius vrbis ſunt incolæ ad cuius fines conſederunt habitandi cauſa, Niſi jure ſocietatis mutua priuilegia ſibi communicauerint, prout etiam in indiuiduo recte annotauit Petrus Gregorius *de Repub. lib. 2.cap.4.circa fin.* & plurima eius rei exempla, vbi opus, adduci poſſent.

96 Similiter nec Quarta Dubitandi Ratio alicuius ponderis eſt. Nam licet in dubio fines præſumantur eius, cui magis adiacent juxta Montan. & Capyc. *dd.locc.*

Nos tamen præſenti caſu in dubio non verſari, ſatis liquet, quia recens exſtructa ædificia non immediate in pomærio B. ſed ab hoc ſeparata in territorio A. vndequaque iacent, & tantum fines ſæpedicti pomærij contingunt; Ideo non probant hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe *l.neque 10.l.matrem. 17.C. de probat.* Weſemb. *conſil.33.num.40.* Sed A. vtpote in cuius territorio ædificia omnibus finibus circumſcripta ſunt, ducere inde poteſt præſumptionem *c.2.de reſtit. ſpoliat. in 6.* Socin. Senior *conſil. 86. num.6.vol.1.* & alij ſupra in Secunda Ratione
97 Decidendi turmatim adducti. Maxime cum pomærij fines in Tranſactione exacte determinati ſint: Quæ Tranſactio ſtricti juris eſt per ſupra dicta, vt & ipſa finium quæſtio gl. *in l.1.pr.verſic. ſed nunquid bonæfidei ff.fin. regund. & §.actionum.*
98 *Inſtit. de action.* Vnde ex verbis hic ſumenda interpretatio *l. quicquid.ff.de V. O.* quæ dant eſſe rei. Bald. *in l.vlt.n.4.C. de ſuis & legitim.* ſic, vt illis nihil addi poſſit vel detrahi Bald. *ibidem.* Weſembec. *conſil.76.num.1.*

Vltimo denique & quinto loco adductum
99 juris brocardicum, practicum ſenſum non ſatis illuminat. Weſembec. *conſil.18.num.30. & conſil.19 num.63.* Fulv. Pacian. *conſil.92.numero. 6.*
100 Neque enim id vniuerſaliter in omnibus, ſed ijs demum caſibus procedere exiſtimandum eſt, Quando non ſubeſt, alterius præiudicium & Intereſſe, Sic in allegata *l.1.ff. de condic. & demonſtrat.* legatum, quod in diem certum debetur, ante diem ſolui poteſt; Quia certum eſt, illud debitum iri, & dies tantum hæredis gratia, qui legatum exſolvere & præſtare tenetur adpoſitus eſt. Vnde parum refert, ante diem vel
101 poſt ſolutio fiat. Eodem fere modo Creditori inuito ante lapſum termini in gratiam debitoris adiecti (quemadmodum in dubium præſumitur) ſolui poteſt *l. ſtipulatio 38. §. inter incertam.16.l.continuus.137. §. Cumita. 2.ff. de V. O.* Si tamen Creditoris gratia præſtationi faciendæ adpoſitus ſit, idque ipſum vel nominatim ſit comprehenſum vel euidentibus argumentis adpareat, tunc præmature ſoluere volentem repelli poſſe omnes conſentiunt Barnab. Briſſon. *libro primo de ſolution. fol.* 348. Decius *ad d.l.* 17. *num.6. verſic. Secundo arg.l.15.ff. de ann. legat.l.43. §.2.ff. de leg.2.* Id quod ex ſimilium legum & textuum inductione ad viſum oculi pluribus demonſtrari poſſet. Sed in præſenti caſu, ſi B. cum 102
diminutione territorij circumjacentis, quaſi per alluuionem & latenter trahat ad ſe jurisdictionem etiam in ædificiis præfato pomærio de nouo adiectis, maximum præiudicium & Intereſſe A. verti nemo non videt, vt proinde paria non ſint, tale quid ab initio eſſe, vel ex poſt facto tale fieri.

Ex ſupra deductis itaque Sole meridiano clariuſ elucefcit, Intentionem A. quoad Superioritatem, Iuriſdictionem & Regalia in adiecto pomærio continenti ædificiorum parte, fundatam eſſe.

TERTIA QUÆSTIO

DEſcendendo ad tertium & vltimum articulum in quo quæritur; Si dictum pomærium vſque ad 1.2.3. ædificia incendio exhauriatur, ſine ſpe refectionis, de ſolato ſolo & in formam agrorum &c. mutato; An B. iuriſdictionem in deſtructa pomærij parte, vt eam ante habuit, retineat? vel An ea accreſcat territorio Confini A? Reſpondeo, Primo intuitu videri Iuriſdictionem in deſolata pomærij parte pertinere ad A.

RATIONES DVBITANDI.

EXpediti quippe iuris, Quod, quando Ciui- 103
tas vel Caſtrum funditus deſtructum eſt ſine ſpe nouæ conſtructionis & reædificationis, non retinet jura, quæ ante habebat *l. ſi vſusfructus Ciuitati.ff.quib.mod. uſufr.amitt.* gl. *in c.priuilegium. de R.I. in 6.* Alexand. *conſil.43. num.2. per tot. vol.1.* Curt. Senior. *conſil.26. num.4. in fin.* Gail. *lib.2, obſeruat.61. num.1. & ſeqq.* Sicut & 104
conceſſo vſufructu finitur vſusfructus deſtructis ædibus, nec conſeruatur in ſolo vel area *l. quoties. §. fin. ff. de vſufr.* Iohan. Petr. Surd. *conſil. 27.num.7.*

Quapropter cum A. vniuerſale territorium extra. d. pomærium ſibi reſeruarit, Conſequens eſt, Iuriſdictionem, quam B. per deſtructionem amiſit, in parte pomærij deſolata accreſcere. Ex quo indubitatum eſt apud Iuris Interpretes Ius 105
accreſcendi in Iuriſdictione, velut indiuidua, locum habere, vt in ſpecie poſt Baldum Aretin. Curt. Sen. reſpondit Crauetta. *conſil. 995. nu. 3.*

RATIONES DECIDENDI

SEd certius eſt, Iuriſdictionem deſolati ſoli B. tanquam domino dicti pomærij, eſſe adiudicandum.

Iuriſdictio enim cohæret territorio *d. l. fin.* 106
C. vbi & apud quem. eleganter Fulv. Pacian. *conſil.3, num.13. & ſeq.* Et territorium nihil aliud 107
eſt, quam ſpacium terræ munitum & armatum Iuriſdictione Bald. *in rubr. numero ſecundo. quæ ſint regal.* Petr. Anton. de Petra. *de fideicom. quæſt. 13.num.*

13.*num.*429.Idem Bald.*in l.data opera. num.* 43.
108 *in fin.C.qui accus. non poss.* vbi concludit, quod Iurisdictio est in territorio & territorium in fundo;sicut acidum & mucidum in vino, quod refert & laudat Petra *tract. de potest Princip. cap.*
109 *18.num.*37. Et territorium habere Iurisdictionem inhærentem glebæ dixit Anton. Capyc. *in Inuest.Feud.§.feudorum in verb.territoriis.*

110 Et dicitur se habere Iurisdictio ad territoriũ sicut se habet nebula super palude solis calore generata.Idem Bald. Socin. Purpuratus & post hos Nicol. Boerius. *decis.* 227. *num.*7. *in fin.* & facit huc Fulv.Pacian.*de probat.libro secundo,cap.*
111 *quadragesimo tertio,numero tertio.* Hinc concesso territorio Iurisdictionem venire respondent Bald.*in d.l.*1.§ *.initio. numero secundo.ff.de offic.præfect.vrb. & in l.fin.numero quadragesimo octauo.C.de Edict.D.Hadr.tollend.* Cæsar. Contard. *in l.vn.C. si à moment.possess.appell.* Socin.Iunior *consil.*146.*numero sexto.volum.tertio.* Natta. *consil.*149.*num.* 19. *& consil.*339.*per tot. & consil.* 636.*num.*180. Camill.Borellus *consil.*70. *num.*
30 In teſtamento *minus ſolenni idem obtinet: Et in contractu vnionis, cuius tamen forma ſubſtantialis non deſit num.31.*
32 Pacta *ſtricti juris ſunt, neque Extra res & caſus expreſſos extendent neque pactum vnionis, extra ſpecificata; Fallit ibid, num. 33.*
34 Nuda proprietas *invito vſufructuario in alium transferri poteſt; eidemque deinde conſolidatio prodeſt num.36.*
35 Mens & intentio *contrahentium inſpicienda.*
37 Conſolidatio *non operatur novam acquiſitionem.*
38 Vſusfructus *conſolidatus non debet, vt ſeparatum quid conſiderari.*
39 Verba *vniuerſalia tantum operantur, quantum ſingularium caſuum enumerationes.*
40 Nominatim *quædam eximens cenſetur omnia conceſſiſſe.*
41 In vnione *quod malitioſe quis omiſit, compellitur conferre; perinde vt in ſocietate omnium bonorum num.42.*
43 Probatio *enormis læſionis.*
44 Læſio *ex nativitate liberorum interveniens in pacto vnionis non attenditur.*
45 *Qui jus nullum in re habuit, non poteſt dici in ea læſus.*
46 Qualitas *non eſt ſine ſubiecto.*
47 *Qui ſpeciali pacto contra læſionem ſibi proſpicit, queri de ea non poteſt.*
48 Læſio *parva ob incertum eventum in vnione non advertitur.*
49 Actio ex vnione *non videtur competere viuente alterutro parente: imo contra vnio extingvitur alterutro mortuo, & diviſio facienda eſt num.56.*
51 Vnionis *natura & propria vis in communicatione bonorum conſiſtit.*
52 Mens paciſcentium *hæc eſt, vt altera parte mortua vnio diſſolvatur.*
53 Argumentum *ab arrogatione ad vnionem vniverſaliter non procedit.*
54 Matre *arrogati mortua, non finitur arrogatio facta ab eius marito.*
55 Vnio *tum reſpectu mariti, quam vxoris, eſt reciproca.*
56 Diuerſitas rationis *diuerſum ius induxit.*
57 Maritus *ſi ſupervivat; liberi vniti dividentes non poſſunt dici & vivo ſuccedere: Neque contrauenitur Regulæ: Viventis nulla eſt hæreditas num.58.*
59 Quid pronunciandum?
60 De ſimilibus *ad ſimilia argui poteſt.*
61 Arrogatori *vſufructus bonorum arrogati accreſcit: idem in vnione valet, viuo vtroque parente: Non item vno parentum vnientium mortuo ſuperſtes vſumfructum habet bonorum, qua defuncti liberi cedunt: Conſuetudine tamen aliud introduci poteſt n.62.*
63 Fictitiorum parentum *in vnione debile jus eſt.*

SVF-

SVFFRAGANTE IEHOVA.

IN præsenti controversia vertente inter Tutores & Curatores Georgij M. filij minorennis Actores, contra Iacobum D. Reum, de meritis & justitia causæ principalis vt liquere possit, operæ precium erit, tam ea, quæ pro fundanda intentione Actorum, quam eiusdem elisione in Actis deducta & probata sunt, examinare. Hoc vero vt eo commodius & dilucidius fiat, sigillatim & distincte; Et primo quidem, Quæ actio instituta? Secundo, an ea cum necessariis suis requisitis probata? Tertio; Num Exceptionibus Reorum elisa? Et pro conclusione, quid tandem pronunciandum sit? investigabimus.

I. Quæ actio intentata?

1 ACtio quidem ex Actorum fol. 1. & 2. judiciali petitione & causa ibidem expressa facile colligi potest. Dum enim Actores 510. florenorum & rei communis diuisionem fieri petunt, medium concludendi ex inita communione desumptum esse, manifestissimum est; vt proinde actio communi dividundo (quæ competit his, quibus quoquo modo res est communis text. *in l. 1. & 2. ff. de commun. divid.* Ferrar. *in forma libell. pro hæred. vel re singul. divid. gl. 2. num. 4.* Petr. Gregor. *in Syntagm. jur. vniv. lib. 5. c. 3. num. 24.* Hieron. Magonius *decis. Lucens. 109. n. 3.*) intentata videatur.

2 Neque curandum, quod in præsenti hypotheli divisionem semel factam ipsi Actores fateantur, in Actis fol. 2. & passim, vt propterea hoc nomine amplius agi non possit, quemadmodum de actione familiæ erciscundæ text. *est in* 3 *l. si filia, 20. §. 20. ff. famil. erciscund.* tũ vero, quia generaliter obtinet, vt principali obligatione per divisionem semel factam & subsecutam solutionem sublata, de alijs exceptionibus nulla admittatur quæstio *l. 4. C. depositi. cum similib.* Wes. 4 *consil. 3. num. 5.* Nam eo non obstante nihilominus ad divisionem summæ petitæ, quæ in priori diuisione non fuit illata, & necdum divisa, non quidem actione familiæ erciscundæ, sed singulari iudicio communi diuidunda agi potest *dd. l. si filia 2. §. familia. 4. ff. famil. erciscund. l. per hoc iudicium. 4. §. 2. ff. commun. divid.* Ferrariens. *in d. form. lib. glos. 3. num. 4.* Wes. *d. consil. 3. nu. 12. & seq.*

5 Verum nec hic acquiescendum. Non enim rem communem esse sufficit, ad hoc, vt detur actio communi dividundo, sed talem esse ex causa honesta & de jure permisse necesse est; alias cessat hæc actio text. *in l. communi dividundo. §. inter. prædones. ff. commun. divid.* Facit. *l. cum duobus. in fin. l. quod autem. cum l. seq. l. nec præterquam cum similib. ff. pro soc.* Ferrariens. *in d. form. libel. gl.* 6 *4. num. 1. & seq.* At vero quia Actores in probatione huius actionis solo pacto vnionis proliũ nituntur, vt ex postea dicendis adparebit, eiusmodi autem pacta de futura successione præsertim acquirenda votum captandæ mortis inducant, & vsque adeo improbata sint, vt ne juramento quidem confirmari possint, per notata Gail. 2. *obs.* 125. *num.* 2. *& seqq.* Communionem hanc contra leges & bonos mores fieri, proindeque nullam inde dari actionem, non iniusta ratione quis arbitrari possit.

Quicquid autem sit, & vt de jure communi 7 talia pacta in controversiam vocari possint, quia tamen de consuetudine in multis Germaniæ Provincijs, maxime vero in Episcopatu Spirensi vti ex publica Ordinatione Reverendissimi Dn. Georgij probatum est, eiusmodi vniones, modo requisitæ solennitates interveniant, frequentari & sustineri solent; contra leges inductas vix dixerimus, per notata Bart. *in l. de quibus. ff. de legib.* sed potius ipsam ex huiusmodi pacto vnionis communionem honestam, ex qua vtiliter quis experiri possit rectius appellaverimus.

Requisita autem vnionis secundum consue- 8 tudinem & Ordinationem Provincialem hæc sunt, Primo vt fiat coram Scultero vel duobus Senatoribus præsentibus & consentientibus agnatis ab vtraque parte similiter duobus, vel pupillorum tutoribus: In primis vero inquiratur in facultates eorum, qui vnionem hanc inire cupiunt, & æstimetur ex comparatione facultatum, an talis cooptatio expediat, nec ne. Deinde vt instrumentum vnionis in scriptis fiat, & Magistratui ibidem insinuetur, eiusque sigillo muniatur. Quibus sita præmissis videndum, an nostro in casu actio intentata sit sufficienter probata.

II. An actio cum suis necessariis Requisitis probata?

Cæterum huius Actionis requisitum præci- 9 puum esse perhibetur, vt sit res communis: nam si communis non est, hoc judicium cessat *l. 1. ff. commun. divid. l. familiæ ercisc. C. commun. vtri. judic.* Quod requisitum Actores ex contractu vnionis (cuius quasi virtute collatio ac communio omnium bonorum, præsentium & futurorum inducta sit, de quo etiam contractu ex instrumento desuper confecto plenissime constare possit *l. cum precibus. C. de fid. instrument. l. optimarum. C. de contrah. & commit. stipulat.*) docere volunt. Etsi vero Reus vnionem non diffiteatur, requisita tamen & solennitates in jure præscriptas interveniisse mordicus pernegat. Ideoque cardo controversiæ nostræ in eo consistit: vtrum huiusmodi requisitæ & legitimæ solennitates huius contractus adhibitæ fuerint, nec ne?

Ad probationem horum solennium produ- 10 cunt Actores documentum publice desuper confectum, ex quo, vt ex actis adparere possit, hanc vnionem vel parificationem prævia sufficienti causæ cognitione & deliberatione, interventu & authoritate agnatorum & tutorum ex parte Sponsi N.N.N. (ponsæ vero N.N.N. in scriptis coram Magistratu ordinario & pro tribunali

11 bunali ſedente (licet hoc ipſum, quod judice pro Tribunali ſedente peragatur, neceſſe non ſit *arg. l. emancipati. ff. de adopt.* Iohan. Meichſner. *deciſ. Cameral. 5. vot. 4. num. 14.* Rickius *tract. de vnione prolium cap. 6. num. 27.*) erectam, à Magiſtratu confirmatam, & demum ad Acta, ins gewöhnliche Heuraths- Protocol, regiſtratum fuiſſe.

12 De vltimo Requiſito, ſigillatione ſcilicet inſtrumenti etſi nihil conſtet, attamen quia totum negocium ad Acta ſummarie relatum eſt, & deſuper ad inſtantiam partium Documentum ſigillatum in extenſiori forma communicari ſoleat, vti deductum fuit ab Aduocato Actoris fol. 30. idemque aliis in locis ſervari haut obſcure oſtendat textus in Reformatione Wormatienſi tit. von Einkindſchafften. §. vnd ſo alſo. quem allegat Rickius *d. tract. c. 6. numer.*

13 45. de hoc quali quali defectu non ſumus anxie ſolliciti, quippe quod poſſit ex poſt facto reparari. Videntur itaque requiſita vnionis, & conſequenter intentatæ actionis probata eſſe. Sed an eadem Rei Exceptionibus eliſa ſit? videre reſtat.

III. An Eliſa?

14 PRo defenſione ſua Reus pluribus nititur fundamentis, quæ generaliter eo tendunt, vt contractum vnionis ex defectu ſolennitatum vel omnino nullum eſſe arguant. Et primo quidem Reus contendit, Tutores & agnatos nullum repertorium ſive bonorum Inuentarium confeciſſe. Secundo illos iniuratos fuiſſe. Tertio, Super vnione nullum Decretum Magiſtratus fuiſſe interpoſitum: Neque actores releuare, quod judicis vel magiſtratus conſenſus & authoritas intervenerit. Non enim ſufficere, nudam voluntatem & conſenſum ſed pecunia cauſæ cognitione etiam expreſſam per Decretum approbationem requiri. Præterea etiam Quarto, vtcunque hæc omnia intervenerint, attamen alia adeſſe, quæ omnino evincant.

Actorum pupillum in ſumma, petita prætendere jus nullum poſſe; tum, quod nullibi in pacto vnionis petitæ pro quota ſumma mentio fiat, proinde eandem ad bona quæſtionis minime porrigendam, vt maxime huiuſmodi 510. floreni vi vnionis affecti ſtatuantur; attamen contractum vnionis propter læſionem intervenientem & ſummam inæqualitatem retractandam fore; tum poſtremo, quod caſus delatæ ſucceſſionis adhuc viuente eo, de cuius bonis controvertitur, nondum exiſtat. Iuris autem, viuenti non poſſe ſuccedi; Ex quibus euidentiſſimum ſit, Reum ab inſtituta actione eſſe abſolvendum.

Verum nulla hatum Exceptionum ad elidendam actoris intentionem ſatis virium habe-

15 re videtur. Prima namque prætenſa nullitas in omiſſione inventarij evitari poteſt, ſi dicamus cum Rickio *d. tract. c. 6. num. 40.* Curiarum noſtratum ritum hanc confectionem inventarij in contractu vnionis prolium non vſque quaque obſervare, ideoque non multum eam advertendam eſſe *l. 39. §. ſi Stichum. ibi, ſed hoc jure vtimur. ff. de ſtat. liber.* Idque probabilius eſſe vel inde convincitur, quod in ſupra allegata Ordinatione Provinciali nihil de ea cautum reperiatur, vnde ſine lege loqui erubeſcimus. §. *conſideremus. Novell.* 18. Et vt largiremur, etiam requiri, attamen, quod pupillorum bona, præſertim ſtabilia, in protocollum judicij, vel potius. æſtimium aut Cataſtrum inſcripta & annotata, 16 eaque inſcriptio, (prout in Actis *fol. 93.* deductum) ex recepto more iſtius loci pro Inventario habeatur, eiuſque vicem ſuppleat, (quod ſufficere tradit poſt Cravettam Rolandum à Valle Dan. Mollerus *lib. 2. ſemeſtr. 4. num. 4. in princ.*) mobilia vero, in quibus alias non tantum 17 vertitur momentum, vt nec opus ſit, in eorundem alienatione vel translatione omnes intervenire ſolennitates arg. *l. 22. C. de adminiſtr. tutor. l. 4. C. quand. decret. op. non eſt.* certa pecunia æſtimati ſoleant, juxta ea, quæ Actores allegant *fol. 50. lat. 2.* non poſſe ſcrupuloſam illam inven- 18 tarij confectionem (quæ & ab aula receſſit) hic deſiderari crediderim.

Eadem ratione curanda non ſunt, quæ Se- 19 cundo Reus de tutoribus in juratis excipiendo proponit. Cum enim ad omnes omnino cauſas tutores conſtituantur, & initio aſſumptæ tutelæ juramento proculdubio obſtringantur, non opus eſt, illud in ſingulis cauſis iterare, argumento ſcilicet eorum, quæ de Notario publico, qui tempore creationis ſemel iuravit, prodidit Ludolph. Schraderus *tract. de feud. part. 10 ſect. 16. num. 39.*

Ad tertium quod attinet, Reus quidem De- 20 cretum Magiſtratus interveniſſe negat. Verum quia id nulla alia ratione vel probatione adducta confirmat, quam quod cognita tam magna inæqualitate & læſione contractus hic à magiſtratu minime approbatus fuiſſet, & vero prætenſa læſio ſimiliter probata, non ſit, vt infra videbimus, hoc argumentum ad id adſtruendum inefficax & debile eſſe videtur.

Præterea credi forte & concedi hoc ei affir- 21 manti poſſet, niſi præſumptio (quam & Actorum Advocatus vrget) pro magiſtratu, quod bene & recte geſſerit ſuum officium, militaret in contrarium, *l. ſi quis. 21. C. de fals. c. ad audientiam. extr. de reſcript.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 16.* Cephal. *conſil. 423. num. 34.* Bertazzol. *conſil. 480. num. 15. in criminal.* quam præſumptionem auget, quod Magiſtratus, poſtquam hunc contractum confirmauit, totum peractũ negocium Actis & protocollo inſeri per actuarium iuſſerit, quod veriſimiliter non factum, niſi per Decretum eundem confirmaſſet, cum ea, quæ coram Iudice, vt judice, peraguntur, in 22 ſcripta ac monumenta ſev archiva publica referri conſtet ex text. *c. quoniam. contra & ibi Canoniſtæ. de probat. Novell. 18. in princ. verſic. quæ apud vos geruntur. in fin. C. de rejudic.*

Quinimo ſi conſentiente Magiſtratu vnio 23 hæc erecta eſt, vt apparet ex pactis ibi: mit günſtigen Vorwiſſen vnd Bewilligung der Obrigkeit / nulla vlterius opus eſt per Decretum approbatione. Siquidem conceſſio & permiſſio

hæc

hæc decreti & authoritatis judicialis vim habet, vt de concessione principali in alienandis rebus minorum, textus est *in l. 2. ibi: ad instar enim præsidialis decreti concessio principalis accedit C. quand.*
24 *decret. inter. nec non est.* Vnde quoque vnionem factam apud acta coram judice ordinario, eiusque interveniſſe authoritatem sufficere, nec decretum intervenire necesse, ex Fabro *ad §. imperium. n. 2. Inst. de adopt.* dixit, Meichsner. *d. decis. Camer. n. 5. vot. 4. num. 12. tom. 4.*

25 Posito insuper, Actores in decreti probatione deficere; attamen illud ijsdem ea de causa non obesset, quod ordinatio provincialis interpositionem decreti in specie non requirat, vel certe ab eiusmodi requisito contraria observantia & consuetudine, cuius Scultetus & Senatores adhibiti gnari fuisse putantur, discessum fuisse.

26 Denique rursus concesso, pactum hoc vnionis maximum aliquem pati defectum circa substantialia vel solennia suæ formæ; ille tamen in præsenti casu eo ipso sublatus esset, quod ipsimet Rei statim post mortem vxoris in bonis ab vtraque parte communicatis divisionem instituendo, debitamque portionem acceptando contractum approbarent. Tralatitium, autem est, vt commodum percipiens ex aliquo contractu, videatur illum approbare *l. Iulianus. § fin ff. ad SC. Macedon.* Ioan. Petr. Surdus *decis. 33. num. 1.* Cravetta *consil. 673. num. 4.* ex Decio & Bruno Communitatem, quæ bona per transactionem alias infirmam sibi adiudicata possidet, ratam eam habere censeri, dixit: Et quidem non solum quoad partem, sed in totum. Ex
27 quo contractus in omnibus suis pactis & condi-
28 cionibus vnicus sit & indubitatus *l. 2. §. 1. ff. locat. l fin. ff. quod cauſ dat. cauſ. non secut.* & in totum approbari vel in totum reprobari debeat, non antea pro parte acceptari, & pro parte impugnari *l. cum quæritur. ff. de adminiſtr. tutor. l. ſi ita ſtipulatio. ff. de oper. libert. l. Cuius. ff. de manumiſſ. l. Iulianus. §. ſi quis colludente. ff. de act. empt.* Wes.
29 *conſil. 3. n. 7.* Surd. *deciſ 33. num 5. & ſeq.* Quo fit, vt initam hanc communionem & contractum semel approbatum, Reus amplius reprobare nequeat *l. Pomponius. ff. de negoc geſt. l. non poteſt mutare. ff. de R. I. c. quod ſemel. eod. in 6.* Wes. *d conſ 3. num. 7.* Ioan. Vincent. Hondedæus *conſil. 89. n. 3. vol. 1.* Fulv. Pacian. *conſil. 79. num. 30.* Surd. *deciſ. 288. n. 5.* Cacheran. *deciſ. 33. n. 5. & ſeq.* Magon.
30 *deciſ. Florent. 58. n. 29. & ſeq.* vbi testamentum minus solenne semel approbatum amplius non posse reprobari, late comprobat. Atque ab hac ratione non alienus est Rickius *d. tract. c. 6. num. 45. verſ. attamen reſtringitur*, dum existimat,
31 licet contractus vnionis ipso jure nullus sit, at forma substantiali non careat: si tamen is, quem concernit, & in cuius fauorem & commodum tendit, eum protestando & acceptando comprobet, quod iam ipso iure valere videatur.

32 Quartum elisionis fundamentum in eo consistit, quod quemadmodum omnia pacta regulariter stricti juris sunt, gl. *in l. pacta in verb. nul-*
33 *lum. C. de pact.* vt nec facile extra res & casus in ijs expressos trahenda veniant; ita & hoc pactum extra bona specificata ad summam in hoc judicio petitam minime porrigi & extendi potest. Quæ exceptio licet primo intuitu satis speciosa videatur, perpendenti tamen accuratius rem omnem, huius veritas neutiquam in obscuro est. Prius autem pro certo & indubitato con- 34
stituendum est, quod licet summa petita 150. florenorum, tempore contractus inspecto, quoad proprietatem saltem, non vero vsumfructum penes Reum exstiterit, haut aliter tamen, ac si pleno jure eam teneret, liberum ipsi fuisse, proprietatem absque consensu vsufructuariæ liberis vnitis communicare, per ea, quæ tradit Ioan. Castill. *tract. de vſufruct. cap. 34. num. 8. & ſeqq.* Quo ita præsuppoſito, quia id conventio- 35
ne actum fuisse constat, vt esset communio omnium bonorum præsentium & futurorum, & vt liberi vniti vigore initæ communionis in bonis etiam quovismodo acquisitis ad instar legitimorum liberorum, succederent, certe ex mente paciscentium bona controversa non minus ac si expressio veri facta, cæterisque bonis specificatis adnumerata fuerint, in communionem venire dicendum est; alioquin enim vnio hæc non esset vnio, sed maxima inæqualitas, & sic ad vnũ effectum inducta aliud operaretur contra *l. non omnis. ff. de reb. non credit.*

Quocirca quia huic proprietati vsusfructus 36
per modum consolidationis accessit, ita vt Reus liberique vniti plenam incipiant habere potestatem, vt dicitur *in §. fin. Inst. de vſufruct.* ob id ex æquis portionibus vi vnionis inter eos dividenda erit.

Nec iuvat, quod forsan consolidatio illapost 37
mortem vxoris, quando vnio iam finita fuit, (de quo tamen mihi non constat) primum contigerit, vnde vsufructu consolidato cum proprietate, quia de novo res obvenire sive acquiri dicatur *l. non quocunque. octuageſima quarta. §. fundus. ff. de legat. primo.* vbi Bart. & alij Dd. communiter hoc annotarunt, nihil amplius communicandum venire dicendum videbatur. Nam licet ipse vsusfructus inspecto tempore, quo erat à proprietate separatus, videatur de novo obvenire, sine acquisitione tamen ideo non constituitur res nova vel alia, sed eadem res communicata manet, text. *in l. ſi proprietati. 4. ff. de jur. dot.* vbi ICtus, si proprietati nudæ in dotem datæ vsufructus accesserit, incrementum videri dotis, non aliam dotem, quemadmodum si quid alluvione accesserit, existimat, vt proinde illa accessio in nostro casu rem novam non
efficiat, neque per se vt separatum quid in consi- 38
derationem trahi debeat, eo, quod vsusfructus per quandam mixturam consolidativam ipsi proprietati inseparabiliter jungatur, vt eleganter declarat Ioan. del. Castillo *d. tract. de vſufruct. cap. 75. num. 5.*

Insuper si & verba pacti vnionis, ibi; was nach diesen vnderschiedlichen Voraussen übrig / es sey ligend oder fahrend / errungen / gewonnen oder herkommen / von welcher Seiten es wolle / &c. consideramus, facile verum id esse

quis-

39 quiſque perſuadere ſibi poterit. Nam præterquam quod verba illa ſunt vniuerſalia & generalia, & tantum operantur, quantum ſingularium caſuum enumerationes, vti ab Actorum Advocato paſſim deductum fuit, reſervatio certe 400. fl. quos iure præcipui filiæ ſuæ deputavit, ſatis arguit, quod omnia quæ ſuperſunt bona communicare voluerit arg. l. nam quod
40 liquidæ. ff. de pen. legat. Ex Cravetta Bertazzol. *conſil. trimin. 442. numero trigeſimo.* Nominatim enim quædam eximens cenſetur omnia conceſſiſſe Ias. *conſil. 161. numero quinto. vol. 1.* Decius. *conſil. 197. numero tertio.* Mandell *conſil. 16. num. 15.* Surd. *conſil 230. n. 17. & ſeq.* vbi excludens vnum reliqua omnia includere exiſtimari probavit

41 Denique ponamus etiam Reum ſcienter omiſiſſe & occultaſſe prædictam ſummam 510. fl. idque ex intentione, vt voluerit eam in commune venire, attamen nec illud prodeſſe ei poterit quo minus eandem conferre & communicare legitima actione compelli poſſit, vti quidem de ſocio vniuerſarum fortunarum, ſi quæ-
42 dam excipiat vel ſi quid emat, vt ipſius ſit eſſe commune, textus (quem non male huc accommodare poſſe putarim) eſt expreſſus *in l. qui ſocietatem 74. ff. pro ſoc.*

43 Neque vero hoc modo ex contracta vnione enormem læſionem reſultare dici poſſet. Nam ſi conſideramus, quomodo & quatenus hæc parificatio ſit facta, Reum ex contractu lucrum percepiſſe, è contra Actorum pupillum enormiter læſum eſſe adparet. Verba vnionis ita ſe habent: Soll zwiſchen den allen/ vnnd im Fall künfftigen jungen Kindern vnnd jhnen Eheleuten ein gemeine Erb / eine Kindſchafft heiſſen/ ſeyn vnd bleiben / wie viel Häupter / auch ſo viel Theil gemacht / vnd dem letztlebenden Ehegemachte ein Kindes-Theil gebühren vnd gefolget werden/ ꝛc. Vnde patet, quod coniuges & ex vtriuſque coniugis parte liberi ex prioribus matrimoniis exſtantes inter ſe & cum ſuſcipiendis ex poſteriori matrimonio in ſucceſſione exæquentur & parificentur. Iam vero ſi eo tempore, quo mortua eſt vxor, quinque liberi, duo quidem ex prioribus matrimonijs, & tres ex poſteriori exſtiterint, vt & vigore pacti tota maſſa hæreditatis in ſex partes dividatur, eueniet ſane, vt Reus cum liberis quinque partes maſſæ hæreditariæ, Actorum vero pupilla vnam ſaltem partem conſequatur; per quam certe diviſionem actrix ſubductis rationibus bonorum, quæ nunc & quæ iſto pacto non facto habitura fuiſſet, eatenus defraudata & læſa reperiatur, vt nec dimidium eius quod antea habitura erat, habe-
44 at, Quamvis ea læſio, quæ ſucceſſu temporis ex nativitate liberorum poſterioris matrimonij non vero tempore erectæ & per Magiſtratum confirmatæ vnionis (ex quo tempore alias in omnibus contractibus læſio computanda eſt *l. ſi voluntate. in fin. C. de reſcind. vendit. l. tertia. §. Divi. ff. de jure fiſc.*) intervenit, in conſiderationem in propoſito noſtro trahi non poſ-

ſit, per ea, quæ eleganter tradit Rickius d. tract. *de vnione prol. c. 10. num. 4.*

Ad hæc, qua ratione Rei filiæ ex primo ma- 45
trimonio iminoderatum & magnum quid detractum ſit, Equidem non video, cum ipſe Reus in pactis fateatur, bona hinc inde communicata nullo jure filiæ ſuæ fuiſſe affecta, ibi: Dieweil nichts von Iacob D. Haußfrawen vorhanden / Et proinde quia qualitas ſine ſubiecto 46
eſſe non poteſt. *l. quarta. §. primo. ff. de act. empt. l prima. ff. de hæredit. vendit.* fruſtra de læſione filiæ conqueratur. Idque tanto minus quod filiæ & liberis ſuſcipiendis tempore contractus 400. fl. 47
iure præcipui reſervavit, eiſque aſſignavit, cum tamen de his, vt & omnibus bonis pro arbitrio etiam citra conſenſum Magiſtratus diſponere ei permiſſum fuerit, quod & pro confutatione tertiæ Exceptionis diligenter eſt notandum.

Porro vtcunque parva quædam inæqua- 48
litas vel læſio interverierit, attamen quia omnis fides pacti huius fortunæ eventui propter reciprocationem & incertitudinem facti, cuius apud paciſcentes non poſſit eſſe determinata veritas, committatur, illam non debere in conſiderationem vocari dici poſſet, argumento eorum, quæ ratione incertitudinis & dubij eventus in jure noſtro plerunque conceduntur l. ſi pater. in fin. ibi: calumnioſam inofficioſi. ff. de inoffic. teſtam. vbi Dd. Rickius *d. tract. c. 6. num. 14.*

Finaliter quod excipiendo regeritur, vi- 49
vente Reo nullam Actoribus competere actionem, inde non parum ſtringere videtur, quod vnio propter ſucceſſionem præcipue fiat. At viventi non poteſt ſuccedi vel hæres exiſtere *l. 1. ff. de hæredit. vend. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæredit.* Ergo mors eius expectanda. Sed dum penitius omnia evolvo, puto eam ad eliſionem actionis intentatæ non ſufficere; atque hoc inprimis attendo, quod vnio ſtatim 50
poſt mortem vxoris exſtincta, & hæreditas omnium bonorum tam paternorum, quam maternorum in liberos vnitos pro virili portione tranſmiſſa fuerit, ita, vt diſtracta & finita vnione nihil aliud quam diviſio rerum communium ſupereſſe videatur. Idque vel ex eo re- 51
lucet, quod communicatio bonorum præſentium & futurorum (in qua natura & propria vis vnionis conſiſtit) tamdiu duret, quamdiu maritus & vxor vivunt & vterque coniugum eſt in pari ſtatu, condicione & poteſtate plura acquirendi & communicandi. Quocirca mortua vxore cum maritus non amplius habeat, cum quibus communicare poſſit vnio quoque & conventio finitur & diſſolvitur *l. adeo. §. morte. ff. pro ſoc. §. deinceps. Auth. C. de nupt.* Et hoc cenſet Ioan. Meichlner. *deciſ. Cameral. d. vot. §. numero vigeſimo tertio & vigeſimo octavo. tom. 4.* Quæ quidem conſideratio in præſenti vel ideo magis vrget, quod conventio hæc ſit reciproca inter vxorem & maritum: At quia quoad vxorem præmortuam conventio eſt inanis, Ergo etiam quoad ſuperſtitem maritum arg. l.

nam

nam hoc jure ff. pro foc. & ex natura correlativorum.

52 Denique hanc etiam mentem fuisse pacisentium, vt per mortem vnius coniugis vnio finiretur, verisimile ex eo est, quod voluerint massam hæreditariam inter superstitem coniugem & liberos æqualiter dividi. Quomodo enim Reus partem hæreditatis non quidem ex contractu, sed vigore pactorum dotalium percepisset, si vnio adhuc duraret? vt sane vel hinc evidens sit, post mortem vxoris vnionem finitam, adeoque ipsam actionem inde resultantem recte intentatam esse.

53 Nec suffragatur Reo, quod arrogatus mortua matre viventi patri arrogantivm succedat; Siquidem eiusmodi argumentum ab arrogatione ad vnionem vniversaliter non
54 procedit. Non enim sicut in vnione prolium per mortem matris finitur ipsa unio, ita etiam in arrogatione per mortem patris finitur ipsa arrogatio; idq; ideo, quod in arrogatione nulla matris (vtpote quæ adoptare non possit §. *fœmina. Inst. de adopt. l. mulierem. C. de adopt*) habeatur ratio,
55 in tantum, vt licet arrogati mater moriatur, nihilominus tamen arrogatio subsistat; aliud est in vnione prolium, quæ tam respectu mariti quam vxoris reciproca est, & in qua vxor & maritus pacisciuntur, quod omnia bona, præsentia & futura communia esse velint, quæ communio cum cesset, vt dixi, altero ex parenti-
56 busdefuncto, ipsa quoque vnio finitur & resolvitur; Diversitas igitur rationis diversam
57 jus inducit *l. fin. ff. de ritu nuptiar.*

Sic & multo minus dici potest, liberos viventi patri succedere: Nam, vt recte responsum est ab Advocato Actorum, bona vsque ad mortem vxoris ex omni parte allata & acquisita vnione ita sunt confusa, vt nec paterna nec materna, sed patri simul cum liberis æquis portionibus communia dicantur: Si igitur bona illa ita vtrique coniugi communia sunt, vt non magis ad vnum, quam alterum, pertineant, quomodo Reo succedi dici potest? Quinimo si in proposito liberi viventi patri succedunt, id idem de patre Reo nostro, qui vigore pactorum dotalium ex omnibus bonis confusis partem hæreditatiæ massæ, ein Kindes-Theil/ capit, dici oporteret, cum non solum viventi, verum etiam sibi ipsi succedere videatur: quod quam sit absurdum, nemo est, qui non animadvertat.
58

Deinde vix intelligo, quomodo ad propositum faciat ratio, qua vtitur Reus, existimans, propterea Actoribus nihil iuris competere quoad viventis nulla sit Hæreditas. Hæc enim ratio tunc demum recte procederet, si ipsum jus in summa petita jure quodam hæreditario ad Actores devolvi diceretur. Atqui in tali casu hic non versamur. Nec enim ex causa vel iure hæreditario, sed contractu vnionis, quæ causa est immediata successionis, & cuius vigore Actoribus non solum ius in spe, sed etiam in re, atque adeo ipsum genus intentatæ actionis quæsitum fuit, agitur, vt proinde eam ex hisce etiam nequaquam per Reum elisam, concludendum sit.

Quid pronunciandum?

CÆterum cum ex hactenus deductis & probatis manifestum sit, bona hinc inde communicata liberis quoad proprietatem etiam citra, & ante additionem realem vigore contractus esse affecta, & iure delata, haut intempestive hic quærat quis: Annon in proposito Reus vsumfructum saltem petitæ quantitatis retineat? Sane de similibus ad similia procedi 60
& argui potest *l. sexto. C. de legib. l. non possunt. ff. eod.* & contractus vnionis prolium magnam cum arrogatione & adoptione adfinitatem habeat, dicendum videbatur: quemadmodum arrogatori omnium bonorum arrogati vsum- 61
fructum & commodum iure patriæ potestatis accrescit *tot. tit. inst. de acquisit. per arrogat. l. 1. C. de bon. matern. l. 6. C. de bon. quæ liber.* ita etiam parentibus vi vnionis acquiri vsumfructum in bonis vnitorum: id quod sensit Rickius *d. tract. c. 9. nu. 21.* Quæ quidem sententia licet, quamdiu alter parens vnitorum vivit, eiusque respectu æqua & vera sit, *arg. d. l. 1. & 2. C. de bon. matern.* attamen in proposito, vbi naturalis mater 62
filiæ in vivis esse desiit, & pater saltem fictitius, (cuius intuitu in filia per vnionem adscita neque 63
patria potestas, neque suitas, neque nominis transitus in familiam considerati potest secundum Ioan. Meichsnerum *decis. Cameral. 8. num. 29. versic. at vero in casu nostro. lib. 1.*) supereſt, vix ea de iure communio, quæ non nisi ratione patriæ potestatis in arrogato admittitur subsistere potest. Vtvt autem sit, quia Rickius *d. loc.* vero 64
parente defuncto nihilominus superstiti coniugi vel parenti fictitio vsumfructum ne quidem iure patriæ potestatis, sed vigore pacti, etsi nihil de eo expresse pactum conventumque sit, deberi asserit, forsan in præsenti casu similiter Reo nostro is tum adiudicare posset, si hoc ipsum de iure consuetudinario etiam obtineret adeoque Reus in prima divisione eundem sibi reservasset.

Verum cum de eo nihil certi mihi constet, & præterea eiusmodi reservatio nullibi in Actis deprehendatur, simpliciter Reum, ad communicandam sæpe dictam summam 510. florenorum, citra aliquam reservationem, condemnandum, concludo.

CASPARIS KLOCKII.

CONSILIVM CLXI.

In materia privilegiorum, Immunitatum & Exemptionum.

SUMMARIA.

1 PRivilegij *cauſa ceſſante ceſſat ipſum privilegium & num. 2. 3.*
4 Privilegia *ob perſonæ qualitatem inducta non videntur deberi, qualitate perſonæ remota vel exſtincta.*
5 Profeſſores, *alijque Academici ſi negocientur mercimonia exerceant, privilegiis excidunt; & num. 6. Removetur hoc dubium num. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. & num. 78.*
7 Magiſtri Epiſtolarum, *ſive Secretarij civilium munerum ſunt exortes.*
8 Hoſpitatio militum *realibus, non perſonalibus, oneribus annumeratur.*
9 Eius eſt adimere, *cuius eſt dare & concedere.*
10 Magiſtratus municipalis *ſibi ipſi jus dicere non poteſt; & num. 11.*
12 Nemo *poſſeſſione ſua de facto privandus.*
13 Iudex *ita inhibere non debet, vt quis poſſeſſione ſua deſlituatur, vel ea vti prohibeatur. & num. 14.*
15 Allegans poſſeſſionem alicuius juris *non debet manuteneri lite pendente, niſi productione tituli juſtificet poſſeſſionem ſuam; Ratio num. 16.*
17 Exemptio *ab eo probanda eſt, qui in ea ſe fundat,*
18 Iuris reſiſtentia vehemens *in iure & foro multa ſingularia operatur: & nu. 19.*
20 Magiſtratus municipalis *duntaxat conſilij publici jus, & rerum ad civitates pertinentium curam & adminiſtrationem, non etiam juriſdictionem habet.*
21 Civitates & municipia *priuatorum loco ſunt.*
22 Præeminentia *Vrbi Romæ juriſdictionem tribuit.*
23 Præſcriptionis *legitimæ Requiſita quanã ſint.*
24 Subditis *jura Superiorum vſurpare non licet.*
25 Subiectio *eſt cauſa omnium onerum & Collectarum impoſitionis; qua ceſſante ceſſat Collectarum impoſitio n. 28.*
26 Liber *à cauſa, liber etiam eſt ab effectu.*
27 Extenſio *in oneribus de perſona ad perſonam non admittitur.*
29 Exſimbus *arguuntur media.*
30 Principes *Germaniæ immunitatem à Collectis aliiſque oneribus concedere poſſunt, etiam in præiudicium aliorum num. 31. Ratio aſſignatur n. 32. 33. 34. & 35.*
36 Paria *ſunt, exemptum vel extra territorium eſſe.*
37 Privilegium *conceſſum certo generi perſonarũ, ad alias perſonas privilegiatas non porrigitur.*
38 Sola poſſeſſio bonorum *non facit ſubditum.*
39 Subditus *quis proprie dicatur? & num. 40.*
41 Fidelitatem *jurare quis non cogitur, qui poſſidet bona in alieno territorio: & n. 42. 43.*
44 Bona allibrata *& Æſtimio inſcripta quamprimum ad Eccleſiam perveniunt, ipſo jure ſunt immunia.*
45 Mutata perſona, *mutatur condicio rei; & num. 46.*
47 Privilegia principum *latiſſime interpretanda.*
48 Immunitas *alicui conceſſa trahitur & extenditur ad bona poſtea quæſita, & novam oneris impoſitionem.*
49 Tributa *& onera rei inhærentia etiam à non ſubditis ſunt ſubeunda & cenſitoribus præſtanda.*
50 Tributa *vetera ædibus inhærentia augeri nequeunt; & num. 51. 52.*
53 Salaria *Secretariorum exigua.*
54 Privilegia *Secretariis conceſſa recenſentur hoc & num. 55.*
56 Verba, in keinerley Weiſſe oder Wege *quid denotent?*
57 Perſonæ *ſtatus & condicio ex rebus non immutantur.*
58 Comites & nobiles *certorum bonorum reſpectu in realibus Principi alicui poſſunt eſſe ſubiecti, & tamen aliqua bona ab omni ſubiectione liberajure proprio poſſidere poſſunt.*
59 Contraria *non ſunt, eſſe in libertate reſpectu vnius, & in ſeruitute quoad alium.*
60 In territorio *poteſt eſſe locus exemptus.*
67 Nobiles *an per exercitium Mercaturæ privilegium nobilitatis amittant? & n. 68.*
77 Privilegijs *ſuis privandus eſt, qui derogat alienis.*
79 In caſu mixto *dignius & principalius prævalere debet; & n. 80. 81. 82. 83. & 85.*
86 Forum ſortiri *aliud eſt, & aliud, Subditum eſſe.*
87 Iuramentum, *quod Magiſtratui municipali præſtatur, ad onera realia & mere patrimonialia reſtringendum.*
88 Onera realia *præſtare tenetur ædium dominus & poſſeſſor.*

SVFFRAGANTE IEHOVA.

DJe mir zugeſchickte Fragmenta Actorum hab ich mit angelegenem Fleiß perluſtrirt, vnd befunden/daß darin die vornembſte Beylagen/ als weyland Herrn Hertzog Ernſts zu Braunſchweig vnd Lüneburg/ꝛc. Anno 1605. ertheiltes Decretum oder Privilegium Immunitatis, ſo wol auch die lit. M. bemerckte vnd zu mehrer Information hochnöthige Copey deß Bürger-Eyds/ darauff ſich die jüngſt einkomne Refutation-Schrifft Punctlich referirt, darinn ermanglen.

Nichtsdoweniger vnd damit Herrn Conſulenten vrthätlich zuverſpüren/ daß ich jhnen mit meinem ringfügigen Dienſten nicht entgehen/ ſondern ſo viel die Zeit vnd andere obligende Geſchäffte zugeben/ juxta peritagern willfahren wollen/ ſo hab mein Bedencken vnd Gutachten hiermit kürtzlich eröffnen wollen. / vnd wird cardo negocii hierauff fürnemblich beruhen/ daß zwey caſus diſtinguirt vnnd die darauß entſpringende Fragen in etwas examinirt vnnd abgehandelt werden.

Die

Die Erste Frag beruhet darauff / ob die jenige Secretarien vnd Cantzleyverwandten / welche das Bürgerrecht nit gewonnen / oder dingpflichtige Güter an sich gebracht / gleich andern gemeinen Bürgern / dem Rahtzu C. vnderworffen / vnd consequenter alle onera realia & personalia indistincte zu agnosciren schuldig / oder von denselben / vermittelst der producirter Fürstlicher Privilegien gentzlich befreyet seyn?

Alldieweil aber auß der andern Frag decision vnd Erörterung Sonnenklärlich herfür bricht / daß ermelte Herrn Consulenten vermög deß geleisteten juramenti assecurationis & fidelitatis von denen pro tempore regierenden Landes Fürsten jhre ohnmittelbahre dependentz haben / dahero gedachter Raht / tanquam Municipalis Magistratus über sie einzige jurisdiction mit Fug vñ Bestand Rechtens zu prætendiren oder anzuziehen nicht befugt / vnd also cessante causa impositionis onerum, quæ est Iurisdictio, der effectus, videlicet ipsa onerum impositio & Exactio, nicht erfolgen kan / als hab für ohnnötig ermessen / mich bey Abhandlung dieser Quæstion lange auffzuhalten / darumb ich alsbald zu der andern Frag schreiten thue / welche hierauff Hauptsachlich bestehet;

Ob nemblich die jenige Secretarii oder Cantzleyverwandte / so Bürgerhäuser oder andere dingpflichtige Güter titulo pro hærede Dotis, Conductionis vel simili an sich gebracht / vnnd auff abgelegten Bürger-Eyd / Brawer vnnd andere Bürgerliche Nahrung bißhero getrieben vnd noch treiben / sich dadurch deß Raths vermeynter Iurisdiction vnd Botmäßigkeit dero gestalt vndergeben / daß sie sich der Fürstlichen Privilegien verlustig gemacht / vnd deren ohngeachtet / von ermeltem Rath (1) zur Wachtbestellung oder Wachtgelde / (2) Musterung (3) Einquartirung der Soldaten (4) Schoß (5) Anricht: vnd Auffführung der Newenwercke / in: vnnd außerhalb der Vestung Zell / vnd in Summa (6) zu allen andern Bürgerlichen Vnpflichten / den sämptlichen Bürgern vnnd Einwohnern gleich / indistincte verbunden seyn?

RATIONES DVBITANDI.

SOlche leste Frag mit geflissener kürtz omissis generalibus (quæ practicum sensum non satis illuminant) & absque allegationum pompa decisive zuerledigen / möchte es erstes Anblicks wol das Ansehen gewinnen / ob wehre erwehnter Raht dessen gnugsamb ermechtigt vnnd berechtigt / seytemahl die Rechte vnd dero bewehrte Lehrer / dahin einhelliglich außschlagen / Quod in quovis privilegio attendenda sit proxima & immediata causa concessionis. Et quod causa privilegii cessante cesset ipsum privilegium *l. Athletha. §. 1. l. Geometræ. ff. de excusat. tutor. l. Titia. §. vsuras. ff. de legat. 2. cum similib.* Cravetta. *consil. 170. n. 1.* Ioan. Bapt. Costa. *consil. 18. n. 17.* Hondedæ. *consil. 81. num. 59. vol. 1.* Thoming. *consil. 4. num. 27. vol. 2.* Surd. *tract. de aliment. tit. 8. privileg. 2. n. 17. & seq. & privil. 11. n. 5. cod.* 1

Nun haben weyland Herr Hertzog Ernst am 31. Martij Anno 1605. Herr Christian den 31. Martij Anno 1632. Herr Augustus 14. Aprilis Anno 1636. vnnd jetzregierender Herr Hertzog Friederich alle Gebrüdere vñ Hertzoge zu Braunschweig vnd Lüneburg / ꝛc. die Herrn Consulenten von obspecificirten vnd allen andern oneribus ordinariis & extraordinariis darumb vnd der Vrsach fürnemblich eximirt, vnnd jhnen solche Privilegien, Immuniteten, Frey vnd Gerechtigkeiten gnädig indulgirt vnd ertheilt / daß sie bey jhren Fürstlichen Regierungen / jhrer täglichen vnnd stetigen Auffwartung von nöthen gehabt / vnd noch haben / vnd daß die sämptliche Secretarij vnd Cantzleyverwandte vff Fürstlicher Cantzley in stetswehrenden Diensten begriffen / auch zu Zeiten in andern Fürstlichen geheimen vnd hochangelegen Sachen emploirt vnd bemühet seyn / derentwegen / vnnd damit sie jhre anbefohlene Ambtsgeschäffte desto baß verrichten mögen / sie jetzangeregter Immunität vnd Exemption bißhero genossen vnd annoch geniessen. 2

Demnach aber etliche auß jhrem Mittel Bürgerliche Häuser vnd dingpflichtige Güter an sich gebracht / Brawer: vnnd andere Bürgerliche Nahrung geführet / vnd also nunmehro nicht so fleissig auff der Cantzley auffwarten / vnnd jhre Schuldigkeit erweisen. So kan à contrario sensu beständiglich inferirt vnd geschlossen werden / daß sie sich per exercitium negociationis dero Fürstlichen Privilegien vnnd Immuniteten vnwürdig vnd verlustig gemacht / & quod privilegia ob personæ qualitatem inducta non videantur deberi, qualitate personæ semota vel exstincta vel alterata. Vnde & Professores, alioſque Academicos, si negocientur & mercimonia exerceant, privilegijs & immunitatibus se facere indignos, diserte probat Imperiale rescriptum *in l. qui sub prætextu C. de SS. Eccles.* Nam privilegia Academicis ob qualitatem dantur, in eo consistẽtem vt literis sive literariæ negociationi operam sedulã impendant. Proinde qui hanc qualitatem exuit, hic se ipsum immunitatibus privat. 3 4 5 6

Nebenst deme vnnd fürs Ander / wird in facto berichtet / daß etliche Secretarij den Bürger-Eyd abgelegt / vnd sich dardurch tam respectu personarum, quam rerum deß Raths Iurisdiction vnd Botmäßigkeit vnderworffen / vnd also alle vnd jede Bürgerliche onera, realia & personalia, andern Bürgern gleich / indistincte abzurichten verpflichtet seyn.

RATIONES DECIDENDI.

WJewol aber oberzehlte Rationes Dubitandi keines schlechten Ansehens / sondern dermässen scheinbar seyn / daß sie den Richter etwas irr vnd zweiffelhafft machen möchten / jedoch vnd in reiffer Erwegung aller dißfals mit einlauffender Vmbstände / will mich bedüncken / daß / wann schon etliche auß der Herrn Consulenten Mittel / das Bürgerrecht gewonnen vnnd darauff in Bürgerhäusern Bürgerliche Gewerb vñ Handthierung mit brawẽ oder sonst für sich oder durch jhre Weiber / Diener oder Gesinde treiben vnd üben / Jedannoch jhre vermittelst Fürstlicher Privilegien erlangte Immunität vnnd Freyheit darumb nicht verlieren / sondern allein respectu ædium negotiationi cerevisiariæ vel alij ejusdem generis destinatarum vnd wegen der dingpflich-

tigen Güter/welche ſie hæreditatis, locationis aliove titulo lucrativo vel oneroſo acquirirt, die gewöhnliche Vnpflicht gleich jhren Nachtbarn vnd andern Bürgern vnd Einwohnern zuleiſten vnd abzurichten ſchuldig/ aber von übrigen publicis oneribus atque oneribus perſonalibus & realibus gentzlich eximirt vnd befreyet ſeyn.

7 Dann Erſtlich vielbeſagte Conſulenten nicht allein vermög allgemeiner beſchriebener Rechten per text. *in l.* 11. C. *de excuſat. muner.* ſondern auch vermittelſt obangezogener Fürſtlicher Privilegien von der Wacht/Muſterung/ Einquar-
8 tirung der Soldaten (Quæ hoſpitatio militū nō perſonalibus, ſed realibus accenſetur oneribus *l.* 3. §. *munus hoſpitis l. fin.* §. *pen. ff. de muner.* Natt. *cōſ.* 158. *n.* 7. *& cōſ.* 409. *n.* 3. *& cōſ.* 434. *n.* 1. Fulv. Pacian. *conſ.* 5. *n.* 15. *& conſ.* 26. *n.* 86. Anton. Faber. *in Cod. deciſ. forens. lib.* 9. *tit.* 29. *definit.* 26. Caſp. Anton. Theſſavr. *deciſ. forenſ. cap.* 93. *n.* 7. Coſta *de ratione Ratæ q.* 158. *n.* 8. Marc. Antonin. Macerat. *lib.* 1. *var. reſolut. in n.* 18. Martin. Mager. *tract. de Advocat. armat. cap.* 10. *n.* 225.) vnd andern oneribus ordinariis & extraordinarijs auß gewiſſen/ erheblichen vnd rechtmäſſig fürtringenden motiven liberirt ſeyn/ Worauß dann folgt/ daß ſolche Immunität jhnen durch bemelten Rath de facto nicht entzogen oder lediglich abgeſtricket werden
9 kan/ Cum eius tantum ſit adimere, cuius eſt dare & concedere *l. is poteſt cum ibi notatis. ff. de acquir. vel amittend. hæred.* Inprimis vero Senatus
10 municipalis ſibi ipſi jus non dicere vel ſuo officio abuti cœcumve conſultorem agere, & ab executione incipere, ſed publici iuris tutelam in medio conſtitutam eligere, & perſonas ſuas legi inanimatæ ſubjicere debet *l. exſtat. ff. quod met. cauſ. l. nullus. C. de Iudæis. l. ſi quis in tantam. C. unde vi.*

Weiln aber/ deſſen ohngeachtet/ mehrgemelter Rath zugefahren/ vnd Port/ Richters vnd Executorn Stelle zugleich vertretten / obernente
11 Fürſtliche ex juſta & rationabili cauſa ertheilte Privilegia zu nicht geringem deſpect vnnd Verkleinerung dero hohen Landes Fürſtlichen Obrigkeit vermeſſentlich zu infringiren/ vnd gleichſamb übern hauffen zu werffen / vnd die Herrn Conſulenten in geſambt vnd ohn Vnderſcheid/ ſie ſeyn Bürger geweſen oder nicht/ zu Ableiſtung der Bürgerlichen Vnpflichte anzuſtrengen ſich gelüſten laſſen/ Als iſt jhnen auff Fürzeigung berürter Privilegien ſich aller turbation zuenthalten vnnd ſie bey jhrem erſeßlich hergebrachten Immuniteten vnd Freyheiten geruhiglich zulaſſen/ auch die zur Vngebühr abgenomne Pfande ohnentgeltlich zu reſtituiren ſub certa & gravi pœnabillich anbefohlen worden/ bey welcher Libertät ſie auch continuirlich manutenirt vnnd biß zu ordentlichen Außtrag Rechtens von Obrigkeit vnd Ambtswegen defendirt vnd erhalten
12 werden müſſen/ Eſt enim hoc juſtum & regulare, ne quis poſſeſſione ſua de facto privetur *c.* 5. *de reſtit. ſpoliat.* ne quidem à Magiſtratu *c. conquerente. eod. tit. d l. exſtat. ff. quod met. cauſ.* Menoch. *remed.* 3. *recuper. num.* 3. Ioſeph. de Sele *tract. de Inhibit. c.* 6. §. 2. *num.* 6. Aldovin. *conſi.* 43. *num.* 3. Alvar. Valaſc. *deciſ.* 191. *num.* 3. Et judex ita in-
13 hibere vel præcipere non debet, ut quis poſſeſſione ſua deſtituatur, vel captis pignoribus (uti hic factum) ea uti prohibeatur text. *in c.* 2. §. *fin. ubi gl.* & Canoniſtæ *de reſtitut. in integr.* Capyc. *deciſ.* 72. *per tot.* Zaſ. *conſi.* 12. *nu.* 6. *vol.* 2. Gail. 1. *obſ.* 145. *n.* 1. 2. *& ſeqq.*

An welchem allem dann fürs Ander gegen-
14 wertigen Falls deſtoweniger zu zweiffeln iſt/ daß die Herrn Conſulenten jhre ohn Vnterbruch hergebrachte poſſeſſionem vel quaſi Libertatis, Immunitatis & Exemptionis mit Fürſtlichen Privilegien, darauff verſchiedentlich ergangenen/ Reſcriptis, Decretis, Beſcheiden/ vnnd Befelchen/ vnd alſo vermittelſt rechtmäſſigen vnd wolbeglaubten Titulis in continenti beſcheinen vnd juſtificiren könnē/ auch jhre intention in gemeinen beſchriebenen Rechten notorie radicirt vnd gegründet/ hingegen aber deß Raths attentata, turbationes vnd gewaltſame proceduren vnnd Thätlichkeiten juribus communibus Cæſareis, Pragmaticis Imperij Sanctionibus, Ducalibus Priuilegijs longævæ Obſervantiæ, mori maiorum, & inveteratæ atque invariabili conſvetudini, ac denique poſſeſſioni titulatæ diametraliter vñ ſchnurſtracks zuwieder lauffen vñ alſo viele rechtliche præſumptiones dem Collegio Secretariorum aſſiſtiren, aber dem Raht zu C. reſiſtiren,
Quo caſu adamantina à Dd. conficitur conclu-
15 ſio, quod allegans poſſeſſionem alicuius iuris nō debet manuteneri lite pendente, niſi productione tituli juſtificet poſſeſſionē ſuā *c. cū perſonæ c. ad decimas. de reſt. ſpol. c. 1. de præſcript. in* 6. *l. vis eius.* 15. C. *de probat.* Cæſ. Cōtard. *in l. diffamari.* C. *de ingen. & manum. c.* 4. *n.* 26. Alvar. Valaſc. *de jure Emphyt. q.* 8. *n.* 27. Hartman. Piſtor. *quæſt. feudal. li.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 46. *n.* 6. *& ſeq.* Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 20. *num.* 26. *& ſeqq. & num.* 48. *& n.* 50.
Hæque Regula ſvadetur ratione viva: Quia
16 cum ius commune præſumat contra talem poſſeſſionem, reputando eam iniuſtam, vitioſam &c. & ſic adſiſtat vni, & reſiſtat fortiter alteri, inde fit, vt ex ſola poſſeſſione (cum hæc precaria præſumatur Menoch. *conſil.* 307. *n.* 61. Virgin. de Bocat. *de manut. in poſſ. c.* 9. *num.* 4.) abſque probatione tituli non debeant huiuſmodi poſſeſſores defendi, niſi poſſeſſionem, quam aſſerunt, iuſtificent, exhibendo titulum ſaltem coloratū, vel probando immemorialem præſcriptionem. Indeque ſi quis ſe exemptum fatagit, juris reſiſtentia vehemens, documentum Exemptionis poſcit; & in ſpecie de exemptione vel privilegio
17 docere cogitur qui in ea ſe fundat, efficitque fundata intentio, vt non obſtante Exemptionis prætenſione, Dominꝰ Territorij contra pſeudo exemptos iuriſdictionem exerceat, donec Exemptionem legitime deducant, etiamſi ſint in quaſi poſſeſſione. Iuris enim reſiſtentia ve-
18 hemens multa ſingularia in iure & foro conſtituit, & inter alia potiſſimum duo operatur. Vnum eſt, vt cogatur quis oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, quam prætendit habere contra juris diſpoſitionem Capyc. *deciſ.* 77. Rebuff. *de mater. poſſeſſor. art.* 1. *gl.* 1. *n.* 21. Curt. Iun. *conſil.* 90. *num.*

num. 2. Knichen *de jure territor. cap.* 5. *num.* 156. *& seqq.* Cardinal. Thusc. *pract. conclus. lit. P. conclus.* 439. *num.* 5. vbi etiam hanc regulam, possessorem scilicet non teneri docere de titulo suæ possessionis, limitat eo casu, quando Actor probasset intentionem suam contra Reum possessorem, quia tenetur docere de titulo suo. 19 Alterum est, quod ille, cui resistit ius commune, non sit manutenendus in possessione, lite pendente, adversus alterũ litigantem cui jus adsistit præterquam si titulum exhibeat, vel immemorialem probet præscriptionem *d. c. cum persona.* Bossius *tract. de principe n.* 235. Capyc. *d. decis.* 77. Ioseph. de Sese *tract. de Inhibit. cap.* 5. §. 10. *nu.* 33. *& multis seqq.* Thusc. *in lit. P. concl.* 441. *num.* 16.

Zu deme vnnd Drittens ist in confesso vnnd männiglichen bekant/ daß die Cantzley Secretarien deme pro tempore regierenden Landes Fürsten nicht allein das Homagiale assecurationis, sondern auch fidelitatis sive officii juramentum jederzeit præstirt, vnd also tam ratione personarum quam rerum keinen andern/ als hochermelte Ihre Fürstl. Gnad. für jhre hohe vnd ordentliche Obrigkeit in schuldiger Devotion vnnd Gehorsamb vnderthänigklich recognoscirn, respectiren/ ehren vnd halten/ keines weges aber dem Rath zu C. subiect oder vnterworffen seyn/ Zumahln derselb/ tanquam Magistratus municipalis, de jure communi ordinariam jurisdictionem 20 nicht exerciren kan/ noch derselben capabel oder fähig ist/ sondern allein consilii publici jus vnnd rerum ad civitates pertinentium curam hat/ *l.* 1. *& tot. tit. ff. de Decurionib.* cum aliis citatis ab Ernesto Cothmanno *consil.* 47. *n.* 117. *lib.* 3. Cum 21 ipsa municipia & ciuitates privatorum loco sint *l. cum qui & seq. ff. de verb. signific.* Vnde Municipium jurisdictionem sibi competere dicens, non tantum jurisdictionem, sed & Iurisdictionis titulum, & causam iustam & legitimam probare, eamque ab initio præscriptionis cœptæ demonstrare tenentur Surd. *consil.* 286. *num.* 6. Cothman. *d. consil.* 47. *n.* 124. Causæ vero Iurisdictionem legitime probandi sunt (1) vel jus Præeminentiæ (provt præeminentia urbi Romæ Iurisdictionem tribuit *in l.* 1. §. *cum vrbem. ff. de offic. præfect. urb.* Cui oppidum C. par esse nequit) vel concessio Principis, vel præscriptio & consuetudo.

367 Diſpoſitio *quæ non poteſt verificari niſi in vna ſpecie vel in vno individuo dicitur vere & proprie ſpecialis vel ſingularis.*

368 Referens *declarandum & intelligendum eſt ſecundum relatum. idem continere debent.* 396.

369 Verbum *indulgemus quid importet.*

370 Res *magis quam verba aut nomen attendi debet.*

371 In diſpoſitionibus *nihil de verbis curandum eſt, quando de mente diſponentis conſtat.*

372 Iura feudalia *maſculos etiam remotiores præferunt fœminis.*

373 Privilegium *appellari poteſt quicquid emanat à Principe ſecundum quoſdam.*

374 Satius eſt verba *haberi pro ſupervacuis, quam vt diſpoſitio nihil operetur.*

375 Fraus *non præſumitur.*

376 Interpretatio *ſemper capienda eſt, quæ ſit ſecundum rei ſubiectam naturam. Ampliatur, ib.*

378 Interpretatio *illa capienda eſt, quæ proxime accedit ad ius commune.*

379 Interpretatio *illa in dubio ſumi debet, qua vtrique parti & caſui ſatisfiat.*

380 Beneficia *& privilegia in commodum & vtilitatem impetrantium interpretanda ſunt. Ampliatur ib.*

381 Interpretatio *certior præferenda eſt.*

382 Illa opinio *per quam ius alterius conſervatur potior & favorabilis eſt.*

383 Nulla clauſula *refertur ad ea quæ expreſſam & claram habent determinationem. Vel in quibus refragatur mens diſponentium, n. ſeq. Vel ſine quibus intentio diſponentis effectum ſortiri poteſt.* 385.

386 Abſurda *quæ dicantur? Abſurditas ſemper evitanda eſt. nu.* 387. *Quomodo eius vitandæ cauſa interpretatio facienda, & quantum liceat. n.* 388. *Hæc interpretatio eſt intrinſeca. n.* 391. *Nec ſtatuto vel jure civili tolli poteſt. n.* 393.

389 Argumentum ab abſurdo *ſemper valet. Admittitur etiam contra piam cauſam.*

390 *Sufficit allegare* abſurdum *licet auctoritate non probetur.*

394 Interpretatio *illa facienda eſt, quæ à ſapientibus iure reprehendi non poteſt.*

395 Excluſio *omnis habetur odioſa & punitiva, eoque quantum fieri poteſt reſtringenda eſt.*

397 Cautela *abundans non nocet. & n.* 428.

398 Verbum ſolleñ *imperativum eſt. Diſpoſitivum eſt n.* 441.

399 Dictio wie obgemelt *repetit omnia de quibus ſupra eſt facta mentio.*

400 Clauſulæ: *Si Dominus feudi conſentiat, neceſſitas.*

401 Dominus *ſuperior & Dominus feudi differunt.*

402 Habito fine *non curamus de modo & mediis ad eum ducentibus.*

403 Verba *potius pro ſupervacuis habentur, quam vt contra voluntatem diſponentis aliquid ex iis inferatur.*

404 Ius quæſitum *detur confirmato non confirmationi.*

405 Confeſſio *propria adverſarii probationum omnium eſt optima & certiſſima.*

406 Beneficii Principis *natura eſt, vt latiſſime ſis interpretandum.*

407 Maſculorum incluſio, *eſt fœminarum & omnium ex ipſis deſcendentium excluſio; & contra n.* 479.

410 Fœmina *eſt finis familiæ ſuæ.*

411 Verba *in dubio cenſentur demonſtrative non taxative prolata.*

412 Regula: *vnius incluſio eſt alterius excluſio in quibus caſibus fallit.*

413 *Vt* gradus ſequens *admitti poſſit, neceſſe eſt gradum præcedentem ſucceſſionis eſſe capacem.*

414 Deſcendentes *ex fœminis etiam dici poſſunt de genere & familia eius à quo mater originem trahit.*

415 Maſculorum *appellatione maſculi ex fœminis nati veniunt, cum ratio ſanguinis eſt habita, vel maſculi ratione fœminæ alicuius vocati ſunt.*

417 In feudis *fœmineis etiam mares præferuntur fœminis.*

419 *Dum ſuccedant* maſculi, *fœminæ tamen ius ſuccedendi, & ſpem ſucceſſionis realis ſive actualis in defectum maſculorum retinent.*

420 Fideicommiſſo familiæ *relicto, & perſonis aliquibus expreſſim nominatis, nominatio iſta nominatis ſolum tribuit ius prælationis, ſive præcedentiam ſucceſſionis.*

421 Nomen & arma *ſive inſignia non tranſeunt ad cognatos, ſed cum vltimo familiæ intereunt. Nominis & armorum aſſumptione conſervantur familiæ velut adoptione. n.* 422.

423 Iuſtius poſſidet, *qui pluribus nititur titulis. Licet idem ex pluribus cauſis noſtrum eſſe non poſſit, deberi tamen ex pluribus cauſis ſive titulis poteſt. n.* 424. *Nemo prohibetur duplicare titulum ſui iuris n.* 425. *licet ex pluribus titulis agere, etiamſi vel vnus probetur.* 426.

427 Duo vincula *plus ligant, quam vnum.*

429 Confirmatio *Principis ad quid vtilis.*

430 Teſtamentis *confirmantur & roborantur contractus.*

431 Teſtamentis *non tantum inducitur, ſed & renovatur ius primogenituræ.*

432 *Valet* alienatio feudi *inter vivos vel in vltima voluntate à vaſallo ſine conſenſu Domini in vocatos etiam remotiores, ſi proximiores conſentiant.*

433 Eccleſia *proximiores non habet.*

434 Graduum *interruptio neque vulgarem neq; fideicommiſſariam ſubſtitutionem permittit ſed vno vel altero gradu deficiente ſubintrat vlterior.*

435 Subſti-

435 Subſtitutiones fideicommiſſariæ *ſunt, quas Princeps tales eſſe jubet.*

436 Clauſula codicillaris *multum operatur ad fideicommiſſa inducenda.*

437 Prohibitio diviſionis & alienationis *pro conſervanda familia facta arguit fideicommiſſum. & n.442. Declaratur n.443.*

438 Verba daß die Güter vnzertheilt beyeinander bleiben *arguunt prohibitionem diviſionis & alienationis. & 561.*

439 Prohibitio *ſæpe fit per verba affirmativa. Imo interdum fortius operantur verba affirmativa, habentia in ſe privationem, quam negativa. n.440.*

444 Sola voluntas, *quod bona conſerventur in deſcendentes, vel in familia, abſque prohibitione alienationis, inducit abſolutum fideicommiſſum.*

446 Maſculinitatis *frequens repetitio fideicommiſſum importat. Ampliatur num.447.*

448 Diſpoſitio *de dotandis fœminis fideicommiſſum inducit.*

449 Prohibitio Trebellianicæ *deducendæ arguit fideicommiſſum.*

450 Conditio, *Si ſine liberis, fideicommiſſariæ ſubſtitutioni convenit.*

451 Verba, *pro ſe & hæredibus ſuis, fideicommiſſariam ſubſtitutionem important.*

452 Subſtitutio *perſonarum nondum conceptarum eſt fideicommiſſaria.*

453 Verba *tranſeant, deveniant, devolvantur,* fallen / *remaneant, unus ſuccedat alteri, important fideicommiſſum.*

454 *Quando* jus quæſitum *vni tranſit in alterum ſubſtitutio ſemper eſt fideicommiſſaria. Ex certo eventu vel cauſa. n.457.*

455 Subſtitutio *facta poſt mortem, vel mentione mortis facta, vel cum dictione importante tractum temporis ſucceſſivum ſemper eſt fideicommiſſaria. Tacitus tractus ſufficit, nec eſt neceſſe fideicommiſſum nominari. num. 458.*

456 Ordo ſucceſſivus *fideicommiſſum præſumi facit.*

459 *Quando* bona illuſtria & ſoluta conſervari in familia *prohibentur alienari, tunc præſumitur fideicommiſſum. Nudum conſilium ex rerum qualitate ſufficit n. 460. Exemplum in caſtris & iuriſdictionibus. n. 461. In talibus hoc caſu maſculi in infinitum ſuccedunt num. 462. Exempla ib.*

463 Verba Eheliche Erben Mannßgeſchlechts *ſtricte de deſcendentibus intelliguntur. In lata ſignificatione pertinent etiam ad heredes ſanguinis. n.464. Argumenta quibus id probatur. n.466.* Verbum Mannßperſonen *eſt appellativum, plurale, indefinitum & collectivum. 472.*

465 Diſcrimen *eſt inter* Eheliche Erben & Leibes Erben.

467 In Fideicommiſſo *vocato aliquo eiuſque heredibus deſcendentibus non requiritur, quod deſcendentes ſint etiam hæredes. Maxime ſi res in teſtamento alienari prohibita eſſet, vel teſtator vocaſſet hæredes maſculos. n.468.*

469 In fideicommiſſis *ſtricte loquendo ſuccedit teſtatori, large gravato.*

470 Fideicommiſſum *extenditur de perſona ad perſonam, qua ſub verbis late ſumptis poteſt contineri. Imo etiam ex veriſimili, cum aliquo modo perſona non poteſt comprehendi. n. 471.*

473 Suppletio in fideicommiſſis *& ſubſtitutionibus quando eſt permiſſa, & n.498.*

474 Poſita *in eadem diſpoſitione pariformiter ſunt accipienda.*

475 Connexorum *eſt idem judicium.*

476 Diverſitas *non admittitur circa eandem rem.*

477 Heres *cenſetur eadem perſona cum defuncto. Ampliatur ib.*

478 Suppletio *fieri debet ad evitandam contrarietatem.*

480 Ex gravamine *iniuncto cenſetur inducta honoratio ſive vocatio. Maxime ſi alia coniectura concurrat. n. 481. vt ſi præcedunt verba enunciativa quæ per ſe non ſufficiunt ad inducendum legatum vel fideicommißum. 482.*

483 *Sublatis hodie formulis* fideicommiſſa *quibuscunque verbis & probabilibus coniecturis inducuntur. Etiamſi verba deficiant, vel fideicommiſſo inducendo non conveniant 484. etiam ex mente teſtatoris fideicommiſſum inducitur. n.485. ampliatur ib. In fideicommißis mens & voluntas maxime dominatur. 518. 521. Fideicommiſſum inducitur ex eiuſmodi verbis, quorum vis citra fideicommißi conſtitutionem evaneſceret. n.489.*

486 *Is quoque legatarius vel* fideicommiſſarius *cenſetur cuius contemplatione relictum eſt.*

487 Extenſio in fideicommiſſis *ex coniecturis fit ad perſonam non expreſſam. & n.491. 525. Etiam in inſtitutionibus. 537.*

488 Fideicommiſſum *quod ſemel habuit principium, multo facilius ne intercidat durare præſumitur.*

490 *Durante ratione vel cauſa, durat etiam diſpoſitio vel effectus.*

492 Fideicommiſſum *injunctum primis cenſetur repetitum in ſequentibus*

493 Acceptatione *& retentione litterarum plene probatur conſenſus acceptantis & retinentis.*

494 Actus *præſumitur factus ab eo vel ad inſtantiam illius, cuius intereſt eum fieri, vel à quo fieri debuit.*

495 Voluntas *teſtatoris etiam aliunde, quam ex teſtamento probari poteſt.*

496 Ex reſponſione *colligimus, quid in interrogatione dictum aut cogitatum fuerit.*

497 Ex conſenſu *interpretanda ſunt prius acta.*

499 Publicæ ſcripturæ *auctoritas.*

500 Antiquæ ſcripturæ *auctoritas.*

501 Obſervantia *facit vt ſcriptura probet quæ alias non probaret.*

502 Veriſimilitudo *quid ſcripturam juvet.*

503 Scripturæ *ſunt concordandæ, & vna ex altera declaranda.*

504 Confeſſio *heredis immediati probat fideicommiſſum. Declaratur ib.*

503 Confeſſio *defuncti probat & præiudicat hæredibus & ſingularibus ſucceſſoribus.*

506 *Quando*

506 *Quando prima* ſubſtitutio *eſt fideicommiſſaria, etiam ſequens præſumitur talis.*

507 Inſtituti *& primo nominati magis dilecti præſumuntur.*

508 Proximiores *præſumuntur dilectiores quam remotiores: & nati quam naſcituri*

509 Cauſa immediata *eſt potentior mediata: & omne jus eſt potentius in cauſa quam in cauſato.*

510 Nominati *dilectiores præſumuntur quam non nominati.*

511 Primum honorato *plus quam ſubſtituto, item plus dilectiori ſemper collatum videtur. Ampliatur 512.*

513 Fideicommiſſum *magis dilecto iniunctum cenſetur repetitum in minus dilectis.*

514 Qualitas maſculinitatis *quæ adverſus filiam adiecta eſt, contra cæteras fœminas cenſetur repetita.*

515 Cauſa finalis *ſeu ratio in omnibus negociis & diſpoſitionibus magis quam verba inſpicienda eſt. Si ratio ſit generalis expreſſio pro exemplo habetur. n. 516. Generalis ratio omnes caſus & perſonas comprehendit, vt genus ſpecies. n. 517.*

519 Voluntas *colligitur ex proœmio, ratione, cauſa, qualitate rei & affectione. & n. 427.*

520 Verba *non curantur, quando de mente conſtat.*

522 Proœmia *oſtendunt cauſam ſeu rationem finalem.*

523 Dictiones *pro & vt, ſit vnd damit denotant cauſam finalem.*

524 *Regulariter* ratio *ſive cauſa præſumitur finalis: declaratur. ibid. num. 525.*

526 Ratio *de familia vel agnatione loquens, eouſq; quoad agnati ſuperſunt, extenditur.*

528 Extentio *fideicommiſſi fit de perſona etiam pro proprio nomine vocata ad proximos agnatos pro conſervanda familia. Imo non eſt hæc extenſio, ſed interpretatio intellectiva, num. 529.*

530 Diſpoſitio *teſtatoris bonis onus iniungens ad omnes ſucceſſores tranſit, per fideicommiſſum expreſſum.*

531 Plures eiuſdem gradus *collective vocati ſimul admittuntur.*

532 Dictio für vnd für *præciſa eſt, & tractum temporis ſeu infinitatem denotat. Conceſſio his & ſimilibus verbis facta realis eſt, & de perſona ad perſonam cum re tranſmittitur, n. 533. Fideicommiſſum hæc verba inducunt & quale 540.*

534 Verbum bleiben *perpetuitatem denotat, nec admittit reſtrictionem. & n. 541.*

535 Verba *in quacunque diſpoſitione etiam ſtricta odioſa & pœnali cum effectu accipi debent. Verba ſic interpretanda ſunt, vt in diſpoſitione ea comprehendantur, quæ alioquin non comprehenderentur. n. 536. ſemper accipienda ſunt vere, proprie & naturaliter, & in pleniore ſignificatione num. 537. & 538.*

539 In teſtamentis *pleniùs voluntates teſtantium interpretantur.*

542 Conſervatio familiæ *plures ſubſtitutiones continet, alias eſſet fruſtratoria.*

544 Superior *poteſt ſtipulari & acquirere ſuis ſubditis.*

545 Favore *ſubditorum vocantur maſculi, ne regantur à fœminis.*

546 Fœminarum *imperium eſt inſupportabile. Regulariter fœminæ arcentur ab imperio & iis præferuntur maſculi, n. 547.*

548 Tempus *per ſe non eſt obligationis tollendæ modus.*

549 *Cum duæ ſunt vnius diſpoſitionis* cauſæ *vel rationes, vna ceſſante propter alteram ſubſiſtentem valet diſpoſitio.*

550 Dictum Auguſtini: *Repetitio loquentis in infinitum mittit animum cogitantis.*

551 Qualitas maſculinitatis *cum excluſione fœminarum conſiderata non ſortitur effectum, niſi fideicommiſſum exiſtat perpetuum.*

552 *Si excluduntur* fœminæ, *multo magis quilibet extraneus.*

553 Ex perpetua prohibitione *deductionis Trebellianicæ perpetuum fideicommiſſum inducitur.*

554 Illuſtrium bonorum *prohibita alienatio præſumitur perpetua.*

555 In diſpoſitionibus (*maxime in teſtamentis*) *pro diſpoſitione id habetur, quod diſponens vel Teſtator interrogatus veriſimiliter diſpoſuiſſet. Ampliatur ib.*

556 Interitus familiæ *ſuæ cuique lugubris eſt.*

557 Quilibet *præſumitur appetere honorem & incrementum ſui ſtatus, familiæ & agnationis: maxime Nobiles. Hoc viri prudentis ſtudium eſt. num. 558. Laudabile & publice ac privatim vtile. n. 559.*

560 Maſculi *magis dilecti præſumuntur, quam fœminæ, & quare?*

561 Verbi vnzertheilt *quæ ſit vis?*

562 *Ad conſervandam mentem* verba *offendi & non curari, omiſſaque ſuppleri debent.*

563 Fideicommiſſa *deducenda, conſervanda, & interpretanda ſunt ex voluntate dignitate & condicione eius qui fideicommiſit.*

564 In teſtamentis *ex propoſito teſtatoris facienda eſt interpretatio. Ampliatur ib.*

565 Inducta *ad augmentum non debent operari ad diminutionem.*

566 Inducta *ad finem extenſionis non debent operari ad derogationem.*

567 *Erga eum quem quis de facie non novit, non poteſt argui* ſingularis affectio.

568 Æqualitatis *gratia ſæpe teſtatoris diſpoſitio ampliatur & reſtringitur.*

569 Ob æquitatem *iudicatur quandoque pro ſubſtitutione quæ alias exſpiraret.*

570 Æquitas *in omnibus ſequenda eſt. Ampliatur ib.*

571 Fideicommiſſa *favore familiæ introducta in excellenti gradu favorabilia cenſentur. Ampliatur ib.*

572 Prohibitio alienationis *facta intuitu familiæ eſt favorabilis.*

574 Conie-

574 Coniectura *quæ favet agnationi præferenda eſt.*

575 *Quando apparet diſponentem* familiæ & agnationis *habuiſſe rationem, interpretatio ſemper pro agnatis facienda.*

576 Clauſulæ ſalutares: Wo der ſolenniteten halber oder ſonſten einiger Mangel were/ ꝛc. Auch der gemeinen Rechte/ ſo hinwider ſeyn möchten/ vnangeſehen/ ꝛc. *earumque efficacia.*

577 Illa *via omnium optima eſt, per quam familia ſubſtituentis Teſtatoris honeſtiſſime conſervatur.*

578 Fideicommiſſa *ad certas perſonas reſtricta ad alias non extendantur. Non habent locum in manifeſta teſtatoris diſpoſitione. n. 579. Aliæ limitationes iſtius regulæ: prima num. 582. ſecunda. num. 583. tertia. num. 584. quarta. num. 588. quinta. num. 589. ſexta. 592. ſeptima. 593. octava. 594. nona. 596. decima n. 597.*

580 In fideicommiſſo, *vt agnatio & familia conſervetur maſculi reliqui per interpretationem intellectivam includuntur.*

581 Fideicommiſſum, *quod ex verbis vel mente, ſive ex identitate rationis colligitur, expreſſum dicitur.*

585 Coniectura *à voluntate præſtat coniecturæ ex verbis.*

586 Ratio *à conſervatione familiæ ducta in infinitum valet.*

587 Vocatio *nominibus propriis facta cauſam finalem, agnationis conſervandæ cauſa non reſtringit, ſed tantum demonſtrat.*

590 Sequentia *ex præcedentibus regulanda ſunt, non contra.*

591 Antecedentis *quadruplex vis eſt, ſc. declarandi, ſupplendi, ampliandi & reſtringendi ſequentia.*

595 Fideicommiſſum *reale tranſit ad omnes, ad quos res ipſa tranſit.*

598 Fideicommiſſa *& alienandi prohibitiones vltra quartum gradum non extenduntur. Non procedit in fideicommiſſo inter deſcendentes, vel in familia, quod eſt perpetuum num 599.*

600 Exceptio *in non exceptis firmat regulam.*

601 Vox Erblich *quid importet.*

602 Declaratio *fœminæ condicionis in feudo præiudicat Domino.*

603 Variatio *dedecet principem.*

604 Sola verba *aſſertiva ſummi Principis faciunt plenam fidem.*

605 Dignitas Ducatus, Marchionatus, Comitatus *eſt qualitas inſeparabilis à Feudo.*

606 Omnis actus *omniaque verba cum effectu intelligenda ſunt.*

607 Si Imperator *locum abſque ſua autoritate extractum nominet Civitatem vel Caſtrum, eo ipſo facit.*

608 *Si ex iis, qui de titulo litigant, vnus eo adverſarium appellet, is intelligitur iuri ſuo renunciare.*

609 Argumentum *à nomine ſive nominatione bonum eſt.*

610 *Cui non convenit* definitio, *ei nec definitum.*

611 *Qui nec* rem *nec* ſpem *habent, iis Imperator interdicit titulo.*

612 Comites Palatini *improprii & abuſivi ſunt Comites.*

613 Confirmatio *facta ex certa ſcientia etiam novæ conceſſionis ius tribuit.*

614 Cæſareis *confirmationibus privilegia & renovantur & de novo indulgentur. Sola confirmatio talis ius confirmatum plene probat. num. 615.*

616 Actus *vel verba ſequentia, ſi non poſſunt operari, ut priora, operantur vt nova: & contra.*

617 Verba *conceſſionis pleniſſime probant contra Imperatorem eiuſque ſucceſſores.*

618 Verba *narrativa aſſertiva ſuper iure in re inducunt diſpoſitionem.*

619 Exemplum *in fœminis ad ſucceſſionem Feudi admittendis.*

620 Verba *enunciativa geminata probant diſpoſitionem & certam ſcientiam.*

621 Modici prætiudicij *res eſt carere vtili dominio cum rectum retinetur.*

622 Confirmationes *& conceſſiones prædeceſſorum non poſſunt ab inſequentibus Impp. revocari.*

623 Factum *à Principe ex certa ſcientia, non poteſt in dubium revocari.*

624 Clauſula: *De plenitudine poteſtatis operatur vt nihil in contrarium opponi poſſit.*

625 Clauſulæ vtriuſque: *Ex certa ſcientia, & de plenitudine, vis.*

626 Si pars *petat cum clauſula, Si ita eſt, & Princeps concedat ex certa ſcientia; videtur is de omnibus habuiſſe notitiam.*

627 Conceſſiones *& confirmationes factæ ab Imp. videntur factæ rite, recte, iuſte, ſolenniter, ex iuſta cauſa & ſervato modo & forma debita.*

628 *Ad* probandum, *id quod probatum non relevat, nemo admitti debet.*

629 *Quod* de facto *fit, attendi non debet, ſed quod de jure fieri debebat.*

630 Violenta & vitioſa poſſeſſio *non prodeſt, nec meretur nomen poſſeſſionis.*

631 Vi & *vitioſe poſſeſſione defectus haberi debet perinde, ac ſi poſſideret.*

632 Conditio *habetur pro impleta, cum per eum non ſtat, qui implere debet.*

633 Dominus *denegans inveſtituram privatur dominio directo.*

634 Nemini poſſeſſio *ſine cauſæ cognitione eſt auferenda: Ampliatur ib.*

635 Dominus *non poteſt Feudum propria authoritate occupare: ſi facit omnia iura amittit.*

636 *Cum mortuo vaſallo controverſia incidit, inter fœminam vel agnatum aliumve Succeſſorem & Dominum, de bonis defuncti, penes quem* poſſeſſio *eſſe debeat. & n. 640.*

637 Inſtrumenta publica *ſunt probationes probatæ.*

638 Petitorium *abſorbet poſſeſſorium.*

639 Dominus Feudi *civiliter poſſidet rem infeudatam.*

640 Finito feudo *Dominus civiliter & natura-*

liter

liter poßidet, ideoque poſſeſſionem libere ingredi poteſt. Negatur, n. 643.

642 Iure civilis poſſeßionis, rei feudalis poſſeſſio propria autoritate poſſeſſori non poteſt eripi.

644 Poſſeſſio non acquiritur ipſo jure ſine facto.

645 Si feudo finito alius poſſeßionem ingreſſus fuerit, is ſine cauſæ cognitione ſpoliandus non eſt.

646 Non ſequitur: Finito feudo fit conſolidatio, E. licet poſſeßionem libere ingredi.

647 Una inſtantia data, corruit propoſitio, vel tollitur conſequentia.

648 Cum fœmina vel alius ſucceſſor feudum eſſe negat, vel ſe ejus capacem prætendit, domini aſſertio de dominio ad petitorium pertinet.

649 Text. c. un. ſi de feud. def. controv. ſit inter dom. & agnat.

650 Legi vel deciſioni in terminis cedunt alia omnia argumenta.

651 Reinfeudatio feudi aperti debetur proximis agnatis mortui vaſalli, ſecundum quoſdam.

652 Bona omnia præſumuntur allodialia, non feudalia. Etiamſi per errorem quis confeſſus fuerit rem eſſe feudalem. 653. Valet etiam in bonis regalem dignitatem annexam habentibus, 654.

653 Inſtrumenta ſunt ſtricti juris & ſtricte interpretanda.

656 Inveſtituræ inſtrumento nihil cenſetur comprehenſum, quod non diſerte expreſſum eſt.

657 Incluſio unius tanquam feudalis, eſt excluſio aliorum quæ feuda non ſunt.

658 Separata bona non poſſunt pro pertinentiis & acceſſoriis haberi.

159 Majus trahit ad ſe minus: non contra.

660 A parte vel ſpecie una ad aliam non recte concluditur.

661 Argumenti à veriſimili vis.

662 Conceſſio generalis cum pertinentiis eſt incerta & obſcura.

663 Reſcripta & mandata Principis intelliguntur legaliter & cum juſtitia, ſalvo jure tertii, admittuntque exceptiones ſub- & obreptionis.

664 Commiſſarii etiam ad executionem deputati, oppoſitis relevantib. exceptionibus, executione ſuperſedere, & rem ad committentem remittere debent.

665 Imperatoris juſtitia, æquitas & bona fides.

666 Proceſſus contra non citatum eſt contra omnia jura, nec tenetur quis parere.

667 Tranſactionis requiſita ſunt, litem fuiſſe dubiam, aliquid datum & retentum, & bonam fidem interveniſſe.

668 Tranſactio ſuper re clara & certa facta non valet: ſed ipſo jure nulla eſt.

669 Tranſactio coacta inutilis eſt.

670 Ignorantia regulariter præſumitur: maxime in eo, qui abfuit à loco, ubi ſcire potuit.

671 Ob ignorantiam tranſactio eſt inutilis.

672 Ob ignorantiam prohibitionis, alienationis alienator reſtituitur in integrum.

673 Perjurii æque reus ſit, qui occaſionem perjurio præbet, atque ille, qui pejeravit.

674 Duplex prohibitio alienationis facit, ut ea etiam in caſibus alias licitis non valeat.

675 Ob enormiſſimam læſionem tranſactis eſt ipſo jure nulla.

676 Nec modica læſio à perſonis eccleſiaſticis illata probatur.

677 Eccleſiæ juſtitia, ea quæ non debet ditari cum alienâ jactura.

678 Modica læſio ſufficit in contractibus cum minorennibus.

679 Omnes contractus cum Principibus initi ſunt bonæ fidei.

680 In conſcientia non ſufficit, tranſactionem pro ſe habere.

681 Exemplum Gaufredi Normannorum Ducis, qui per ſomnium monitus eſt, ut tranſactionem iniquam annullaret.

682 In omnibus rebus origo & initium eſt inſpiciendum.

683 Malæ fidei poſſeſſor ad qualem reſtitutionem tenetur.

684 Clauſula decreti irritantis tollit & impedit omnem præſcriptionem: etiam quadragenariam & immemorialem.

685 Cum lex poſſeßioni reſiſtit, nullo temporis lapſu juvare ſe quis poteſt.

686 In præſcriptione etiam legitimi temporis titulus juſtus deſideratur.

687 Si de titulo vitioſo vel injuſto apparet, nec præſcriptio immemorialis prodeſt.

688 Titulus vitioſus vel injuſtus malam fidem arguit, quæ præſcriptionem omnem impedit.

689 Bona fides in omni præſcriptione in principio, medio & fine requiritur.

690 Qui in mala fide eſt, nullius temporis præſcriptione iueri ſe poteſt.

691 In mala fide eſt, qui habet ſcientiam rei vel juris alieni:

692 Scientia præſumitur ac probatur ex eo, quod quis inſtrumentum ſuper re vel jure confectum penes ſe habet.

693 Uſurpatione tituli præſcriptio impeditur.

694 Præſcriptio cœpta vel completa contra prædeceſſorem Vaſallum vel proximiores agnatos non nocet ſucceſſori vel ſequentibus, etiamſi hæredes priorum ſint.

695 Præſcriptio lapſa contra hæredem gravatam, vel unum ex fideicommiſſariis, non nocet ſequenti fideicommiſſario.

696 Nihil perit eccleſiaſticis utilitatibus, ſi, quæ ſunt aliena, redduntur.

Kurtzer Inhalt.

DEr Herin Graffen zu Stollberg/ ꝛc. vnd aller anderer von Frawen Annen Gräffin zu Stollberg/ ꝛc. geborner von Königſtein/ ꝛc. Graff Eberhards von Königſtein / ꝛc. Schweſter / deſcendirender Manns- vnnd Weibs-Perſonen fundamenta, capitalia ſeu principalia ſeynd die vhralte obſervantz. Dieweil die Reichs-Lehen durch eine Müntzenbergiſche Tochter auff Falckenſtein/ vnnd durch eine Falckenſteiniſche Tochter auff Epſtein-Königſtein kommen/ vnd dahero origine & natura vel pacto ſeu conceſſione, aut ſaltem conſuetudine & obſervantia Weiber Lehen ſind

hen ſind / quod probatur pag. 1. & ſeqq. vis obſervantiæ, à pr. uſque ad n. 44.

Daß Falckenſtein vnnd Epſtein, Königſtein nicht ex gratia vel errore & ignorantia aliave cauſa, ſondern wegen jhnen competirenden Erb-Rechtens mit dieſen Reichs-Lehen belehnet worden ſeyn / probatur uſque ad num. 83. & declaratur Königs Sigiſmundi Lehenbrieff / daß durch die alte Natur dieſer Lehen confirmirt, vnd nicht alterirt worden ſey / noch auch Rechts wegen alterirt vnd immutirt werden können / uſque ad num. 123.

1 Das Keyſerlich Indult, in welchem alle obgemelter Frawen Annen / ꝛc. Kinder vocirt worden. poſt num. 2.

Jedoch in dero geſtalt / daß in der Zeit nur eine Manns-Perſon ſuccedire vnd regiere / ibid.

Welcher modus ſuccedendi dann auch den Rechten / der Natur feudi regalis vnd dem Herkommen bey im Hauſe Königſtein gemäß iſt ibid.

Quia feuda regalia ſunt individua, ideoque unum tantum Succeſſorem & Regentem admittunt: præ aliis autem ſuccedit primogenitus. 124.

Primogenitus prior ſuccedit, licet expreſſum non ſit. 127. Primogenito ſuccedente & Regente cæteri tamen retinent jus ſucceſſionis, cujus vigore ſuccedunt actualiter deficientibus prius genitis. 170.

Die Königſteiniſche Reichs-Lehen ſeynd keine newe Lehen 172. vocatio generalis indulti purificata & pura eſt & irrevocabilis.

Non tamen omnes ſimul ſuccedunt, ſed ſingulis vicibus unus duntaxat, ubi de conſuetudine dividendi feuda regalia, an ſit generalis & recepta in Comitatu Königſtein.

Vnd zwar zuvorderſt der primogenitus.

Dahero hätte nach Graff Eberhards / ꝛc. Todt die Succeſſio erſtlich gebühret Frawen Annen vnnd nach deroſelben Todt jhrem ältiſten Sohn.

Welche jedoch Jhrer prærogativ renunciirt vnd in Graff Eberhards Teſtament conſentiret.

Nec enim de jure competit electio Everhardo vel Imperatori.

Es ſeynd aber alle Frawen Annen Kinder mann- vnd weiblichen Geſchlechts vocirt, vnnd haben jus ſuccedendi ob ſchon jedeßmals nur eine Manns-Perſon ſuccediret vnd regieret.

Non obſtat clauſula Indulti, in der geſtalt / daß quia ipſo jure tacite ineſt, ideoque expreſſio ejus nihil operatur vel nocet. nu. 285. & ſeqq. Nec tamen hæc expreſſio prorſus fruſtratoria eſt. nu. 211. Item quia continet tantum modum ſuccedendi & executionem modus autem & executio non tollunt, ſed præſupponunt jus ſucceſſionis. §. 216. & ſeqq.

Quæ reſponſio & interpretatio confirmatur ex verbis indulti: nu. 226. ex aliis documentis n. 30. ex obſervantia, 335. & aliis argumentis. 336. Vnd letzlich dahero / dieweil nicht allein die Keyſerl. Majeſt. vnnd die Herrn Impetranten, 395. ſondern auch der Herr Ertzbiſchoff vnnd Churfürſt zu Maynz / 404. ſelbſt das Indult alſo declarirt vnd verſtanden.

Den Töchtern vnd von den Töchtern deſcendirenden Manns- vnd Weibsperſonen ſind nit hinderlich die Wort deß Indults, die von Stollberg ꝛc. Mannsperſon ꝛc. 406.

Graff Eberhards Teſtament: welches die 3
Herrn Graffen zu Stollberg ꝛc. gewiſſer Vrſachen vnd unträten halben angenommen / ob ſie ſchon ohne daſſelb jus ſuccedendi gehabt. p. 420.

Teſtamentum hoc continet ſubſtitutiones fideicommiſſarias. 433.

Daß die jetzige Herrn Graffen zu Stollberg ꝛc. Graff Chriſtoffeln ꝛc. ſubſtituirt, vocirt, vnnd widerumb alle gravirt worden ſeyn. p. 462.

Reſponſiones ad objectionem, quod fideicommiſſa ad certas perſonas expreſſas & propriis nominibus vocatas reſtricta & tacita mente vel ex identitate rationis de perſona ad perſonam non extendantur. 578.

Quando fideicommiſſa ultra quartum gradum extendantur. 598.

4. Der Wapenbrieff. p. 599.

De feudis inferioribus ſive ab inferioribus 4
Dominis dependentibus, daß auch dieſelbe den Herrn Graffen zu Stollberg ꝛc. gebühren. p. 628.

Concluſio, daß die Lehen nit apert, vnd dahero das Ertzſtifft Maintz mit Occupirung vnnd Entſetzung der Herrn Graffen zu Stollberg ꝛc. vnrecht gethan / vnd die Grafſchafft Königſtein den Herrn Graffen zu Stollberg ꝛc. zu reſtituiren ſchuldig ſeyn p. 633.

Zu welcher reſtitution das Ertzſtifft Maintz neben der höchſten juſtitia cauſæ auch treiben ſol / reciproca obligatio & fides vaſallis debita vnnd Gottes ernſte Gebott vnd comminationes.

Wann ſchon die Lehen apert worden / ſo hätten doch dieſelbige den Herrn Graffen zu Stollberg / ꝛc. für andern wider gelichen werden ſollen. p. 650.

Daß viel Eigenthumb in der Grafſchafft Königſtein vorhanden / ſo nicht mit eingezogen werden können / noch ſollen / wann ſchon die Lehen apert worden weren. p. 651.

Die Keyſerlich Commiſſion entſchuldigt das Ertzſtifft Maintz nicht. p. 662.

Nullitates & vitia prætenſæ tranſactionis contra præſcriptionem. p. 666.

Es iſt notori, auch mit der von Chur Maintz außgebrachten exſpectantz vnd andern hernachgemelten vhralten documenten erweißlich / daß Königſtein vnd Münzenberg ſampt pertinentien vnd andern vielen Gütern für etzlich hundert Jahren den Herrn zu Münzenberg einem vhralten herrlichem Hauſe in der Wetteraw zuſtändig geweſen / auß welchem herrlichen Hauſe in Anno 1220. noch im Leben geweſen Herr Vlrich von Münzenberg / ꝛc. welcher mit ſeiner Gemahlin einen einzigen Sohn / ſo Vlrich der Jünger genennet worden / vnnd fünff Töchter / welche an fünff Gräffliche vnnd herrliche Häuſer / als Falckenſtein / Hainaw Wansberg / Schonberg vnd Pappenheimb verheurathet worden / erzeuget vnnd hinterlaſſen / als nun hernacher nechſt wolgenanter Herr Vlrich der Jünger vnnd letzte deß Männlichen Stambs vnnd Namens der Herrn von Münzenberg / ꝛc. ohne Hinterlaſſung

Eheli-

Ehelicher Leibes Erben mit Todte abgangen/ ſeynd berührte Herrſchafften vnd Güter alle auff die fünff Schweſtern erblich kommen vnnd gefallen/dahero deroſelben Ehemänner vnd Erben ſich cohæredes & condominos in Münzenberg genennet vnd geſchrieben/beſage der mit Num. 1. gezeichneten Beylage de Anno 1256. hernacher aber haben erſtlich Weinsberg in Anno 1270. vermöge Beylage Num. 2. & 3. Secundo Schonberg in Anno 1272. laut Beylag Num. 4. vnd Beſtettigung deroſelben num. 5. Tertio auch Pappenheim in Anno 1286. beſage der Beylagen num. 6. 7. & 8. vnnd endlich in Anno 1258. vnnd 1288. auch Hanaw vermöge der Beylagen num. 9. & 10. ſignirt, jhre vier Theile der Münzenbergiſchen Erbſchafft vnd namentlich an Münzenberg/Aſenheim/Hayn/ Königſtein vnnd Bobenhauſen mit allen zugehörigen Mannſchafften / Lehen-Leuthen / Schlöſſern/ Städten / Flecken / Dörffern / Einkommen/ Waſſern / Wälden vnnd andern Gütern Lehen vnnd eigen den Herrn von Falckenſtein erblich verkaufft vnnd vberlaſſen / daß alſo endlich vber das ererbte Theil an der Münzenbergiſchen Verlaſſenſchafft (ſo laut der vorangezogenen Beylage mit num. 2. gezeichnet/ die Helffte derſelbigen geweſen) auch alle vbrige Theil der gantzen Münzenbergiſchen Erbſchafft an Herrſchafften/ Landen vnd Leuthen/ vnd aller Lehen/ vnnd eigenthumblichen Gütern/ nichts außgenommen / allein an Falckenſtein / theils in Krafft der ſucceſſion ; theils durch Vbergab vnd Verkauffserwachſen / außbeſcheiden eines ſechſten Theils / welchen Beſage obangezogener Beylage num. 10. Hainaw mit einer Münzenbergiſchen Tochter bekommen/ vnd vorbehalten/ deſſen veſtigia an Münzenberg/ Aſenheim vnnd Hain/deren Ends dievon Hainaw den ſechſten Theil biß noch haben/zubefinden.

Nach dem nun ebenmäſſig der Falckenſteiniſche Manns-Stamm abgenommen vnnd expiriret vnnd noch fünff Falckenſteiniſche Töchter/ welche an Sain/ Virnberg/ Solms/ Eyſenberg / vnd Epſtein verheurathet worden/vorhanden geweſen ſo ſind darauff derſelbigen Ehemänner vnd Erben in Anno 1419. Mitwochen vor Urbani zu Butzbach zuſammen kommen/ vnnd haben die gantze Wolckenſteiniſche Verlaſſenſchafft in drey Theile getheilet / in welcher Theilung Herrn Gerharden von Sain / Graff Ruprechten von Virnberg / Graff Bernharden vnnd Graff Johannen Gebrüdern von Solms/vnd Diethern von Iſenburg Herrn zu Budingen zwey Theil ins geſampt/dann Herrn Gottfrieden vnnd Herrn Eberharden Herrn zu Epſtein ein gantzer dritter Theil/ darunter dieſe Hauptörter die Stadt Butzbach / Grüningen/ Ziegenberg / Cransberg / Münzenberg halb/ Rodtheim halb / Lehen / Königſtein/ die Löſung an Holffheim vnnd Vilbel das Schloß halb/ mit allen zu denſelben gehörigen Mannen/ Burgmannen/vnnd Renthen/ wie auch Kirchſätzen/ Vicarien Verleihung vnnd dem Kloſter Arnsburg erblich zukommen / darbey außdrücklich abgeredt vnnd cavirt worden / daß keiner der Falckenſteiniſchen Erben oder jhre Erben ſein Theil verſetzen oder verkauffen ſoll in keinerley weiſe / auſſerhalb den Mit-Erben vnnd zumahl keinem Potentiori zu ewigen Tagen / alſo / daß der/ſo anders thäte/ſolte trewloß vnd Meineydig ſeyn / alles vermöge der Beylagen num. 11. & 12. wie dann auch dieſe ſämptliche Herrſchafften den Burgmannen vnnd Bürgerſchafft zu Münzenberg jhre privilegia ſub nomine ſeu titulo & vigore hæreditariæ ſucceſſionis in Anno 1418. his formalibus verbis Jnhalts der mit num. 13. verzeichneter Beylage / confirmirt haben (So als vnſer lieber Herr von Trier) nemblich Herr Werner Graff zu Falckenſtein ꝛc. Ertz-Biſchoff vnnd Churfürſt zu Trier/ welcher der letzte deß Falckenſteiniſchen Stams vnd Namens geweſen) Todts halben abgangen iſt/ deme Gott barmhertzig ſeyn wolle/vnnd alſo die Graff- vnd Herrſchafften Falckenſtein vnnd Münzenberg / auff vns als rechte Erben verfallen vnd erſtorben iſt/ als wir die auch eingenommen haben) Ebenmäſſig iſt dieſe qualitas & titulus hæreditariæ ſucceſſionis , wie auch pactum juratum de non alienando ſub pœna perjurii in Anno 1420. in der zweyten Falckenſteiniſchen Theilung vermöge Beylage num. 14. vnnd ferner in Anno 1448. in dem Münzenbergiſchen zwiſchen Hainaw / Solms vnnd Epſtein auffgerichteten Burgfrieden laut Beylag num. 15. ſignirt widerumb exprimirt, repetiret vnnd renoviret worden.

Auß welchen zweyen vor etlich hundert Jahren vorgangenen ſucceſſions Fällen erſcheinet vnnd folget/ daß die Königſteiniſche Reichs-Lehen ein vhralte Kunckel oder weiblich Lehen/vnnd der Natur vnnd qualitet ſeyn / daß auch die Weibs Perſonen deroſelben fähig/vnd dieſelbige erben / vnnd dahero nach Abgang deß Epſtein-Königſteiniſchen Manns-Stamms dem Heiligen Reich nicht apert worden / ſondern auff Frawen Annen Gräffin zu Stollberg/ꝛc. gebornе von Königſtein vnnd Epſtein / Herrn Eberhards Graffens zu Königſtein / Herrn zu Epſtein/ꝛc. deß Teſtatoris Schweſter vnnd deroſelben Kinder die von Stollberg/ꝛc. deß Geblüts von Königſtein / nach erblicher Ordnung verfället/vnnd derſelbigen nicht allein die Stollbergiſche maſculi, ſondern auch alle andere von wolgedachter Frawen Annen/ꝛc. deſcendirende fœminæ ſalva prærogativa ſexus gradus atque ætatis fähig ſeyn/vnd denſelbigen allen von Gott vnd rechts wegen gebühren.

Siquidem in genere dicitur fœmineum feudum , in quo etiam fœminæ ſuccedunt , ſive origine fœmineum ſit, ſive effectu ſucceſſionis ex condictione ſive qualitate feudi, vel expreſſo pacto & conceſſione vel ſpeciali conſuetudine tranſitorium in quibus caſibus omnibus & ſingulis fœminæ ſuccedunt in feudis , uti docent Feudiſtæ Schrader. *in tract. feud. tom. 1. part. 2. capite quarto, numero undecimo.* Vultej. *de feud. libro primo, capite octavo, numero quarto, & capite nono, numero quadrageſimo ſexto, edit. ult.* Gothofr. Anton. *diſput. feud. 1. theſ. 7. ſub lit H* Beſold. *in theſaur. pract. lit. K. num. 37. verb.* Kunckel-

Lehen Georg Schultzen *in Synops jur. feud. c. 3. n. 16. & 45.*

2 Prout de feudo origine fœmineo, quod in eo ex ſola ejus natura & conditione ſive qualitate ſine ſpeciali pacto fœminæ ſuccedant text. ſunt *in c. un. de natur. ſucceſſ feud. 2. F. 50. c. un. de ſucceſſ. frat. 2. F. 11. c. un. de feud. fœmin. 2. F. 30.* & tradunt Curt. Jun. *conſil.* 181. *num.* 1. Schrader. *d. tract. feud. part. 7. cap. 4. nu.* 48. (ubi ait in feudo fœmineo, de quo ſcilicet fœmina ſemel inveſtita fuit, omnes deſcendentes ex fœmina tam maſculos quam fœminas ſuccedere) Fachin. *controverſ. jur. libr. 7. cap. 38.* Vultei. *d. libr. 1. feud. cap. num. 46.*

3 Ex ſpeciali vero pacto & conceſſione vel privilegio in feudo, etiamſi illud ejus conditionis & qualitatis non ſit, neque ſit ſpecialis in eo ſuccedendi conſuetudo, fœminas ſuccedere, extra omnem controverſiæ aleam poſitum eſt *c. un.* §. *hoc autem 3. de his qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. c. un.* §. *Filia 2. de ſucceſſ. feud. 1. F. 8. cum ſimilib.* Schrader. *conſil. 12. num. 72. & ſeqq volum. 1. & conſil. 21. num. 132. & ſeq. volumine ſecundo.* Vult. *libro primo, feud. capite nono, numero ſexageſimo primo.* Carpzov. *in jurſpr. forenſ. part. 3. conſtit. 28. definit. 10.*

4 Similiter conſuetudine non tantum generali alicujus provinciæ, ſed etiam particulari ſive ſingulari alicujus familiæ vel feudi ſciente & tolerante domino induci poteſt, ut fœminæ in feudum ſuccedant, etiamſi ejus conditionis non ſit; neque fœminæ in inveſtitura ſpecialiter mentio facta fuerit *arg. c. un.* §. *hoc quoque ſciendum 4. de his qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. c. un. an marit. ſucced. uxor. 1. F. 15.* Matth. Weſenbec. *conſil. 74. num. 24. & ſeq. part. 2.* Schrader. *d. tract. feud. part. 7. cap. 4. num. 53. & 54. & conſil. 1. num. 290 & ſeq. conſil. 12. num. 73. cum ſeq. & num. 88. & ſeq. vol. 1. & conſil. 21. num. 135. vol. 2.* Fortter. *de ſucceſſ. ab inteſtat. libr. 4. cap. 23. num. 56.* Vultei. *d. c. 9. nu. 63. 64. & 65.* Gothofr. Anton. *diſput. feud. 6. theſ. 4.* Georg. Schultz. *in Synops jur. feud. c. 8. nu. 60. & 61.*

5 Quæ conſuetudo non tantum non eſt irrationabilis, ſed & per eam ad jus naturale & commune reditur, ideoque favorabilis eſt & late interpretanda, quantumque fieri poteſt extendenda, atque obſervanda Schrader. *d. conſil. 12. num. 102. 113. cum ſeq. & conſil. 14. num. 187. vol. 1.* Vultei. *d. c. 9. n. 63.*

6 Introducitur autem atque præſcribitur per duos ſaltem actus cum diuturnitate temporis, ex qua præſumitur conſenſus Domini feudi & populi Matth. Weſenbec. *conſil. 268. numer. 83. part. 6.* Schrader. *in tract. feud. part. 7. cap. 4. num. 54. & conſil. 3. nu. 224. & ſeq. conſil. 12. nu. 90. & ſeq. conſil. 14. num. 51. 171. & ſeq. vol. 1. & conſil. 21. num. 164. vol. 2.* Beſold. *in Theſaur. pract. lit. E. num. 35.*

Qui conſenſus etiam probatur per inveſti-
7 turam à domino feudi factam Schrader. *conſil. 1. num. 402. & 409. & conſil. 14. num. 150. 152. &*
8 *192. vol. 1.* Cothman. *Reſponſ. 1. num. 245. vol. 5.* Imo Dd. traduntillud feudum, quod etiam ſemel tantum ad fœminam tranſitum fecit, hanc qualitatem & quidem realem ſortiri, ut illud efficiatur feudum, utque tranſeat ad omnes omnino fœminas & deſcendentes ex fœminis: ideoque regulam fœminarum & ex iis deſcendentiũ excluſivam etiam limitari atq; ceſſare, ſi quando vel ſemel obſervatum fuit, ut fœmina ejuſve poſteritas ſcienter admitteretur extinctis maſculis, quia hoc ipſo efficitur perpetuo ad fœminas tranſitorium, vel præſcribitur in feudum fœmineum *l. pater filium* § *quindecim. ff. de leg. 3. l. pen. C. de quæſtion.* Matth. de Afflictis & alii *in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* Garzon. *de fœmin. ad feud. recip. num. 121.* Alciat. *Reſponſ. 3. numer. 25. lib. 3. tom. 1.* P. Pariſ. *conſil. 16. num. 11. conſil. 22. num. 24. & conſil. 23. num. 73. vol. 1.* Tiber. Decian. *Reſp. 24. num. 108. vol. 1.* Menoch. *conſil. 65. nu. 59. & ſeq.* Schrader. *12. num. 163. & 231. conſil. 14. num. 190. 193. 287. & 297. vol. 1. & conſil. 21. nu. 164. vol. 2.* author anonymus controv. Ferrar. Don. Cæſaris Ducis Ferrariæ contra Clementem VII. Papam *num. 89. & ſeqq.* Roſenthal. *in tract. feud. cap. 7. concluſ. 43. num. 15.* Matth. Weſenbec. *conſil. 230. num. 10 p. 5. conſil. 281. num. 36. 71. 94. part. 6.* Sixtin. *conſil. Marpurg. 18. num. 32. & ſeq. volum. 2.* rationes aſſignans. Ludov. Bellus *conſil. 23. numer. 41. & 42.* Gœddæ. *in vol. 4. conſilior. Marpurg. conſil. 37. nu. 734. & ſeqq.* Beſold. *part. 5. conſil. 212. num. 53. & ſeqq. conſil. 236. num. 13. & ſeqq.* Thummermut. *in tract.* Krumbſtab ſchleuſt niemand auß *pag. 92.*

Et ſicut conſuetudine induci poteſt, ut feu-
9 dum tranſeat ad fœminas, vel & ad extraneos, etiamſi in inveſtitura nulla ſit de ipſis facta mentio ita etiam per obſervantiam Gœddæ. *d. loc.*

Hancque obſervantiam & interpretationem
10 minime mutandam, ſed ſequendam eſſe ajunt Pariſ. & Gœddæ. *dd. loc.* Matth. Weſembec. *conſil. 74 num. 24. part. 2.*

Sic & obſervantia ſecuta demonſtratur, an
11 feudum ſit mere hæreditarium nec ne Joſeph. Ludovic. *commun. concluſ. 38. num. 65.* Knichen. *de veſtitur. paction. part. 1. c. 5. n. 11.* Beſold. *in theſaur. pract. lit. E. num. 35. verb.*

Eodemque argumento obſervantiæ inſecu-
12 tæ in aliis ſimilibus caſibus & conceſſionibus feudalibus præter alios Dd. utuntur paſſim Schrader. *conſil. 1. num. 256. num. 288. & 289. conſil. 3. num. 220. cum ſeq. & num. 336. conſil. 12. n. 121. & 339. vol. 1. & conſil 21. nu. 220. vol. 2.* Knichen. *de veſtit. pact. part. 1. c. 1. num. 185. & ſeq. & c. 3. n. 140. & ſeq.*

Et quidem maxime in conceſſionibus feuda-
13 libus obſervantiam ſemper attendendam eſſe notant Joſeph. Ludov. *d. commun. concl. 38. n. 21.* Tuſchus *practic. concl. jur. tom. 5. lit. O. concluſ. 59. num. 29.* Knichen. *d. cap. 1. num. 188. & cap. 3. num. 142.* Vultei. *de feud. lib. 2. cap. 3. num. 43.* (ubi eam principem obtinere locum in conceſſionibus feudorum interpretandis inquit:)

Atque de qualitate rei in feudum conceſſæ
14 certam interpretationem ſumi ex uno actu, qui poſtmodum ſubſequentibus formam & obſervantiam perpetuo ſuggerit ſcribunt Matt. Weſenbec. *conſil. 73. num. 21. part. 2.* Schrader. *conſil. 21. num. 164.* (ubi ad hoc, ut feudum certam

quali-

qualitatem nanciscatur, unicum actum sufficere judicat) *vol. 2.* Knichen. *d. cap. 1. num. 189.* Besold. *part. 6. consil. 370. num. 40.* assignans rationem, quia feudum post unum actum semper ea qualitate, eodemque jure possessum præsumitur.

15 Ita feudum semel factum hæreditarium perpetuo tale manet & hanc qualitatem retinet post mille quoque annos Knichen *d. c. 1. num. 291. & seq.* Besold. *d. consil. 236. n. 14.*

16 Similiter semel divisum, alienatum, transmissum, semper divisibile, alienabile vel transmissibile permanet *l. pater filium, §. quindecim. ff de leg. 3. l. videamus 17. cum l. seq. & ibid.* Bart. *ff. quod met. caus.* Besold. *d. consil. 212. num. 56. & consil. 236. num. 15. part. 5.*

17 In terminis autem quod ita in Marchionatu Montisferratensi, qui est feudum Imperii, fuit observatum, ut transiret ad fœminam, cum videlicet mortuus esset Johannes ultimus Marchio ex domo & familia Saxonica sine filiis, tunc enim Marchionatus iste transitum fecerat ad Theodorum Palæologum filium Violantidis Sororis prædicti domini Johannis Marchionis: ideo quod tunc observatum fuit, nunc etiam denuo observari debere, ut deficiente linea masculina transitus fiat ad fœminam, credendumque antea de jure fieri potuisse, & fœminas capaces dicti feudi extitisse, quia tanti temporis lapsus vim privilegii habet, quodque ante hominum memoriam gestum est, in casu licito gestum esse præsumitur, etiam si alias talis actus regulariter non sit licitus respondit Paris. *consil. 22. num. 24. & consil. 23. num. 73.* Alciat. *respons. 3. nu.*

18 *25. & seq. lib. 3. tom. 1.* Sic & Menochius *consil. 65. num. 59. & seq.* Ex eo, quod in Regno Siciliæ Constantii Rogerii ultimi filia Henrico Friderici Imperatoris filio nupta, ejusque posteritas successit, in eo etiam deinceps deficiente masculo hærede fœminam admittendam esse consuluit, quia origine & observantia subsecuta fœmineum atque improprium feudum effectum sit.

19 Similiter Gœdd. *d. consil. 37. num. 735.* concludit, quia defuncto ultimo Comite Henrico Sarwerden Walpurgis dicti Henrici soror, uxor Friderici Senioris Comitis in Mörß / mater Friderici Junioris & Johannis Comitis de Mörß in Sarwerden / ejusque posteritas, quique causam ab ipsis habuerunt in dicto comitatu Sarwerden successerunt, ideo quod tunc observatum fuit, etiam nunc post obitum ultimi Comitis de Mörß in Sarwerden observari debere in persona dominæ Catharinæ Comitis natæ de Mörß in Sarwerden nuptæ olim domino Ludovico Comiti in Nassaw & Sarbrücken / ejusque posteris & successoribus, quique causam ab his habent ubi enim par ratio est, jus quoque idem esse oportet *l. illud. ff. ad l. Aquil. c. in pari de R. I in 6. c. 1. de allod.*

20 Item cum Abbates per 40. annos incluserunt fœminas in investituris, quæ prius non erant comprehensæ, inductam esse consuetudinem, per quam in futurum, quoque admitti debent scribit Bursat. *consilio centesimo quinquagesimo, num. 24. lib. 2.*

21 Etsi aliquoties illegitimi ad successionem admissi fuerint, ex illis admissionibus consuetudinem & observantiam admittendi illos inductam esse, quæ attendenda veniat multis confirmat supra allegatus author controvers. Ferrariens. *numero octuagesimo nono & seqq.* probans, observantiam contra naturam feudi facere, ut

22 qui comprehensi nullo modo erant, sint capaces Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 218. numer. 49.*

23 Generaliter vero observantia subsecuta declarat, moderatur, ampliat & restringit omnem actum & dispositionem legis & hominis inter vivos & mortis causa, tollitque omnem dubietatem, ut non sit ulterius ambigendum *l. si de interpretatione 37. ff. de legib. l. certi juris. C. de judiciis cap. cum dilectus 8. extrav. de consuetud.* Cravetta *consil. 210. num. 10. & consil. 294. num. 8. vol. 2. & in Respons. pro Genero num. 317.* Berous *consil. 91. num. 10. lib. 3.* Franc. Becc. *consil. 101. num. 47. & seq.* Menoch. *consil. 341. num. 23. lib. 4. & consil. 45. numer. 14. lib. 5.* Cacheran. *decis. Pedem. 136. numer. ult.* Matth. Wesembec. *consil. 1. num. 61. part. 1.* Schrader. *consil. 1. num. 256. & 288. consil. 3. num. 220. 221. & 336. consil. 12. num. 122. 123. & 339. consil. 14 num. 189. & seq. vol. 1. consil. 21. num. 220. consil. 22. num. 34. & consil. 41. num. 31. & seq. (ubi ait,* quoslibet actus & quamliber dispositionem ex iis, quæ subsequuntur, sive ex usu vel observantia subsequenti declarationem recipere atq; illius qualitatis & naturæ esse intelligi qualem qualitatem actus subsequentes denotant) Ludov. de Casanate *consilio quadragesimo quinto, numero centesimo quadragesimo tertio* Dassel. *consilio tertio, numero trigesimo nono, lib. 1.* Joseph. Ludov. *commun. conclusione trigesima octava per tot.* Tuschus *pract. conclus. jur. tom. 2. lit. C. concl. 877. & 878. & tom. 5. lit. M. concl. 198. numero decimo tertio & seq. lit. O. conclus. 58. & 59. & tom. 6. lit. P. conclus. 466.* Alder. Mascard. *de general. statut. interpret. conclus. 2. num. 139. & seq.* Autor in format. *5. num. 56. & 57. & Inform. 8. numero centesimo duodecimo & seqq.* der Stadt Braunschweig Bürger / so von dem Fürstlichen Hause Braunschweig Lehen tragen / betreffend / Author deß gründlichen Berichts deß Heiligen Reichs-Stadt Friedberg Stadt regalien, Privilegien betreffend / *part. 1. punct. 8. num. 50. & seq.* Knichen. *de vestit. pact. part. 1. cap. 1. num. 185. & seq. & cap. 3. num. 140. & seq.* idem *in Comment. de Saxon. non provoc. jur. verb. Duc. cap. 3. numer. 50. verb. jus cap. 5. nu. 147 & verb. lit. provoc. nescium. cap. 1. num. 129. & seqq.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 108.* Jacob. Schultes *quæst. suar. part. 2. quæst. 53. num. 62. & seq. quæst. 55. num. 33. & seq. & quæstione sexagesima nona, numero centesimo trigesimo septimo & seq. part. 2.* Gœddæ. *in respons. jur. de restitut. Baron. Vallendar. num. 368. 380. & seq.* Berlich. *practic. conclus. part. 2 conclus. 36. nu. 31. 37. & seq.* Reinking. *de retract. quæst. 7. num. 145. & de Regim. secul. lib. 1. class. 303. num. 27. & lib. 3. de Regim. Eccles. class. 1. cap. 7. num. 22. & 23.*

Beſold. *in theſaur. pract. lit. O. num. 2. & lit. V. num. 64. & part. 5. conſil. 212. num. 59. cum tribus ſeqq. conſil. 236. num. 18. & part. 6. conſil. 270. num. 35. & ſeqq.* Speidel. *in Notab. jurid. hiſtor. polit. lit. F. num. 39.*

24 Et obſervantia declarat mentem ſeu voluntatem contrahentium vel diſponentium, atque naturam ſive qualitatem actus vel diſpoſitionis præcedentis, quæ fuerit in principio ſed quid ab initio *l. Iulianus. §. proinde ff. de SC. Macced. §. pevonum. Inſtit. de rer. diviſ. Dd. modo allegati.* Suppletque omnes defectus diſpoſitionis præcedentis, & facit; ut ſi quid omiſſum eſt, non habeatur pro omiſſo, ſed pro expreſſo; ſi ipſa ſecuta ſit in eo, quod omiſſum eſt Joſeph. Ludov. *d. concluſ. 38. num. 15. & 58.* Alder. Maſcard. *d. concluſ. 2. numero centeſimo ſexageſimo tertio* Joh. Bapt. Aſin. *in tract. de execut. §. 4. capite vigeſimo quinto, numero undecimo.* author *in format. 6.* der Stadt Braunſchweig Bürger/ꝛc. *numer. 117.*

25 Convalidat atque confirmat actum vel ſcripturam minus ſolennem & invalidam Cravetta *de antiquit. temp. part. 1. §. 7.* incipit quarto li-
27 mitatur *numero decimo quarto, & ſeqq.* (ubi dicit, quod obſervantia habeat vim Teſtium deponentium ſuper veritate facti) Tuſch. *d. concluſ. 59. numero ſeptimo & duodecimo, lit. O.* Joſeph. Ludov. *d. concluſ. 38. num. 14. 137. & 176.* Alder. Maſcard. *d. concluſ. 2. numero centeſimo ſexageſimo ſexto, & ſeq.* Rövenſtruck *de contribut. numero*
28 *decimo nono.* Facit quoque licitum, quod alias erat illicitum *l. injuriarum §. fin. de injur.* Polen. *in volum. 5. conſiliorum Cothmanni reſponſ. 10. numer. 85.*

Quamvis autem jus comune & procuratores, qui plus, quàm partes, calumniari norunt, hoc juramento in propriam animam oneret, & conſuetudine induci nequeat, ne juramentum calumniæ præſtetur Gail. *1. obſervatione octuageſima quinta*, latè Anton del Re *de jur. calumn. capite decimo tertio* libenter, tamen me accommodabo huiusmodi noſtræ curiæ, ſtylo & obſervantiæ, ita, ut ſi hoc juramentum in eorum perſonis non fuerit exigi ſolitum, & hoc nunc diſſimulari, & ſi ita viſum fuerit, ſententia ut ſequitur, formari poſſit.

Jn Sachen N. N. contra N. iſt von Ambts 6
wegen beſchehener Schluß hiemit reſcindirt, **vnd der Beſcheid / wofern Klägerin ſelbſt / oder durch jhren gevollmächtigten Anwald / jhrem den 19. May anno 98. Erbieten gemäß / den Eid für Gefährde zuforderſt leiſten wird / daß als dann Beklagte denſelben zum nechſten erſtatten ſollen / mit dem Anhang / wo ſie dem alſo nicht nachkomen wird / daß ſie alsdann** in pœnam non jurantis **hiemit gefallen ſeyn ſollen.**

Quo ad agentem ea de cauſa comminationem omittendam cenſeo, quod is ſemel ſe ad præſtationem obtulit, & ſi utraque pars commination pœnæ non jurantis adſtringeretur, ſententia vix effectum ſortitura eſſet: niſi tamen quis contenderit, eo in caſu, ubi utraque pars jurare noluerit, favorabiliores partes reorum eſſe, ut illi proinde veniant abſol- 7
vendi. Quare non vehementer repugnarim, ut tam actrix, quam Rei ſub commination pœnæ non jurantis compellantur.

Cæterum cum hæc ipſa cauſæ definitioni 8
remoram ſint injectura, præſertim ſi & procuratores ad juramentum hoc adigendi eſſent, qui, ut ſe ex actis de juſtitia & meritis cauſæ informare poſſint, terminum deliberandi ſunt deſideraturi, qui utique haud denegandus videtur Vasq. *p. 2. libro ſecundo, illuſtr. capite vigeſimo quinto, numero trigeſimo tertio.* de quo videatur etiam Anton. del Re *de juramento calumn. capite undecimo.* forſan ad huiusmodi circuitus, quin & ſumptus litis evitandos, juramentum hoc tacitè præterire & ad deciſionem cauſæ progredi poſſemus: maximè cum Actrix ſuam intentionem, ut paulò poſt attingam, tam confeſſione Reorum, quam teſtibus ſufficienter probarit, quo caſu eadem hoc juramen- 9
to non videtur gravanda Felin. *in capite ſicut ſecundo, numero ſecundo de probat.* ubi addit hanc rationem, quod probationum claritas excludat omne dubium calumniæ Gravat. ad Veſtr. 10
prax. libro quinto, capite ſecundo, numero decimo tertio. Etſi contra diſputet Vasq. *dicto capite vigeſimo quinto, numero nono, ſibi contrarius p. 1. illuſtr. capite trigeſimo primo, numero quadrageſimo primo*, & inſuper ipſamet actrix contumaciam reorum denuò non accuſando à petitione ſua reſiliiſſe, & juramentum huiusmodi tacitè remiſiſſe dicatur, ita ut taliter qualiter proceſſus à nullitate (quam tamen Camera, ut ſupra memini, non attenderet, ſi cauſa eò per appellationem devolveretur quod ob ſummam conſtitutionibus imperii minus conformem vix

fiet;

11 fiet; Cum ex communi Cameræ concluso de Anno 1605. juxta D. Denaisium *in jure Cam. capite vigesimo nono, §. nono, in causis iniuriarum* ad æstimationem pecuniarum, eamque certam & definitam intentatis, summæ ordinat. & constitutionum imperii, non autem infamiæ per condemnationem illatæ ratio habeatur, & expensæ litis verisimiliter eo usque non excurrent, ut summam excedant) salvari, certè à Reis, quorum culpa & tergiversatione hoc juramentum hactenus non fuit præstitum ad impugnandam sententiam opponi non possit juxta Anton. del Re *de juramento calumniæ cap. 7. num. 46. & seqq.*

12 Quæ opinio si favore litis abbreviandæ & sumptuum diminuendorum gratia, & quod processus ad finem jam perductus sit, juramentum verò huiusmodi regulariter præsentia & futura, non etiam præterita respiciat (de quo tamen videatur Anton. del Re *dicto tractatu capite decimo, numero quinquagesimo sexto & sequentibus*) placuerit, ad ipsius causæ principalis decisionem deveniendi via nobis aperietur: In cuius discussione nunc, quam brevissimè fieri poterit, non transcribendo testium dicta, sed duntaxat digitum quasi per indicem eò intendendo, investigabimus.

Primò, quæ actio instituta?

Secundò, an eadem cum suis requisitis sit probata?

Tertiò, an per exceptiones Reorum vicissim elisa?

Ex quibus tandem quartò, quid in hac causa pronunciandum sit, eluceseet?

Quæ actio instituta?

14 Quod ad primum attinet, duæ actiones intentatæ videntur & simul cumulatæ, actio videlicet ad palinodiam sive recantationem **auff einen Widerruff**/& æstimatoria, qua actrix injuriam sibi, absenti tamen 13. Martii Anno 1595. in loco publico illatam ad certam pecu-
15 niæ summam nempe 1000. flor. æstimat, eamque sibi cum expensis adiudicari petit. Et rectè quidem has duas actiones in eodem libello conjungi & simul moveri, indubitatum est, Gail. *prima observatione sexagesima quinta, numero quinto & sequenti.* Mynsinger. *cent. 2. observatione nonagesima octava.* Wurmbser. *pr. obs. tit. 46. obs. 8. in fine.*

Secundò an probata?

16 Duo Actrix hic probare tenetur, prius est in se contumeliosa vel injuriosa verba à Reis prolata esse: Posterius, quod animo sive affectu injuriandi adversarii huiusmodi verbis fuerint usi. Mascard. *de probationibus. conclusione 902. numero 4.*

17 Prius partim eorundem Reorum *ad 7. 8. & 10. posit.* subsecutas quamvis qualificatas confessiones (quæ hoc casu, cum præsumptio juris contra confitentes fortiter militet, dividi & pro parte acceptari potuerunt Gail. *secunda observatione centesima sexta, numero septimo.* Fulv. Pacian. *libro primo de probationibus capite vigesimo quinto, numero decimo tertio*) videlicet, quod non animo injuriandi eiusmodi produxerint partim etiam per testes satis probatum videtur.

Posterius, articulata convitia nimirum ani- 18
mo injuriandi prolata esse, primo ex verborum natura & qualitate satis colligitur. Hæc enim 19
verba, **Es wäre ein Großköpffin bey jhnen / die wäre nun zum dritten Mahl durch die andere verbrandte vnd** justificirte **Weiber zu Kißlau in verübter peinlicher Frag für ein Hex außgeschrien /** sui natura sunt injuriosa: Exquibus statim contra proferentes præsumptio juris 20
enascitur, eos nimirum animum injuriandi habuisse, etsi dicatur, se illa non animo injuriandi dixisse, talis enim præsumitur animus, qualem verba demonstrant, ut quæ nota sunt passionum quæ in animo fiunt *l. si quis extraneus ff. de acquir. vel amitt. hæred. l. Labeo 7. §. Servius de supell. legat.* Mynsinger. *consilio quinquagesimo primo, numero undecimo & consilio sexagesimo, numero ultimo, consilio septuagesimo quarto, numero octavo.* Wesembec. *consilio vigesimo secundo, numero* 21
vigesimo nono. eaque præsumptio, quod proferens verba injuriosa censeatur animo injuriandi feciss̃e, transfert onus probandi in adversarium, & tantisper perdurat, donec contrarium probetur *l. si non convitii, ubi Dd. communiter ff. de Injur.*

Deinde ex dictis testium constat, quod unus 22
Reorum interrogatus ab Ulrico **Hawerts** / cuiusnam esset uxor, in publico ineffrænata convitiandi libidine? proclamarit: **Dein Haußfraw ist es/** &c. Quæ certè verba non narrativa, ut prætendit, sed magis ex iteratione injuriosa esse videntur.

Tertiò, talis animus injuriandi inde evincitur, quod Rei ante illam in publico loco factam 23
divulgationem, privatim domi forisque actrici huiusmodi enorme crimen, passim hunc rumorem disseminando, malitiosè asperserint, quin etiam ultrò sese obtulerint, audita in pago **Zeitern** communitati si eadem ipsis indemnitatem promittat, referre desuper me ad depositiones & dicta testium aliasque circumstantias facti brevitatis studio referendo. Quorum etiam 24
fides non eò enervatur, quod inter eosdem nonnulli actricis affines & consanguinei deprehendantur, cum non tam ex dictis testium, quàm propria reorum confessione, quin natura & qualitate verborum eiusdem fundetur intensio, ne dicam vitium hoc, quod inde oriri posset, per alios contestes idoneos & præsumptiones sufficienter purgari, quod fusè juris textibus & authoritatibus ex Farinacio & aliis, ex professo materiam testium tractantibus, posset ostendi.

Tertio, an eliſa per exceptiones Reorum?

25 PRo defenſione adferunt Rei primò: Quod non ſpontanea quadam temeritate, ſed ad inſtantiam, requiſitionem, quin & juſſum der Gemeind zu Odenheim/ als jhrer Obrigkeit/ welche ſie Beklagte auch ſchadloß zu halten verſprochen/ articulata verba, quæ actores pro injuria allegant, dixerint, prout deducunt *art. poſit. 14.*
26 *& ſequentibus.* Idque ipſos ab omni dolo, qui alias in injuriarum actione requiritur, excuſare *l. furti §. qui juſſu ff. de his, qui notant. infam. l. non videtur. §. qui juſſu de Reg. jur.* Weſembec. *conſilio 22. numero 4.* Mynſinger. *conſilio 83. numero 17.*

De quo etiam tantò minus dubitandum,
27 quod non teneatur actione injuriarum, qui crimen convitiumve in judicio vel extra judicium alicui objecit, dummodo tale fuerit, ut patefieri vel manifeſtari illud Reipubl. expediat vel interſit Covarr. *var. reſolut. cap. 11. numero 6.* Gail. *2. obſ. 99. in fin.* Wurmbſer. *lib. 1. pr. obſ. tit. 47. obſ. 6.* quemadmodum huiusmodi circumſtantiæ hic concurrunt.

28 Verùm probè huius negotii circumſtantiis conſideratis hæc exceptio parum relevat.

Ex teſtium enim depoſitionibus evidenter colligitur, Reos, antequam publicè actrici tam horrendi criminis notam inuſſerunt, paſſim hunc rumorem aliis ex libidine injuriandi inſinuaſſe: ut ita ipſimet Rei communitati in Odenheim cauſam præbuerint eos ad propalationem impellendi.

Deinde poſito, nihil eius à Reis in vulgus fu-
29 iſſe diſſeminatum, nihilominus tamen cum delicta denunciandi modus, crimen injuriarum implicitum habens, planè ſit illegitimus, ſanè juſſus vel mandatum communitatis in Odenheim, quod nullam parendi neceſſitatem im-
30 portavit, ex quo in malo nemini obediendum Fulv. Pacian. *conſil. 164. num. 152.* eos neutiquam
31 excuſat. Cum rei turpis & illicitæ mandatum
32 non ſubſiſtat. Unde & promiſſio indemnitatis in maleficiis facta mandatarium nihil juvare, nec eiusdem pœnæ ſubtrahere poteſt, prout latiſſimè demonſtravimus in relatione cauſæ Hanns Großkopff contra Odenheim.

33 Tertio rei eò minus excuſationem merentur, quod coram hominibus univerſitatis in Odenheim, utpotè privatis, & jurisdictione carentibus, actricem injurioſè diffamarint, cum Rei, ſi ſtudio & amore, uti jactitant, publicum bonum & Intereſſe Reipublicæ provehendi tantoperè arſiſſent, hanc maleficii inculpationem ad ſuperiorem magiſtratum Reverendos & Nobiles D. Decanum & Capitulum in Brüchſall clam legitimè deferre debuiſſent.

34 Unde & corruit illud, quod ad defenſionem reorum adductum eſt, injuriarum videlicet non teneri eum, qui crimen, cuius revelatio Reipubl. prodeſt, obiicit. Cum & hoc obtineat, ſi id fiat per accuſationem coram legitimo magiſtratu & libido criminandi abſit Weſembec. *dict. conſilio 22. numero 5. in fin. verſ. quanquam.*

Alioquin ſanè, ſi pruritus conviciandi (uti 35
hic) acceſſerit, injurians actione injuriarum ne tum quidem eximitur, quando etiam veritas convitii probata fuiſſet, Reipublicæ crimen innoteſcere & denudari expediviſſet, eleganter Covarruv. *lib. 1. reſolut. variar. quæſt. 11. num 6.* ubi in effectu ſenſit, ſi convitium ſive in judicio ſive
36 extra judicium convitium verum, cuiusque notitia Reipublicæ interſit, prævia tamen intentione & animo injuriandi obiiciatur, peccatum eſſe, actioneq; injuriarum corruendum. Hinc
37 graviter, ſcribit Oldrad. *conſilio 53. num. 4.* licet factum vel dictum ſit bonum, vel utile in ſe, ſi tamen malo modo & animo fiat, puniri. Nam Chriſtum, *inquit*, crucifigi & bonum & utilè fuit, quia per hæc redempti ſumus, tamen facientes dignè puniti ſunt: quia malo animo fecerunt Grammatic. *deciſ. 37.* Joan. Dauth. *de teſtam. in pr. numero 228. folio 271. Verſ. non ergò*, videatur etiam Joan. Petr. Surd. *deciſione 89. numero 27.* Schrader. *de feud. p. 9. cap. 4. num. 110.* Mynſinger. *conſilo 59. numero 41. & conſil. 74. numero 9.* Weſembec. *dict. conſil. 22. numero 15. in princ.* Farinac. *in prax. criminal. quæſt. 105. num. 227. p. 3. ubi alii citati.*

Sed & clam Magiſtratui huiusmodi indici- 38
um criminis intimandum erat, cum & magis Reipul. expediat, ad ſe pertinentia clanculum accipere, ut cautè in delinquentes animadvertere poſſit, quam ex incerto vulgi rumore excipere, quemadmodum in terminis famoſi libelli tradit Claudius Bertazzol. *in addit. ad conſil. patris Berat. Bartazz. 237.* ubi inſuper movet, ei-
39 modi delatores, ut accuſatorio munere atque artificio deferant, quæ Reipubl. ſcire expedit: non autem commentitia inventione aliorum vitam moresque proſcindant.

Iſta vero reſponſione tantò minus opus eſt, 40
quod omnes teſtes in id quaſi conſpirantes, actrici vitæ laudabiliter & innocenter hactenus transactè luculentiſſimum præbuerint teſtimonium, ut Reorum ad unius hominis ebrii, & ut apparet, vaniſſimi crimen perſonæ ſibi alioqui incognitæ & temeritate impingentis ſugillationem actricem de tam atroci crimine diffamantium ſub prætextu intereſſe Reipublic. promovendi palliata defenſio planè nihil coloris habeat: quin & animum improbum rodendi honeſtæ fœminæ famam plus prodat.

Eadem ratione nec Reis patrocinatur, quod 41
narrativè & impersonaliter huiusmodi verba, uti eadem formaliter à Leonhard Weilers acceperunt, ſeſe retuliſſe obtendant.

Quia etiam narrans verbum injurioſum 42
ab aliis prolatum iniuriarum tenetur Franciſc. Marc. *deciſ. Delph. 933. numero 5. p. 2.* Sicut etiam 43
verba impersonaliter in alicuius contumeliam enunciata actionem injuriarum gignunt poſt Capic. *deciſ. quinquageſima octava.* Schrad. *de feud.*

p. 9.

41 *p.9. capite quarto, numero centesimo septimo.* hoc Præsertim casu, cum per aliarum circumstantiarum relationem, videlicet, quod actrix filium in Ostringen & filiam in Obstatt wohnen habe/ impersonalitas fuerit resoluta in personalitatem *l. Certum ff. si cert. petat.* Gabriel. *in commun. conclus. tit. de testamen. conclusione undecima, numero tertio & sequenti.* & in jure sit demonstratio vice nominis *l. qui nominatim ff. de condict. & demonst. C. apic. decis. 58.*

45 Minus verò elidunt actricis intentionem, quæ *defens. trigesima octava & sequenti.* de licita propinquorum & coniunctorum correptione, & quod hæc non tam injuriandi quam corrigendi gratia fieri existimetur ex *ex l. unic. Cod. de emendat. propinqu.* satis ineptè & ridiculè proponuntur.

46 Si enim Rei nostri, ut personæ coniunctæ, animum injuriandi non habuerunt, certè in secreto eam corripuissent, non autem palàm, in tanta hominum frequentia, maleficium à levissimo homine, vivo adhuc, in popina æstuante, actrici imputatum propalassent. Cum pec-
47 cata proximi non sunt publicè propalanda, elegans text. *in c. si peccaverit 2. quæstione prima.* Et
48 sapientis dictum est, clam arguas propinquum, sed palàm laudaveris. Atqui hic palàm non laudarunt actricem, sed, ut diximus, eandem in publico atrocissimè diffamarunt, ut proinde reos nostros non animo corrigendi, sed injuriandi in convitia articulata erupisse, certum sit.

Enervat quoque hanc præsumptionem de-
49 licti coram multitudine personarum illati atrocitas, ut in terminis emendationis propinquorum post alios docuit Prosp. Farinac. *prax. crim. parte tertia, quæstione centesima quinta, numero centesimo octuagesimo nono.*

Quartò quid pronunciandum?

50 ÆStimatio injuriæ, ut communis Doctor. est opinio, fieri debet per iniuriatum, cum eius juramento contra iniuriantem, facta tamen prius taxatione per judicem juxta qualitatem & conditionem personæ injuriatæ, & alias circumstantias Gail. *2. observatione centesima secunda, numero octavo & sequenti.* Farinac. *dicta quæstione centesima quinta, numero quadragesimo septimo.*

Consideratis itaque omnibus circumstan-
51 tiis, inprimis verò, quod per imputationem tàm horrendi criminis, non modò actricis existimationem, rei quantum in ipsis fuit, in cœtu tot hominum (quod & iniuriam non parum aggravat Farinac. *d. p. 3. quæstione centesima quinta,*
52 *numero centesimo octuagesimo nono*) gravissimè læserint, sed etiam periculum pœnæ maleficio probato, creare intenderint, quo ipso injuria atrocior injuriato infligi dicitur Wesembec. *consilio vigesimo secundo, numero quinto, versic. Iniuria fieri potest*, præsertim hoc casu, ubi actrici, cui ut etiam cæteris mulieribus de maleficio
53 diffamatis in publicum prodeundi facultas præcluſa fuisse videtur, testimonium vitæ innocenter peractæ plerique testium tribuunt. Posset quidem grandior injuriæ æstimatio, ut alii Odenheimenses exemplo pœnæ absterrerentur, iniri: Et simul Rei ad palinodiam & recantationem condemnari.

Veruntamen cum Rei rustici & eorundem 54
præcipuus Choragus Hanns Großkopff/ jam vita defunctus, & eiusdem heredes nunc in lite, & ut opinor, non ita lautæ fortunæ sint, injuriam ad 200. Gulden/ da nicht Reichs/ doch gemeiner Landläuffiger Wehrung præmissa tamen interlocutoria præambula circa hanc æstimationem injuriæ juramento injuriati faciendam taxarem, & simul Reos in expensas condemnarem: Cumque in eo satis graventur, condemnationem ad revocationem injuria- 55
rum vel ea etiam causa omitterem, quod in effectu actrix reparationem honoris consequatur, si pronuncietur: Daß Beklagte zu viel vnd vnrecht gethan.

Si posset commodè fieri, consulerem libenter reis, ut ab infamia, quam condemnatus in causa injuriarum sustinet, liberarentur. Quem-
admodum judex potest ex causa alicui damna- 56
to in crimine infamanti famam reservare Chassanæ *in consuet. Burg. rubr. 4. §. 5. verb. droicts. numero trigesimo sexto.* Barthol. Blarer. *in l. diffamari in princ. in argumento l. diffamari numero tertio.* Wesembec. *consilio vigesimo secundo, numero vigesimo sexto.* Farinac. *in prax. crim. lib. 1. quæst. 17. num. 20.*

Quia verò stylus hanc reservationem hono- 57
ris in condemnatoria ad æstimationem injuriæ non recepit, teste Andræa Gail. *1. obs. pract. 65. num. 7. & 8.* non facilè à consueta forma discessérim, cum stylus hic planè videatur ratione ca- 58
rere, qui & saltem in ambiguis, & ubi ex eo non inducitur juris correctio, sit attendendus August. Berous *consilio trigesimo quinto, numero nono, libro tertio.* Exstat quidem cautela ad evi- 59
tandam infamiam, in Camera observari solita, sententiam proferendo in procuratorem, Als Anwald vnd Herrn deß Kriegs/ &c. de qua Gail. *2. obs. 102. num. 7.* Farinac. *dicta quæstione centesima quinta, numero sexagesimo nono.* Sed quod litigantes ut plurimum in judicio præsentes esse soleant, & Reorum procurator D. Mechler (qui 30. Januarii hoc anno subspe rati comparuit, & subsequenti juridica ulterius se in hac causa non intromisit) ad hanc causam generaliter non sit legitimatus, quin & plerique eorum viles & leves & ad malitiosè detrahendum aliorum existimationi nimis proclives videantur, non utique existimationis & honoris Reorum adeò iniuriosè habere possumus rationem. Quare in modum sequentem pronunciandum censeo.

Sententia præambula.

IN Sachen Margarethen Hauertin/ Klä- 60
gerin/ eins/ wieder Hanns Baumann/ Hans Hauert/ Becken/ Jonas Knobloch/ vnd wei-

land

land Hanns Großkopffen / jetzo deſſen Erben in actis benandt/beklagten / anders Theils iſt erkandt / ſchwere ermeldte Klägerin ſelbſt / oder durch jhren darzu gevollmächtigten Anwald einen Eid zu Gott vnd auff das heilige Evangelium / daß ſie lieber 200. Gulden von dem jhrigen verlieren / oder ſo viel nicht haben / dann die Schmach in vorbrachen Klagen angezogen/ dulten oder leiden wollen / daß ſolches gehöret werden / vnd darauff ferner ergehen ſoll / was recht iſt.

Ab hac ſententia, quæ 17. Novembris Anno 1606. lata eſt, fuit in continenti à Reis appellatum, ſed appellationem uti frivolam reiici, & ſe ad jurandum admitti, ex parte actricis petitum, hierauff ohngefährlich folgender Geſtalt interloquirt worden.

61 In Sachen/ut ſupra, iſt Kläger vorgewendter vermeinter appellation ohngehindert zu anerbottenem Eid hiemit zugelaſſen / ferner angeregte appellation, als welche deß heiligen Reichs Ordnung vnd deputation Abſchied/ohngemeß/ verworffen/auch apoſtoli refutatorii ertheilt.

62 Itaque cum appellatio ab hac ſententia denuo interpoſita tacitè reiiceretur & actricis filio juramentũ prælegeretur, in forma ſententia priori inſerta, & is juraret? Wie mir vorgeleſen/ daß dem alſo iſt/ ſchwere ich/ als mir GOtt helffe vnd das H. Evangelium / fuit ſententia definitivalata, ut ſequitur.

63 In Sachen Margarethen Hauertin Klägerin eins / wieder Hanns Baumann/ Hanns Hawert / Becken / Jonas Knobloch vnd weyland Hannſen Großkopffen/jetzo deſſen Erben/ in actis benandt/iniuriarum, iſt allem Vorbringen nach / auch auff erſtatteten Eid zu Recht erkandt / daß gedachten Beklagten ermeldte Klägerin geklagter Maſſen zu ſchmähen vnd außzuſchreyen nicht gebühret / ſondern daran zu viel vnd vnrecht gethan haben / vnd darumb jhr Klägerin 200. Gulden ſambt den Koſten derhalben auffgelauffen / nach richtlicher Ermeſſigung zu entrichten vnnd zu bezahlen ſchuldig / vnd darzu zu condemniren vnd verdammen ſeyn / als wir ſie dann zu ſolchen allen condemniren vnd verdammen.

Et ita ſecundum ea, quæ in facto deducta & probata ſunt, de jure in præſenti cauſa ſententiam concipiendam & promulgandam exiſtimo, ſalvo tamen aliorum judicio. Actum 12. Decembris Anno 1606. Prout etiam pronunciatum fuit, ſicut ſupra dixi.

THOMÆ MERCKELBACHII.

CONSILIUM CLXXXVII.

Quæſtio principalis.

An actio iniuriarum ob neglectam intra annum conteſtationem perimatur, vel per citationem libellique oblationem perpetuetur?

EPITOME.

I. An appellatio ob non reproductas in primo termino Compulſoriales deſerta ſit?

II. An appellatus appellantem, ut omiſſo appellationis puncto in cauſa principali reſpondeat, jure cogere poſſit?

III. An appellanti licuerit hoc caſu libellare.

IV. De probatione diligentię, moræ, culpæ & negligentiæ.

V. Contumacia quando & quomodo contrahatur?

VI. Fatalia an & quando currant impedito facto & mora adverſarii? & quid, ſi per judicem impeditus fuerit?

VII. Lis quando pro conteſtata acceptanda?

VIII. Actio iniuriarum an in meſſium, vindemiarumq; feriis perimatur?

IX. Actionis perpetuatio ex quibus elici poſſit?

X. Proteſtatio quid operetur? an, & quando pluries facienda? & quando ab ea receſſum videatur?

SUMMARIA.

1 FActi ſpecies.

2 Intellectus Ord. Cam. *pag. 3. tit. 31. in princ. & §. Derowegen dann auch. & num. 3. 4. 5. & 6.*

7 Appellans *ſi intra annum acta non produxerit, appellatio deſerta efficitur.*

8 *In dubio* pro appellationis devolutione, *eamq; non deſertam, judicandum eſt.*

9 Renunciantibus *ad jura renunciata non datur regreſſus.*

10 Fatalibus *per culpam Nuncii ante inſinuationem proceſſuum effluxis, appellatio deſerta eſt: ſed appellans in integrum reſtituitur.*

11 Appellato, *etiam invito appellante, omiſſo appellationis puncto in cauſa principali procedere licet: Refellitur & declaratur numero 12. & numero 14. 15. 16. Præiudicium Camer. de num. 13.*

17 Exceptio iudicis ſuſpecti *quando locum habeat?*

18 Appellanti *an licuerit hoc caſu libellare? Neg. hoc & num. 19. Contrarium adſtruitur nu. 20. & ſeqq. & num. 24.*

21 Interlocutoria *quando vim ſententiæ definitivæ habere dicatur? & num. 22.*

23 Exceptio præſcriptionis annalis iniuriarum *ob neglectam intra annum litis conteſtationem peremptoria eſt: & numero 25. & ſeqq.*

Cita-

26 Citatio *præscriptionem annalem interrumpit: Ampliatur num. 27. Removetur hoc dubium num.49.*

28 Per libelli oblationem *præscriptio interrumpitur: Diluitur hoc obiectum num.50.*

29 Citatio *vel libelli oblatio præscriptionem dissolvit, si non de rerum, sed actionis præscriptione lis sit, & n.30. extenditur num. 31. Refutatur num.51.*

32 Iure Canon. sola citatio *præscriptionem perimit: Respondetur ad hanc dubitandi ratione num.52.53.54.*

33 Præscriptiones actionum *iniqua sunt præsidia, ideoque restringenda num. 34. Refellitur num.55.*

35 Citationem *solam intra annum factam absque litis contestatione sufficere in Camera Imp. receptum & præiudiciis stabilitum: vide tamen infra num.56. & n.58.59.60.*

36 Opiniones *à summis Senatibus approbatæ in inferioribus iudiciis sequendæ: limitatur & restringitur n.57.*

37 Actio iniuriarum *ex prætoriarum numero est.*

38 Prætoriæ actiones *annua præscriptione submoventur.*

39 Actioni iniuriarum *spatio anni, à die illatæ iniuriæ computandi, præscribitur: & num. 40. 41.43.44.45.46.*

61 Actio ad recantationem *an pro annali, vel perpetua habenda sit? hoc & num. 62.63.64. 65.66.67.68.69.70.71.72.73. 74.75. 76. 77. 78.79.*

80 In opinionum conflictu *ea præferenda est, quæ pro Reo & eius absolutione facit: & numero 113.*

81 Præscriptio iniuriarum *currit tantum ob moram & negligentiam non agentium: Alii rectius sentiunt, ideo hanc actionem perimi, quod sit annalis num.82. imo famosa, pœnalis & odiosa num.83.*

84 Reipublicæ Christianæ *interest: lites super iniuriis brevissimo temporis spacio sopiri: & num.269.270.271.272.273.*

85 Negligentiæ *excusatio an cessationem præscriptionis inducat?*

86 Diligentia *& culpa quomodo probentur? & n. 87. & an hoc casu sit legitime probata? nu. 90.91.92.93.94.95.96.97. & num. 100. 101.102.103.104.105. 106. 107. 108. & n. 244.245.*

88 Fatalia *non currunt impedito facto & mora adversanti, quando impeditus fecit, quod potuit & n.89.*

109 *Examinatur* secundum Actoris fundamentum, *in quo culpam omissæ litis contestationis in Reum transferre conatur hoc & num. seqq. & nu.120.121.122.123.124.125. 126.127.128.129.130.131.132.133. & num.137.138.139.140.141. & seqq. & num.150.151.152. & num 156.157. & seqq. & num.167.168.169.170.171.172. 173. & num.175.176.177.178.179.180. & num. 183. & 186.187. & seqq. & num. 191.192.193.194.195. & nu. 197. 198. 199. & nu.202.203.204. 205. 206. 207. 208.209.210.211.*

110 Litis contestatione *per tergiversationes ac subterfugia Rei impedita, lis pro contestata habenda est: & num.111.*

112 Pro facto *habetur in eius præiudicium, per quem stetit, quo minus id fieret, quod fieri debebat.*

116 Qualitas *actus alicuius quando probanda est, non sufficit, actum probare in genere, sed ipsa qualitas ab allegante præcise probanda est: & num.117.118.119.*

135 Contumax *habendus, qui tribus edictis evocatus sui copiam non fecit.*

136 Adveram contumaciam *inducendam, vltra tres Citationes, requiritur etiam quarta per emptoria.*

142 Quælibet causa iusta, *propter quam quis ad iuarcium non venit, Reum a contumacia excusat.*

145 Contumacia *sine dolo & malitia non contrahitur & n.144.145:*

146 Reus *pro vero contumace haberi non potest, quando citatio ei in persona non intimata, sed absente eo orctenus ad domum denunciata fuit: & num.147.148.*

149 Citationes *non notificatæ non nocent, nec contumax quis dici potest stante ignorantia.*

153 Citationes *quando contra formam statuti vel sine legitimo intervallo deproperatæ fuerunt, nullæ censentur, nec reum in mora vel contumacia constituunt: & num.154.155.*

158 Lis *pro contestata acceptari nequit, si Actor nusquam litis contestationem petierit: & nu. 159.160.161.*

162 Lex *vel* Statutum *quoties aliquid requirit à Reo fieri, intelligitur, si id ab actore petitum fuerit.*

163 Interpellatio *requiritur ad constituendum aliquem in mora.*

164 Mora *nulla est, vbi nulla petitio vel interpellatio.*

165 Negligentia *non datur, nisi post interpellationem, & num. 166.*

181 Contumacia *in vno puncto & actu, non nocet in alio: & n.182.*

184 Libellus *quamdiu ab Actore non fuit oblatus, tamdiu nec Reus in mora contestandæ litis fuisse, nec veram vel fictam litis contestationem intercessisse prætendi potest: & numero 105.*

Negli-

188 Negligens *negligenti nihil opponere poterit.*

189 Actor *negligens Rei negligentiam in eadem re accuſare nequit & n.190.*

196 Impedimentum ſuperveniens *non excuſat, quando impeditus ſe ita arctavit, ut etiam ceſſante impedimento id, ad quod faciendum obligatus erat, expedire non poſſit.*

200 Mora *purgatur, Reo poſt modicum tempus comparente.*

201 Tempus *modicum quodnam dicatur?*

207 Contumacia *in omnibus & ſingulis terminis accuſanda.*

212 Impedimentum *ſuperveniens à lapſu fatalium quando excuſet, vel non? & num.213.214. 215.216.*

217 Fatalia *non currunt, ubi per Iudicem ſtat, quo minus in cauſa principali procedi, litisq; conteſtatio intra annum interponi queat.*

218 Tempus *non currit impedito impedimento juris & num.219. Diluitur hoc dubium n.220. & ſeqq. & num.224.225.226.227.228.229. 230.231.*

221 Actio iniuriarum *etiam in ipſis meſſium vindemiarumq; feriis perimitur, ſi intra annum deſuper lis conteſtata non fuerit.*

222 Feriæ *meſſium à deſertione non excuſant: & num.223.*

232 Actionis perpetuatio *ex quibus elici poſſit? & n.233.234.235.*

236 Proteſtatio *quid operetur? & n.237.238.239. 240. & n.242.*

241 Proteſtatio *ex falſa cauſa facta nullius eſt efficaciæ: & num.242.243. & numero 246. ſtricti juris numero 247. nec quicquam operatur ultra, quam verba proteſtationis ſe extendunt numero 248. limitata limitatum producit effectum numero 249. de uno actu non porrigitur ad alterum numero.250. extra legitimum tempus interpoſita non valet numero 251. & 253.*

252 Paria *ſunt, omninò non facere, & extra tempus facere, vel illegitimè facere.*

254 Proteſtatio *de non labendis fatalibus pluries facienda: & num.255.256.257.258. 259.*

260 A proteſtatione *quando receſſum videatur? & num.261.*

262 Comparens *coram judice recuſato ſine aliqua proteſtatione cenſetur receſſiſſe à recuſatione propoſita.*

263 Proteſtatio *non juvat, quando Dominus recipit penſionem futuri temporis.*

264 Cauſa *quando in articulo juris conſiſtit, tunc non opus eſt ulteriori tela judiciaria.*

265 Proceſſus judicialis *duntaxat ad facti informationem adinventus eſt.*

266 Quid pronunciandum?

267 Actio iniuriarum *valde odioſa eſt, & famoſa: Ideo Iudex pronior ad abſolvendum, quam condemnandum Reum eſſe debet: & num.268. 269.270.271.272.273.*

274 Expenſæ *compenſantur, quando cauſa nonnihil dubii recipere videtur, & quando appellatus priorem ſententiam pro ſe habet.*

SUFFRAGANTE JEHOVA.

CUm procuratoria juſta, nec in proceſſu nullitates deprehendantur, ad cauſæ principalis deciſionem properandum, & ea quæ hinc inde tum in formalibus tum in materialibus in controverſiam vocata ſunt, diſcutienda veniunt, Quod ut tanto felicius fiat, ipſam factiſpeciem paucis præmittere placet.

Facti narratio.

Cum inter J. D. actorem nunc appellatum ac B. S. Reum nunc appellantem cives B. variæ eæque ſatis acerbæ controverſiæ & lites efferbuiſſent, ea de cauſa, quod D. fratrem uxoris B. S. juvenem imbecillis judicii ac perpetuò ferè morbo laborantem juvenem à cohabitatione ſororis & ſororii, apud quos vigore teſtamenti paterni ali & educari debeat, ſubdole ad ſe primum pellexiſſet, inque domum ſuam traxiſſet, poſtmodum etiam ad conficiendum teſtamentum, ipſique D. aliquot millia legatorum nomine relinquendum induxiſſet, res tandem eò devenit, ut Senatus Bremenſis tum reſtitutionem dicti adoleſcentis D. Actori iniunxerit, eumque ad Rei eiusque uxoris, utpote ſororis & ſororii cohabitationem redire juſſerit, ac præterea iſti adoleſcenti, quod rebus ſuis commode præeſſe non poſſet, curatores conſtituerit. Poſtquam igitur miſellus iſte à D. abſtractus, & ad domum S. reductus eſſet, & D. timere inciperet, ne adoleſcens à ſe abalienaretur, opimaque illa legata revocaret, (quorum utrumque paulò poſt etiam evenit,) ut à ſuis porro ſtaret partibus, clàm adoleſcentem confirmare, ipſique ſororem & ſororium inviſos reddere nullum non movit lapidem, ac cum nunquam id oportunius fieri poſſe cerneret, quam abſente dicta eius ſorore eiusque marito, Proxima die dominica, quæ in 8. Auguſt. Anni 613. incidebat, cum intellexiſſet Reum una cum uxore ſacris intereſſe, & juvenē iſtum ſolum domi manſiſſe, una cum Notario & teſtibus ædes appellantis eo animo, ut adoleſcentem ad opponendum ſe præfatis Senatus decretis, ſororique & eius marito incitaret, temerario auſu involavit. Simulac vero id Reo ſororio à famulo ſub concione nunciatum eſſet, ocius domum ſe contulit, deque eo, quod domum ſuam contra jura & quidem ſacrata die ſub concione, ubi alii Chriſtiani divinis interſint, vi ingreſſus ſit, ac ſororis ſuæ liberis

liberis (fuerat enim mater uxoris S. Soror D.) bona astu subtrahere & ad se rapere moliatur, cum D. expostulans illa injuriosa verba, de quibus hic lis est, protulisse criminatur; Quam injuriam tamen ad animum appellatus statim non revocavit, sed totos undecim menses, & sic integrum fere annum silentio præterlabi passus est, 6. Iulii vero Anni sequentis 614. citari fecit Reum, ad diem proximam (7. nempe eiusdem) sine ulla tamen causę expressione (uti Breinæ moris) Reus autem aliis negotiis præpeditus, insuperq; ignorans, quam ob causam inopinata citatio illa fieret, permittente & Iure & statuto B. ille prima vice non comparuit, Cum vero Consiliarii Episcopatus Monasterienſis longe ante primam Citationem istam in ardua quadam causa, quæ inter matrem Rei & Senatum W. vertebatur, ad 14. sequentis dici Iulii dictam instituissent, eo fine ut amicabilis compositio in illa tentaretur, Reus matris præsentis viduæ nomine, ut ante & postmodum sæpius, ita etiam tunc ei dictæ interesse, & sic Brema 11. Iulii justa & necessaria de causa discedere coactus fuit. Reo absente actor ad 14. & 18. Iulii citationes ad ædes eius in geminari & reiterari curavit, de quo tamen Reus absens nihil quicquam rescivit, proindeque nec comparere potuit; Postquam vero denuo per literas ad 21. Iulii citatus esset, eæque literæ ad illius notitiam pervenissent, abruptis & relictis aliis omnibus negotiis Bremam rediit, & 21. Iulii hora dicta in Iudicio comparuit, postquam comparitionem Actor sine ulla contumaciæ inculpatione pure acquiescendo, actionem suam oretenus instituit, reoque illius actionis seu querelæ copiam petenti, omnesque competentes exceptiones sibi reservanti, simpliciter detulit, nullo verbo, ut & litis contestatio intra annum fieri debeat, petendo, multominus de non labendo sibi anno, ob non factam intra annum litis contestationem protestando. Quare cum ista die 21. Iulii ultima Iuridica illius anni ante ordinarias messium ferias haberetur, nec Actor in feriis causam urgeret, accidit, ut annus à die illatarum prætensarum iniuriarum computatus 8. Augusti eius 614. Anni sine litis contestatione elaberetur ac finiretur; Vnde Reus in feriis, peritioribus in consilium adhibitis, rescivit, actionem iniuriarum anno perimi, nisi intra annum à die illatæ injuriæ calculandum, litis contestatio intercesserit, unde prima Juridica post ferias, quæ incidit in 12. Septem. exceptionem peremptæ actionis iniuriarum, ob omissam intra annum litis contestationem, actori opposuit; Per sententiam tamen exceptio ista peremptoria reiecta, & ea non obstante reo responsio ad libellum iniuncta fuit, à qua sententia Reus ut maxime gravatus & sua exceptione peremptoria privatus ad Cameram provocavit, appellatumque debito modo citari, citationemque reproduci curavit.

Quoad formalia.

CIrca formalia tum introducendæ appellationis tum ipsius processus tres motas esse quæstiones, & totidem inde secutas submissiones, adparet;

QVÆSTIO I.

QVarum prima in eo vertitur, An appellatio hæc, ob non reproductas in primo termino compulsoriales, deserta sit? Appellatus unicum suæ opinationis fundamentum collocat in text. Ordin. *part. 2. tit. 31. in princ. & §. 1.* Ubi statuitur compulsoriales eo casu, quo una cum citatione extractæ sunt, una cum citatione in primo termino reproducendas esse: Inde inferens, si compulsoriales una cum Citatione quidem obtentæ, nec tamen in primo termino cum citatione reproductæ sint, appellationem desertam esse, & ad perversum hunc intellectum *d. tit. 31. §.* Derwegen dann auch/ ꝛc. detorquere non erubescit. 2

Ego vero appellationem hanc obinde minime concidisse reor, Quamvis enim in obiecto loco Compulsoriales si simul cum citatione obtentæ sint, una cum citatione in primo termino reproducendas esse, salubriter statuatur, non tamen (1) adiecta est pœna, si in primo termino compulsoriales vel inhibitio una cum citatione non reproducantur. Quare nec nostrum erit, pœnam amissionis causæ extra literam constitutionis in non reproducentem decernere. Maxime (2) cum instrumentum requisitionis actorū in primo termino una cum citatione exhibuerit. Quanam enim de causa reproductionem compulsorialium requiri dixeris in primo termino, ut eluceat, appellantem in actis prioribus postulandis diligentem fuisse? Et cum illa diligentia hic per æquipollens (documentum nempe requisitionis) probata fuerit; Cur appellans satis diligens dispendio totius causæ mulctaretur? Sique juxta manifestam literam ordinationis, ac ipsiusmet appellati propriam confessionem illo in casu, quando appellans Compulsoriales non impetravit; ad justificanda formalia introducendæ appellationis sufficit, ut præter citationis reproductionem documentum requisitionis actorum in primo termino exhibeatur, quidni idem sufficiet in nostro casu, quo appellans impetrando compulsoriales easq; nuncio tradendo (quod omittere potuisset) quam diligentissimū se ostenderit? Et in hanc sententiam (3) tanto magis inclino, quod Iure communi appellans acta vel compulsoriales in primo termino nō reproducens, nusquā pœna desertionis plectatur, sed ei integer annus ad introducendam, justificandam & finiendam appellationem præfiniatur. *tot. tit. C. de temp. appell. c. ex rat. de appell.* Intra quod tempus si appellans acta non repræsentaverit, appellatio demū deserta efficitur, Vant. *de null. tit. à quo & quib. mod. pos. nul. prob. nu. 21.* Porro (4) in dubio prō appellationis devolutione Gail. *lib. 1. obs. 81.* Surd. *decis. 27. n. 4.* eamq; non desertam, pronunciandum est, Masc. *concl. 117. nu. 1.* Gail. *d. obs. 81. n. 11.* Tum (5) notandum, quod Procurator appellati desertionis appellationem arguens in recessu orali 16. Ian. Anno 616. habito, hanc exceptionem Iudicialiter

revocaverit, quam revocationem appellans ſtatim acceptavit, unde exceptio deſertionis jam
9 evanuit, Cum ad Jura renunciata regreſſus non detur. Franc. Hotom. *conſil. 9. numero octavo.* Cæſ. Barz. *deciſ.* 103. *numer.* 12. *&* 13. Alex. Ambr. *deciſ. 3. num. 16.* Et ceſſantibus his omnibus (6) Senatusconſulto Cameræ de An. 1583. Dub. 16. D. Denais. *Iur. Cam tit. 34. n. 6.* abun-
10 de cautum eſt appellanti. Nam per culpam nuncii ſi appellatio deſerta reddatur, appellans ſilico vel ex officio ſi in termino citatus compareat, in integrum reſtituitur, Et ita ſtylus Cameræ obſervat, uti præter quotidianam obſervantiam teſtatur Votum Camerale; quod extat *Symph. tom. 4. p. 1. vot. 10. num. 2. & ſeq.* faciunt notata Mynſ. *cent. 5. obſ. 98. n. 3.* Nunc autem hic exactis & relatione nuncii liquet, ei compulſoriales à procuratore appellantis ſatis mature ad exequendum porrectas fuiſſe, & ſic non per appellantis, ſed per nuncii culpam & impedimenta factum eſſe, quominus compulſoriales primo in termino reproductæ fuerint, Ergo appellati exceptione non urgente, cauſa ad hoc ſummum Juſtitiæ Tribunal devoluta eſt.

QVÆSTIO II.

SEcundo in eo ſubmiſſum eſt, An appellatus appellantem, ut omiſſo appellationis puncto in cauſa principali reſpondeat, Jure cogere poſſit? Appellatus ſane pro ſuſtinenda affirmativa duplici ratione, primumque eanititur, quod
11 appellato, etiam invito appellante, integrum ſit, omiſſo appellationis puncto in cauſa principali procedere. per text. *in c. 1. §. poſt hoc de appell. in 6. & ibi* Franch. *num. 9.* Innoc. *in c. ut debit. num. 4. de appell. ibique* Abb. *num. 35.* Dec. *n. 74.* Butrig. *num. 23.* Præpoſ. *num. 28.* Blar. *ad l. diffamari. c. 10. num. 32.* Crot. *conſ. 27. num. 8.* Surd. *deciſ. 175. num. 11. lib. 1.* Scacc. *de appell. q. 17. limit. 47. membr. 3. num. 9. & ſeqq.* Eaque haud paucis Cameræ præiudiciis ſtabilita. Gail. *lib. 1. obſ. 136. per tot.* Tilem. de Benign. *Syntag. 1. decal. 4. vol. 1. num. 5. & ſeq.* Deinde quod Senatum Bremenſem ſuſpectum habeat, vereaturque ne Senatus cauſam principalem juſto ſegnius & lentius expediat.

Verum enimvero hoc poſtulatum abſonum
12 & à Jure & æquitate abhorret, Nam appellatio in appellationibus ab interlocutoria poſthabito appellationis articulo in negotio principali tum demum procedere liberum eſt, quando in puncto appellationis ſolius appellati favor verſatur; Is enim favori ſuo renunciare poteſt, nec habet appellans quod conqueratur: At cum appellantis favor in appellationis renunciatione ſubeſt, nullatenus appellato ea permittitur, uti non obſcure innuit Gail. *d. obſ. 136. numero ſecundo.* Ant. Fab. *in c. lib. 7. tit. 26. defin. 26. nu. 4.* Ægid.
13 Bell. *deciſ. 7. 9. & 18. rubr. de appell.* Et ita in Camera in cauſa Thomas Brandenburgs contra Mary Heinen 5. Julii Anno 82. ſervatum audio.
14 Quin vero hic articulus appellationis, qui eſt de exceptione peremptoria præſcriptionis annalis, ſi omittatur, præiudicium appellanti & quidem ſummum inferat, etque jus quæſitum auferat; nemo ut opinor ambiget; Vnde conſequens eſt, appellantem hoc in caſu, ut omiſſo appellationis puncto, in cauſſa principali procedat, neutiquâ cogendum eſſe; Et ſane ſi is cuius actio per exceptionem peremptoriam eliſa eſt, poſthabito puncto appellationis ad reſpondendum in cauſa principali reum adigere poſſet, exceptiones peremptoriæ Reo nulli uſui eſſent, & inde omnis materia peremptoriarum everteretur. Reſtringendum itaque hoc laxum axioma, ne innumera abſurda inde repullulent, Præterea appellatus 15
non aliter omiſſo appellationis articulo in negotio principali procedere poteſt, niſi prius renunciet ſententiæ à qua & concedat appellanti id quod prætendit, ut eſt de mente omnium Dd. qui ea nituntur ratione, quod appellans eo caſu non habeat, de quo conqueratur, cum appellatus gravamen revocet & favori ſuo renunciet. Scacc. *d. quæſt. 17. lim. 47. memb. 3. nu. 9. verſ. ratio huius. & n. 12. verſ. tamen ego.* Vinc. de Franc. *deciſ. 526. in fin.* Abb. *in d. c. ut debitus. n. 35. & 36.* Quod 16
ſi vero appellatum hic ſententiæ à qua, & favori per eam pro ſe introducto renunciaſſe ponam, exceptione præſcriptionis à cauſa principali excluſus manebit: aut ſi hoc conſequens concedere vel largiri nolit, nec beneficio antecedenti uti poterit;

Nec ſecunda in mediũ adducta ratio prætenſæ ſuſpicionis, quicquam confert; præterquam 17
enim quod allegata ſuſpicionis cauſa irrita, & iam antè tempore denegatæ citationis, ſecundũ ipſius confeſſionem, ab Intergerrimo hocce Collegio reiecta ſit; non ſequitur (ſuſpicione etiam præſuppoſita) appellantem ea de cauſa, quod Judex à quo ſuſpectus ſit, exceptione ſua peremptoria privandum; & ad diſceptationem cauſæ principalis omiſſo appellationis articulo compellendum eſſe, Fruſtra itaque & iniuria appellatus urget appellantem, ut omiſſo appellationis puncto in cauſa principali procedat.

QVÆSTIO III.

TErtio quoque illud circa formam proceſſus in controverſiam vocatur, an appellanti licuerit hoc caſu libellare? Id appellatus ſub præ- 18
textu duarum rationum reo denegandum cenſet; Primo enim hic ab interlocutoria mera appellatum eſſe, eoque caſu anteriora tantum acta loco gravaminum oretenus repeti, nec articulatum libellum admitti debere, Iuxta Ord. Cam. *part. 3. tit. 31. §.* vnd ſo fern von einer Beſchwerung / ꝛc. Deinde quia ipſemet appellantis pro- 19
curator tempore reproductæ citationis ſemel acta priora loco gravaminum oretenus repetiit & ſubmiſit, ſicque ei poſtmodum variare & libellum articulatum procedere non licuiſſe, juxta text. deß Anno 600. auffgerichteten Deputation Abſchieds / §. Es ſoll auch 115. Id quod & juri conſonat, dum electa una via, non datur regreſſus ad alteram.

Attamen cuilibet paulo accuratius rem exa- 20
minanti facile apparebit, utrumque argumentum errore factilaborare, libellumque oblatum omnino recipiendum eſſe; Omni enim caret

hæſita-

hæsitatione, tunc permissum esse, gravamina scripto comprehendere, cum vel à definitiva, vel tali sententia quæ vim definitivæ habet, appellatio instituta fuit. Ord. Cam. *d. part. 3. tit. trigesimo primo. §.* Wann so fern von einer Beschwerung/ &c. atqui hic sententia à qua vim definitivæ habet, tum quia definitive per eam reiicitur obiecta exceptio peremptoria præscriptionis annalis, nec per eam ulla ulterior sententia in hoc puncto expectabatur, Interlocutoria vero tunc vim definitivæ habere dicitur, quando ita definit negotium, ut post eam illo in puncto non speretur alia sententia, Marant. *in spec. in 3. part. 6. p. prin. numer. 42. vers. prima conclusio.* Scacc. *de appell. q. 19, remed. 1. concl. 6. nu. 37. vers. limita* 10. 21

Tum quod omnis interlocutoria per quam vel admittitur vel reiicitur aliqua exceptio peremptoria (qualis etiam est exceptio præscriptionis annalis iniuriarum ob omissam intra annum litis contestationem, sicuti in puncto docent. Schneid. *ad §. sed & num. 3. in fin. 1. de iniur.* & Schurff. *cons. 12. num. 6. & 7. cent. 1. arg. l. emptor. 9. C. de præs. long. temp. c. 1. de lit. cont. in 6.*) Vim definitivæ habet. Scacc. *de appell. quæst. 17. limit. 47. membr. 1. num. 94. & seqq.* Mar. *in spec. part. 6. de sent. defin. & interl. nu. 44.* Decian. *respons. 62. n. 32. lib. 5.* Tholoss. *decis. 48. & ibi* Aufferer. *in addit. num. 1. & ad decis. 364. lit. A.* Ergo & libellatio in hoc casu indubitate permissa fuit: Huiusque argumenti vivo aculeo in tantum stimulatus fuit appellatus, ut vi veritatis victus secundam rationem tantum urgeat. 22 23

Quæ itidem ei non opitulatur: recte siquidē ab appellante ad eam responsum, in obiecto recessu orali 5. Decembr. Anno 615. habito, non (ut ab adverso allegatur) pure acta priora loco gravaminum repetita, sed tantum conditionaliter & in eum eventum; si sententia à qua pro simplici interlocutoria habenda sit; prout manifesto patet ex ipsis formalibus quæ ita habent, IN EVENTUM, (NB.) da die Sententia à qua pro simplici interlocutoria zu achten / wolte Er acta priora loco gravaminum repetirt haben / Cum vero nunc constet sententiam à qua vim definitivæ habere; illa in alium eventum facta repetitio actorum non impedit quin appellans gravamina sua libello comprehendere potuerit; quia quæ sub conditione vel in unum eventum fiunt, deficiente conditione; vel in alium eventum minime obligant vel præiudicant. 24

Concludo itaq; libellationem appellanti fuisse permissam. Et hæc de formalibus sufficiant.

DE MATERIALIBUS.

Circa materialia hæc quatuor capita consideranda:

1. Quænam actio in priori instantia instituta?
2. An ea per obiectam exceptionem præscriptionis à Reo perempta?
3. An ista exceptio rei per actoris replicas elisa sit?
4. Quid pronunciandum sit?

PRIMUM CAPUT.

PRimum caput quod attinet, patet ex actis actorem iniuriarum actionem instituisse; suisque iniuriis certa pecunia ad 6000. Thaler / æstimatis petiisse, ut reus ad recantationem earum & summam taxatam condemnetur.

SECUNDUM CAPUT.

REus è contrario actionem exceptione præscriptionis annalis ob neglectam intra annum litis contestationem nititur elidere. Et quidem litis contestationem hic intra annum non interveniisse tam ex confessione ipsius appellati, præsertim ea, quæ in conclusione eius extat, & ab adverso acceptata fuit, quam ex ipsis actis luce meridiana clarius est: Nihil enim aliud fecit actor, quam quod querelam seu libellum suum proposuerit, Inter litem contestatam & editam actionem vero permultum interest, secundum Imp. *in l. 1. C. de lit. cont.* requiriturque, vt Reo copia libelli, & exinde 20. dierum induciæ dentur, quibus deliberet, cedatne an contendat; & iis elapsis litem contestetur, auth. *offeratur. C. eod. tit. & Nov. 53. c. 3. §. 12.* Ita ut omnis scrupulus solum in eo resideat, An actio iniuriarum verbalium expiret, si annus à die illatæ iniuriæ calculandus, sine litis contestatione transierit. 25

RATIONES DVBITANDI.

ET sane quamvis actor hoc non magnopere in dubium revocet, sed potius tacite concedat & largiatur, non desunt tamen rationes, quę primo intuitu suadere videntur, iniuriarum actionem hic, non obstante quod lis intra annum ad contestationem perducta non sit, annuo tempore peremptam non esse. 25

Primo etenim hic citatio intra annum emanavit, perque eam præscriptio annalis interrupta fuit, attento, quod etiam longissimi temporis præscriptio per solam citationem Iudicialem interrumpatur, *in l. cum notissimi. 7. in princ. ibi. et tam per solam citationem. C. de præsc. 30. ann. vbi Bl. in pr. & Dd.* Ant. de Brutiis. *in cap. illud, de præscr.* Mynsing. *4. obs. 26. numero quinto.* Wesembec. *consil. centesimo vigesimo nono. numero decimo.* Nec non etiam longi temporis & triennalis exceptio, arg. *l. 2. C. de annal. except. & Novell. 119. §. clare.* Wesembec. *in parat. ff. de usurp. numero decimo quinto.* Quod si igitur hoc obtinet in præscriptione 10. 20. vel 30. ann. ubi actor longiorem ad interrumpendum habuit dilationem, quanto magis idem in annali præscriptione statuendum erit; præsertim cum hic intra annum non solum citatio obtenta, sed etiam (2) libellus oblatus sit. Per libelli enim oblationem præscriptionem interrumpi post Bombin. *consi. 7. nu. 54. tradit.* Rurg. Ruland. *de Commiss. p. 4. lib. 3. c. 2. num. 26.* Id quod etiam (3) exinde confirmare posset, quod 26 27 28

hic non de rerum ſed actionis præſcriptione lis
29 ſit, in qua præſcriptione actionum ſola citatio vel libelli oblatio præſcriptionem diſſolvit ſicuti per *l. maritus. §. quin quoniam. ff. de adult.* tradunt Bart. *in l. naturaliter. in fin. ff. de uſucap.* Weſemb. *in paratit. ff. de uſucap. num.* 15. *circa fin.* poſt Angel. & Iaſon. *in §. pœnales. num.* 110. *inſtit. de act.*
30 Quamvis enim actiones, non niſi per litis conteſtationem ad annos 40. perpetuentur. *l. fin. C. de præſcr.* 40. *ann.* per ſimplicem tamen citationem vel libelli oblationem præſcriptio in tantum interrumpitur, ut exinde novo anno & nova opus ſit præſcriptionis inchoatione; Guid. Pap. *deciſ.* 416. 6. *verſ. ſed. dubitatur. Vbi dicit*, per interruptionem factam per ſolam citationem non perpetuari actionem in 40. annos, ſed ſimpliciter interrumpi præſcriptionem, & neceſſe eſſe; ut ex die citationis nova inchoetur præſcriptio talis & tanti temporis, qualis erat prima, Iaſon. *in §. pœnales. nu.* 110. & Weſemb. *d. tit. num.* 15. *circ. fin.* Chaſſ. *in conſuet. Burgund. de retr. lig. §.* 1. *verb. dedans. n.* 3. Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *gl.* 10. *n.* 75.
31 Quæ opinio (4) veriſimilior redditur ex eo quod quamvis de Jure civili quandoque ſola citatio ad diſturbandam præſcriptionem non ſuf-
32 ficiat; ſed litis conteſtatio neceſſaria ſit; Iure tamen Canonico ſola citatio, utpote quæ in mala fide (ſine qua nulla procedit præſcriptio *c. fin. de præſc. C. poſſeſſor. de Reg. Iur. in 6.*) conſtituit, præſcriptionem interrumpat, poſt Bald. Franc. Cremon. *ſing.* 101. *tu ſcis quod præſcriptio. &c.* Ubi dicit, hoc eſſe ſingulare & de pane lucrando, Tiraquel. *de retract. lig. §. 1. gl.* 10. *numero octuageſimo ſexto.* Hieron. Gabriel. *cauſ.* 144. *numero tertio, lib.* 1. Hypp. Riminald. *conſ.* 205. *n.* 26. *lib.* 2.
33 Suadet idem (5) quod præſcriptiones actionum iniqua ſint præſidia Novell. 12. Zaſ. *conſil.* 16. *n.* 53. *cent.* 2. Pariſ. *conſi.* 114. *num.* 24. *vol.* 1. proindeque reſtringenda. *c. odia de Reg. Iur. in 6.*
34 in favorem iniuriati, & odium iniuriantis, maxime ne delicta, & livor calumniandi alteriuſve honori detrahendi maneant impunita.

Stabiliturque denique (6) & hæc opinio ex eo, quod in ſummo Imperialis Cameræ Iudicio illa ipſa ſententia; quæ ſtatuit ad perpetu-
35 andam iniuriarũ actionem, ſolam intra annum factam citationem abſque litis conteſtatione ſufficere, recepta & multis præiudiciis firmata ſit, uti conſtat ex Gail. 2. *obſ.* 64. *num.* 6. Adrian. Gylman. *lib.* 1. *deciſ.* 41. *n.* 6. *& ſeq. & nu.* 11. *lib.* 1. Bern. Greve *lib.* 2. *obſ.* 105. *n.* 5. & ſic etiam in in-
36 ferioribus Iudiciis in Iudicando ſequenda ſit, ex quo opiniones à ſummis Senatibus approbatæ inferioribus exemplum quod ſequantur præbent. Hartm. Piſtor. *lib.* 1. *q.* 15. *nu.* 106. Surd. *conſil.* 403. *num.* 183. Alex. Raudenſ. *de Analog. cap.* 36. *num.* 137. Cornaz. *deciſ. Lucenſ.* 29. *nu.* 9. maxime quæ ſtylum & ordinem cauſarum reſpiciunt, poſt Cacher. *deciſ.* 2. *n.* 44. & Fulv. Pac. *de probat. c.* 67. *num.* 10. Bernh. Greve *in proœm. obſ. num.* 31. Ex quibus omnibus videtur concludendum, actionem iniuriarum ob non ſecutam intra annum litis conteſtationem, non peremptam, ſed per citationem libellique oblationem potius perpetuatam eſſe.

RATIONES DECIDENDI.

HIs omnibus non officientibus contrarium veriuſeſt, actionem nimirum iniuriarum ob neglectam intra annum litis conteſtationem eliſam eſſe, non obſtante quod citatio intra annum obtenta, querelaq; propoſita fuerit.

Neque enim ſolum in genere indubitati Iuris eſt, actionem iniuriarum ex prætoriarum numero eſſe. §. 1. *inſtit. de perpet. & temp. l. item is. §. ait Prætor. ff. de iniur. & ſimil.* Prætoriaſque actiones annua præſcriptione tolli. *l. in honorariis.* 35. *ff. de oblig. & acti.* Sed etiam in ſpecie clare conſtitutum actioni iniuriarum, ſpatio anni, à die illatæ iniuriæ computandi præſcribi, *in l. ſi non convitii. 5. C. de iniuriis. & ib.* Pec. de Bella. Pertica *in fin.* Bald. *in princ.* Angel. *num.* 1. *& 9.* Salyc. *n.* 4. Zaſ. *in l. in ius vocare. num.* 8. *ff. de in ius vocand.* Vultei. *ad §. pœna. n.* 8. *inſtit. de iniur. in fin.* Boſſ. *tit. de iniur. n.* 23. Specul. *de iniur. §.* 1. *n.* 14. Petr. Greg. *lib.* 28. *Syntag. univerſ. Iur. c.* 7. *n.* 13. Gomez. *lib.* 3. *reſol. cap.* 6. *nu.* 15. Placia *in epitom. delict. l.* 1. *c.* 6. *num.* 25. *ad fin.* Nicol. Mill. *in repert. verb. iniuria. num.* 8. *verſ. iniuriarum actio tollitur.* Cald. *in l. ſi curatorem. verb. læſis. num.* 18. *C. de reſtit. in integrum.* Balb. *de reſcript part.* 4. *p.* 4. *princ. quæſt.* 2. *n.* 6. Laurent. Termin. *in tract. caut.* 115. *n.* 5. Oldendorp. *claſſ.* 3. *action.* 10. *n.* 21. Ruland. *de commiſſ. par.* 4. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 35. *& lib.* 7. *c.* 6. *n.* 160. Rauchbar. *quæſt.* 48. *n.* 1 *par.* 1. Hartman. Hartm. *tit.* 49. *obſ.* 2. *n.* 2. Bernh. Greve *lib.* 2. *obſerv.* 104. *conſider.* 1. Chil. Koning. *in prax. c.* 58. *n.* 13. Damhaud. *in prax. crimi. c.* 138. *nu.* 20. Farin. *in crim. quæſt.* 10. *nu.* 21. Conrad. Lancell. *de offic. præfect. prat. Rubr. de iniur. n.* 29. Cæpol. *cauſ. crim.* 70. *n.* 2. *& ſeq.* Plot. *conſ.* 35. *n.* 19. Ruin. *conſ.* 21. *n.* 5. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 756. *n.* 2. Decius *conſ.* 102. *n.* 2. *vol.* 1. Schurff. *conſ.* 61. *n.* 1. *cent.* 1. Mart. Uran. *conſi.* 14. *n.* 104. *tom.* 2. Weſ. *conſ.* 123. *n.* 55. *& ſeq. & con.* 161. *n.* 38. Mynſ. *reſp.* 59. *nu.* 3. Ioan. Sichar. *d. conſ. matrimon.* 2. *n.* 23. Frid. Pruckm. *conſ.* 22. *num.* 22. *lib.* 1. Marc. *deciſ.* 192. *n.* 6. *par.* 2. Rot. Roman. *deciſ.* 2. *tit. de iniur. in novis.* Gratian. *deciſ.* 29. *n.* 3. Alex. Ambr. *deciſ. Bon.* 20. *nu.* 16. Ioſeph. Ludov. *deciſ. Lucenſ.* 2. *n.* 54. *&* 55. in tantum ut nec minor, qui intra annum iniuriarum agere neglexerit, reſtitui poſſit, Cald. *d. verb. læſ. n.* 18. & Greve *conſider.* 1. *n.* 2. 40

Nec relevat, quod actor hic intra annum reum citari ſuamque actionem Iudicialiter proponi curaverit. Nam ſimiliter non ſolum in 41
genere conſtat, actiones prætorias (qualem & iniuriarum eſſe, paulo ante demonſtravimus) nec per citationem Hartman. Piſtor. *quæſt.* 12. *numero quadrageſimo quinto; part.* 2. *libro primo.* Et in terminis ipſius actionis iniuriarum Zaſ. *in parat. numero octavo. ff. de eo per quem fact. eſt quo minus, &c.* Nec etiam per libelli oblationem 41
inferiori quam principi factam. text. *in l.* 1. *&* *ibi* Barch. Gothofr. & Cuiac. *C. de offic. præfect.*

præfect. prat. Jason. *in l. 1. n. 4. vers. limita. C. quand. libell. princip. oblat. vim lit. cont. hab.* Sed per solam litis contestationem ultra annum perpetuari, post gl. Bart. Bal. Salyc. & Dd. *in l. fin. C. de præsc. 30. annor.* Wesembec. *consil. 139. num. 73.* Zanger. *de excep. lib. 3. cap. 10. n. 145.* Foller. ad Maran. *p. 4. distinct. 1. num. 99. in fin.* Bart. *in l. 2. §. si rem alienam. num. 2. vers. in actionibus prætoriis, &c. & n 4 ff. pro empt.* Abb. Panormit. *in c. illud. n. 11. in fin. de præscript.* Balb. *de præscript. p. 3. p. 2. princ. quæst. 4. n. 6.* Sed etiam in specie clarissime & in ipsis textibus juris expressum, & ab omnibus Interpretibus traditum est, iniuriarum verbalium actionem non aliter ultra annum competere, quam si intra annum lis contestata fuerit. Sicuti clare cuincunt textus *in l. si eum. 10. §. qui iniuriarum ff. si quis caut. l. iniuriarum. 13. in pr. ff. de iniur. princ. instit. de perp. & temp. action.* ac unanimiter tradunt Interpretes *in d. l. si eum. §. iniuriarum. ff. si quis caut.* ibique inter alios Bald. Alex. Castrens. Iason. & Costal. ac *in d. l. si non convitii. C. de iniur.* Iidem & alii Dd. Alphons. Modit. *in dubit. & resol. Iur. §. principum placita dubitat. 56. n. 6. & seq.* Baiard. ad Iul. Clar. §. *iniuria n. 53.* Actio iniuriarum (*inquit*) etiam civilis annali præscriptione tollitur, nisi intra annum à tempore illatæ iniuriæ computandum lis fuerit contestata. Balb. *de præscrip. p. 4. part. 4. pr. quæst. 1. n. 4.* Sicque decisum in celebri illo Rotæ Romanæ Judicio, dum determinatum pro iniuriis agentem, sive actionem intentantem, non admitti post annum, nisi intra annum à tempore illatæ iniuriæ computandum lis fuerit contestata; hac addita ratione, quia iniuriarum actio nō tollatur. Rot. Roman. *tit. de iniur. decis. 2.* (alias *decis. 240.*) *in novis.* Quam decisionem sequuntur Mynsi. *5. obs. 7. n. 3.* Gail. *lib. 1. obs. 64. n. 4.* Foller. ad Marant. *p. 4. dist. 1. rubr. an sit Iudicium civile vel criminale in fin.* Cald. *d. loco. verb. Iasis. n. 18.* Aufrer. ad Capell. Tholos. *decis. 121.* Schenck. *in virid. concl. 108. num. 1.* Bernh. Greve. *lib. 2. obs. 105. num. 3.* Vasq. *illustr. controver. c. 2. nu. 55.* Ubi dicit, iniuriarum actionem anno tantum durare, nisi intra annum lis fuerit contestata, & Zasius. *in l. in ius vocare. 11. numero octavo & 9. ff. de in ius vocand.* Termin. *d. cautel. 115. n. 2.* Pruckman. *cons. 22. num. 23. lib. 1.* Idem sentit Mynsi. *respons. 51. num. 19. vers. verum dicendum.* Vran. *d. cons. 14. num. 54.* Et plane in terminis terminantibus ubi intra annum & citatio facta & libellus oblatus erat, respondit Wesembec. *consil. 142. numero trigesimo primo & seq.* Iniuriarum actionem ob defectum litis contestationis peremptam esse, quamvis citatio & libelli oblatio, intra annum interveniissent, *num. 26. & seq.* Quia iniuriarum actio Jure civili tantum perpetuetur per ipsam litis contestationem, quæ ibi nulla fuerit. Ex quibus omnibus apparet exceptionem rei, qua actionem iniuriarum ob neglectam intra annum litis contestationem peremptam contendit, in Jure manifesto fundatam esse, id quod etiam ex refutatione contrariorum clarius patebit.

REFUTATIO RATIONUM DUBITANDI.

QVæ itaque pro coloranda opinione contraria supra adducta sunt, facili labore evertuntur.

Primum siquidem obiectum tantum in longissimi temporis, non unius anni præscriptione locum invenit Wesembec. *consil. 119. numero quinto. Vbi dicit*, hoc verum esse, in præscriptione plurium annorum, non vero unius anni, insuperque tantum locum habet in præscriptione actionum civilium non prætoriarum: nam non solum prætorias in genere, sed etiam actionem iniuriarum in specie nec per citationem nec per libelli oblationem, sed tantummodo per litis contestationem perpetuari, supra plena manu ostensum. 49

Quod secundo loco obtenditur, libelli oblationem præscriptionis interruptionem operari, id tantummodo locum sortitur illis in casibus, ubi libellus supremo Principi, non, cum inferiori à Principe (quem casum hic tractamus) porrigitur. Dd. *in l. 1. c. quand. libell. Princip. oblat. vim lit. contest. habet. & ibi* Jason. *numero quarto.* 50

Quod tertio loco actionum præscriptio sola citatione vel libelli oblatione interrumpi contenditur, id non solum probabiliter in dubium revocari posset, sed etiam si verum est de præscriptione actionum civilium, non vero prætoriarum accipiendum; omnium minime ad actionem iniuriarum extendendum venit, utpote in quibus expresse contrarium statutum *in d. l. si eum. §. qui iniuriarum ff. si quis caut.* & Dd. paulo ante cumulati. 51

Ac licet quarto, non desint, qui Jure Canonico per solam citationem, quem in mala fide constitui, consequenterque præscriptionem interrumpi existiment, tamen id præsenti in casu ea propter non officit, quod in præscribenda iniuriarum actione de bona malave fide præscribentis non curetur, sed etiam scienti & in mala fide constituto præscriptio currat, uti in terminis docent Vasqu. *2. illust. controvers. 55. numero vigesimo quarto.* & Harprecht. *ad §. hæc actio. 12. numero octavo. cum seq. instit. de Iniuriis.* Anton. Gabriel. *tit. de præscrip. concl. 3. numero duodecimo.* Barbos. *in l. 2. §. legatis. numero 204. ff. de Iudic.* Ubi hanc rationem addit, quia actiones illiusmodi temporales potius suapte natura transacto tempore pereant & extinguantur, quam quod præscribantur proprie, & propterea eas perire indistincte sive scientia sive ignorantia, sive bona sive mala fides adsit, quod quo ad actionem iniuriarum ea de causa tanto magis statuendum absque dubio, quod illa actio valde odiosa. Joan. Andr. *ad Specul. de iniur. verb. act.* Hartm. Hartman. *2. obs. tit. 49. obs. 2. numero quinto.* famosa & pœnalis sit. Et sane nisi hoc statuamus, seque- 52 53

54 retur omnia Iura, de annali iniuriarum præſcriptione loquētia, uno quaſi ictu in effectu ſublatae eſſe, cum vix accidere poſſit, ut iniurians ſcientiam injuriarum non habeat: niſi eo in caſu, quo iniuriola verba ſe protuliſſe negat, ut interim taceamus nos hic in terris imperii verſari, & ſic Ius civile non Canonicum nobis ſpectandum & attendendum eſſe, præcipue cum Reus ſe nullarum injuriarum inemorem eſſe aſſerat, ſicque in bona fide verſetur.

Et quia ex hactenus dictis liquet actionem
55 injuriarum odioſam eſſe, facile apparet, quintam dubitandi rationem corruere & hanc actionem non ampliandam, ſed potius reſtringendam eſſe, Unde & in dubio contra actionem iniuriarum Judicandum, & Reus abſolvendus eſt. Weſemb. *conſ.* 142. *num.* 36. Quod in Camera hac Imperiali receptum, ut iniuriarum actio per ſolam citationis reproductionem vel libelli ablationem abſque litis conteſtatione perpetuetur, de quo (6) ratio dubitandi contorta,
56 id locale eſt & ſpeciale ob multitudinem cauſarum amplos ac ad 6. 8. vel 10. menſes ſe plerumque extendentes terminos, vti ipſe Gail. *d. obs.*
57 64. *n.* 5. & 6. ſubijcit. Ita vt quod contra rationem Iuris communis in Supremo Iudicio ſpeciali de cauſa receptum eſt, ad alia inferiora Iudicia extendendum non ſit. *arg. l. quod contra* 14. *ff. de leg. cum ſimilib.* Vnde etiam in terminis recte reſpondit Weſemb. *d conſ.* 142. *n.* 32 *lib.* 2. Ra-
58 tiones Gailij ſpeciales eſſe & locales proindeque ad alia inferiora, tribunalia non extendendas. Accedit quod Camera ſit conſiſtorium ſummi
59 Principis, vicemque Imperatoris ſuſtineat, ita vt perinde ac reſcriptum ab Imperatore obtentum, vel libellus illi oblatus quoad actiones prætorias annales, vim litis conteſtationis habeat, actionemque perpetuet. *l.* 1. *C. quand. libel. Princip. dat. vim. lit. conteſt. hab.* Gylm. *decis.* 41. *n.* 6. *lib.* 1. Quæ ratio in aliis inferioribus Iudiciis plane ceſſat, nec libellus alij, quam Principi, oblatus annales actiones perpetuat, *l.* 1. & *ibi in parat. V Weſemb. C. de off. Præf. Prat.* Iaſon. *in d. l.* 1. *num.* 4.
60 *verſ. limita.* Gothofr. *ibidem & paſſim Dd.* Denique in ipſa Imperiali Camera de cauſis ab inferioribus Iudiciis eo judicialiter devolutis, ſecundum ius commune, quoad fatalia ſeu ſolemnitates coram inferioribus Iudiciis non ſervatas iudicatur Gail. *lib.* 1. *obſ.* 141. *n.* 8.

Verum de eo forſan adhuc dubitare poſſet,
61 anne actio ad recantationem, quæ hic intentata eſt, pro annali, an vero perpetua habenda, ſit; Siquidem Weſemb. *conſ.* 22. *n.* 20. & *ſeq.* in ſpecie innuit actionem iſtam ad recantationem non annalem ſed perpetuam eſſe, quem ſequitur Ruland. *de commiſſ. part.* 4. *lib.* 7. *C.* 6. *n.* 60. Idque ea ratione ſtabilitur, quod actio iniuriarum
62 revocatoria non prætoria, ſed Romanis incognita. Mart. Vran. *conſ.* 7. *n.* 26. *tom.* 1. Novis vero Imperij moribus invecta & per conſtitutiones Imperij (*part.* 2. *ordin. Cam. tit.* 28. §. Doch ſollen Hirnder ꝛc. approbata ſit, Mynſ. *reſp.* 7. *nu.* 5. & *ſeq.* & Harprect. *ad* §. *in Summa, n.* 63. *verſ. prat. inſtit. de iniur.* Vultej. *ad* §. *pœna. n.* 6. *inſtit. de Iniur.* Proindeque (cum Ius conſuetudinarium Iuris civilis ſpecies ſit. §. *ſine ſcripto. & ibi Dd. inſtit. de Iur. N. G. & Civ. l. de quib.* 32. *& ibi Dd. ff. de leg.* Illæque actiones quæ vel Iure Civili introductæ vel comprobatæ ſunt, ciuiles ſint. §. 1. *inſtit. de oblig.*) non annalis ſed perpetua cenſenda eſt, *princ. Inſtit. de perpet. & tempor.* Hoſtiens. *in ſumm. tit. de iniur. & dam. dato. n.* 8. & *vlt.* Zaſ. *ad* § *ſed iſtæ. n.* 4. *inſtit. de action.* Et propterea ea actio iniuriarum quæ ex l. Cornelia, & ita Iure civili deſcendit, non annalis, ſed perpetua eſt, & 30. annis ei præſcribitur. Mart. Gloſſ. relatus *in gl. d. l. ſi non convicij C. de iniur.* quem ſecuti ſunt Odofr. Petr. Cyn. Rug. Salicet. & alii Hoſtienſ. *in ſumm. de iniur. n. ult.* Clar. §. *de iniur. verſ. tollitur autem actio, &c.* Lancell. *de off. præf. prat. de iniur. n.* 29. eamque opinionem veriorem & magis communē vocant Balb. *de præſc. p.* 4. *par.* 4. *princ. n.* 3. *in fin.* Roland. à Valle. *conſ.* 39. *nu.* 15. *lib.* 2. & ab ea non credit recedendum, Farin. *crim. quæſt.* 10. *num.* 13. & 14. Semperque ſervari videt Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholoſ. q.* 127. *n.* 1. & in Camera approbatam teſtatur Richard. *in addit ad villalob. in com. opin. verb. actio iniuriarum. n.* 26. & *conſ.* 59. *n.* 4. *lib.* 1. & Adrian. Gylman. *deciſ.* 41. *n.* 18. & 19. *libr.* 1. dicens actionem iniuriarum ex Iure civili deſcendentem non annalem ſed perpetuam eſſe.

Veritati tamen magis congruit, vt hæc actio 63
ad palinodiam non perpetua ſed annalis exiſtimetur, quod & voluit Vultej *in* §. *pœna autem. n.* 81. *de iniur.* Vita; *ait*, Actionum iniuriarum non eadem; quæ enim ex edicto ſunt anno præſcribuntur, excepta ea quæ ex moribus eſt ad recantationem, quam anno terminari autumo. Idem 64
probant Ingolſtadienſes *tom.* 1. *var. Germ. conſ.* 1. *n.* 49. *iunct. n.* 50. & 51. Nam ibi agunt de actione iniuriarum ad recantationem inſtituta, & tamen conſulunt actori, vt curet litem intra annum conteſtari, alias enim actionem iſtam extinctum iri; Eique opinioni videntur adſtipulari 65
omnes paulo ante laudati Dd. qui ſine vlla exceptione ſtatuunt, iniuriarum actionem annali præſcriptione perimi, niſi intra annum litis conteſtatio intervenerit; fundataque videtur in generalitate. *l. ſi non convic. C. de iniur.* Ibi enim generaliter ſine vlla diſtinctione inter actionem iniuriarum civilem vel prætoriam conſtituitur, iniuriarum actioni annuo tempore præſcribi, inſuperque addito, quod ob iniuriæ admiſſum, poſtquam annus exceſſit, quis amplius conveniri non poſſit. Id quod falſum eſſet, ſi quis actione ad palinodiam poſt annum conveniri poſſet; Nec Weſemb. *d. loc.* (*conſ.* nempe 22. *n.* 66
20.) contrarium deciſive ſtatuit, ſed tantum dubitative id proponit, his verbis, *tentari poſſet*; proindeque ei, perinde vt alias dici ſolet Doctori qui nihil certi decidit, ſed ſaltem dubitative & perfunctorie quid proponit, parum deferendum eſt, Surd. *conſ.* 449. *n* 9. quomodo nec teſti dubitative deponenti fides adhiberi ſolet. Farin. *de teſt. quæſt.* 70. *n.* 147. præſertim cum ipſe Weſembec. in lecturis contrarium deciſive teneat, dum omnem iniuriarum actionem anno concluſam tenet *in parat. de iniur. n.* 15. Rulandus ſimili modo hoc obiter ponit, & quidem

relative

relative ex Wesemb. ideoque secundum Doctorem, quem refert, accipiendus est; Decian. *conf.* 32. *n.* 99. *lib.* 2. nempe quod id non decisivè asserat, sed tantum tentari posse putet; ut interim sileamus multa in eo tractatu interrogatoriorum poni, quæ summam dubitationem habent, Et quod si autoritatibus certandum, reponemus alios supra allegatos Dd. contrarium decisive tenentes, qui contrarium obiter & dubitative ponentibus sine dubio anteferendi erunt.

67 Nec subiectæ rationes eam opinationem confirmant. Quamvis enim sint, qui actionem ad palinodiam Jure civili incognitam noviſque moribus introductam existiment; tamen nec desunt, qui contrarium statuant, uti Mynsing. *resp.* 7. *num.* 7. *cent.* 1. ubi fatetur, si quis rem diligentius examinet; videri modum agendi ad reclamationem iniuriæ esse fundatum in Jure communi. Idque videri probari *perc.* 1. *de lib. oblat. ibi, reclamationis.* Idem contra Vranium concludit Ernest. Cothm. *conf.* 59. *n.* 234. *lib.* 2. addens, in legibus nostris, istum modum agendi & formam ad palinodiam haud obscure significari; dum pro injuria facta injuriato satisfieri volunt, cum nullomodo melius satisfieri posset, quam per ipsius injuriantis revocationem &
68 proprii oris confessionem. Hinc & Gilhus. *in art. Iud. tit. de iniur. c.* 7. *num.* 25. scribit, illam revocationis formulam, quæ hodie in foro frequentatur, nec Romanis incognitam fuisse; quod si vero Jure Romano incognita non fuit, sequitur eam Juri prætorio non civili accepto ferendum esse, omnes enim actiones iniuriarum, exceptis tribus capitibus legis Corneliæ prætoriæ sunt non civiles. Henning. Gœden. *conf.* 112. *num.* 17. *& alii paulo inferius allegandi.*
69 Sed posito hanc ad palinodiam institutã actionem non pro prætoria sed civili æstimandam esse, non tamen continuo inde sequetur, eam perpetuam esse. Complures enim ICti iniuriarum actionem etiam civilem annuam dicunt, uti Ioan. Andr. ad Specul. *de iniur. in princ. verb. actio.* & post Bulg. Ioan. & Azon. Petr. Iacob. *in prax. c.* 9. *numer.* 19. *cum seqq.* Roffred. Bonavent. *in tract. ord. Iud. rubr. de civil. iniur. act. ex l. Cornel. n.* 7. Cujac. *in parat. C. de iniur.* Balb. *de præscript. p.* 4. *p.* 4. *princ. q. primo quæro. nu.* 4. hancque veriorem esse Dd. sententiam asserit Oldend. *class.* 7.
70 *act.* 10. *num.* 7. Eamque in Saxonia servari testatur Wesembec. *in parat. num.* 15. *ff. de iniur.* atque ita iudicari vidit Plot. *consil.* 35. *numer.* 19. quem sequitur Cæsar Barz. *decis.* 132. *num.* 35. Idem & se vidisse testatur Gomez. *3. resol. 6. n.* 15. verl. dubium tamen, eaque opinio in textu *d. l. si non convitii.* (ubi nulla distinctione facta inter actionem iniuriarum civilem vel prætoriam, generaliter definitur, iniuriarum actioni annuo tempore præscribi) fundata, ipsique æquitati convenientior videtur, attento, quod istę actiones non minus famosæ & odiosæ sint, quam eæ, quæ ex Jure prætorio originem trahunt, quodque Reip. interfit eas ad brevissimum tempus
71 restringere. Vlterius quamvis etiam contrariam opinionem, qua statuitur, actiones injuriarum ex l. Cornelia descendentes, instar aliarum civilium perpetuas esse, verum largiremur, tamen nec hoc in nostro casu obstaret, contraria siquidem opinio illa tantum procedit in tribus casibus l. Cornelia expressis, nempe cum quis se pulsatum, verberatumve vel domum suam vi introitam esse dicit. *l.* 5. *in pr. ff. de iniur.* quemadmodum ex ipsis in contrarium laudatis Doctoribus apparet. Sicuti ex Hostien. *in d. summ. num. ult.* notate inquit, quod secundum Martin. & Placain ista actio est perpetua, quando descendit ex l. Cornelia. Et ipse Accurs. *in l. si non convitii. verb. annus.* refert Martinum, in tribus istis casibus esse actionem iniuriarum perpetuam, voluisse. Sic Villalob. *in comm. opin. lit. A. N.* 26. Nota, *ait*, quod actio iniuriarum, quæ durat in perpetuum solum, est in tribus casibus, de quibus *in d. l.* 5. *in princ.* Sic item Suarez. *in* 72
comm. opin. lit. I. n. 70. *cum seq.* Iniuriarum actionem, nisi cum quis se pulsatum verberatumve dicit, vel irruptionem in domum suam factam conqueritur, omnem prætoriam esse, & unius anni spacio concludi scribit, eamque opinionem à Dd. comm. teneri refert. Quomodo etiam conceptis verbis tam Henn. Goden. *conf.* 112. *n.* 73
17. quam post Dd. communiter Suarez. *d. lit. I. n.* 70. tradunt, omnem iniuriarum actionem, excepta ea quæ super istis tribus casibus fundatur, prætoriam & annalem esse, Idemque asserit 74
Baiard. ad Clar. §. *iniuria. num.* 52. *& 53.* Farin. *in crim. q.* 105. *n.* 25. Rauchb. *q.* 48. *num.* 2. *libr.* 2. Jam autem ea, quæ ad palinodiam hic directa est, in nullum illorum casuum incidit; Consequens ergo est, eam prætoriam & annalem esse; ratioque differentiæ in eo posita videtur, quod. l. Cornelia illis tribus in casibus vindicentur reales iniuriæ ad quarum vindicationem longius spatium dari par videatur: quæ ratio cesset altero in casu, cum ad palinodiam agitur, cum tunc tantum de verbalibus iniuriis agatur, quas ut leviores minori spacio & anno concludi æquum sit. Et sane quænam ratio fuit, quare olim in- 75
iuriarum actionem anno finiri voluerunt Legumlatores? Anne ea quod hæc actio & odiosa & famosa, proindeque brevissimo tempore concludenda sit? Cum igitur illa ipsa ratio in actione ad palinodiam non minus militer, quidni idem Juris, quamvis novis moribus inducta, de ea statuemus?

Accedit, quod hæc actio ad palinodiam si an- 76
tiquis Romanorum temporibus cognita non fuit, certe successerit, in locum actionis prætoriæ olim usitatæ & sic annalis merito censenda sit, ex quo surrogatum sapit naturam eius in cuius locum surrogatur. Everh. à Middelb. *in loc. à* 77
vi surrog. num. 1. *& per tot.* & in specie actionem, quæ in alterius locum surrogatur, esse eius conditionis & effectus cuius est illa, in cuius locum surrogatur. notat gl. *in l. si eum.* 13. §. *qui iniuriarum. verb. danda. ff. si quis caut. per illum text. ibidemque Br. & Alberic.* Sic quemadmodum que- 78
rela inofficiosi testamenti finitur quinquennio *l. si quis in fin. C. de inoff. test.* Ita & nova actio agendi ad supplementum, quæ surrogata est in locum querelæ quinquennio concluditur. Bart.

& Dd. *in d.l. ſi quis filio.* Everh. *d.l. num. 7.* Ex quibus omnibus efficitur hanc opinionem reiecta 79
contraria in Judicando ſequendam eſſe, utpote quæ & in textu & in ratione Juris magis fundata eſt, communique Dd. opinione, à qua Judex recedere non debet Cæval. *in præfat. com. opin. cont. comm. num.* 30. comprobata eſt, cumprimis 80
etiam ea de cauſa, quod etiam in opinionum conflictu ea præferenda ſit, quæ pro reo & eius abſolutione facit. Sebaſt. Med. *tract. de leg. & ſtat part. 2. c. ult. num.* 10. maxime cum in famoſis & odioſis, qualis eſt iniuriarum actio, verſemur. Supereſt igitur ut tertio diſcutiamus, num iſthæc exceptio per Actoris impugnationes & replicas perempta ſit?

TERTIUM CAPUT NUM EXCEPTIO PER REPLICAS ACTORIS eliſa?

Primum Actoris fundamentum.

PRimo prætendit rationem, quare actioni in- 81
iuriarum annuo tempore præſcribatur, in ſola actoris negligentia & diſſimulatione, indeque præſumpta remiſſione poſitam. §. *ult. I. de ini.* Rot. Rom. *deciſ. 2. tit. de iniur. alias deciſ. 240. in novis.* Schurff. *conſil. 61. num. 6. & ſeqq. cent. 1.* Gail. *lib. 2. obſerv. 105. num. 5. Vbi dicit,* præſcriptionem iniuriarum incurrere tantum ob moram & negligentiam non agentium, &c. proindeque ceſſante (1) remiſſione præſumpta ac (2) negligentia, ceſſare quoque præſcriptionem ipſam, ſecundum Gail. *d. num. 5.* Hic vero ceſſare diſſimulationem & negligentiam. Actorem enim cum ſuſpectum haberet Senatum Bremenſem, quod ab eo ordine motus eſſet, propterea que varias cum Senatu lites haberet (1) in Camera Imp. menſe Aprili pro citatione inſtitiſſe, poſtquam vero per decretum à Camera ad Senatum Bremenſem tanquam rei ordinarium remiſſus eſſet, ipſi (2) aliquantulum cunctandum fuiſſe, donec Senatores ſuſpecti à Judicio recederent, ſimul ac vero illi receſſerint, eum (3) ſtatim ad 7. Julii citationem à Senatu Bremenſi obtinuiſſe, ac poſtea emanente Reo ad 14. 18. & 21. Julii reiteraſſe, inſuperque dicta 21. Julii actionem intra annum propoſuiſſe.

Verum re matutius deliberata in adſcribenda ratione hallucinari appellatum conſtanter adſevero, nam admiſſa ea, per citationem interrumperetur præſcriptio, quod eſt falſiſſimum in actione iniuriarum, Iuribus ſupra allegatis.
82 Rectius ſentiunt, qui ideo actionem perimi autumant, quod ſit prætoria & ſic annalis, *l. in honorariis. 35. ff. de obligat. & act.* Imo famoſa, pœnalis & odioſa. Io. Andr. ad Specul. *tit. de iniur. verb. actio. Addit.* ad Rot. Rom. *d. deciſ. 2. tit. de*
83 *iniur. in novis.* Ac præterea reſtringenda, & quam breviſſimo temporis ſpatio includenda. Oldendorp. *claſſ. 7. act. 10. n. 7. per c. odia de Reg. Iur. in 6.*
84 Maxime, cum interſit Reip. Chriſtianæ lites & Iurgia ſuper iniuriis breviſſimo temporis ſpatio ſopiri, Fachinæ *9. controv. 8.*

Eiuſdem farinæ eſt, quod Actor (2) ſe ab o- 85
mni negligentia excuſare, ac à ceſſatione negligentiæ ceſſationem præſcriptionis inferre conatur, Primo enim ſciendum; non quamvis 86
adhibitam diligentiam perpetuationem inducere, ſed neceſſarium eſſe, ut Actor oſtendat; ſe (1) non aliquo tempore anni, ſed per totum annum, & quidem (2) non ſolum circa citationis impetrationem, libellive oblationem, ſed inſuper etiam (3) & quidem inprimis circa litis conteſtationem, debitam diligentiam adhibu- 87
iſſe, ut ante decurſum anni litis conteſtatio interveniret, ita ut actori nullius temporis jactura, nec in ullo illorum negligentia imputari poſſit, utiin terminis docent Caſtrenſ. *in l. ſi eum. §. iniuriarum. circ. fin. & ibi Alex. num. 4. ff. ſi quis caut. Iud. ſiſt. non obtemp.* Piſtor. *d. quæſt. 27. n. 8. part. 1.* Thoming. *deciſ. 24. num. 7.* addentes, propterea Lipſienſes in propoſita facti ſpecie, cum deprehendiſſent actorem non eam, quam potuiſſet adhibuiſſe diligentiam, ut primo quoque tempore citationem & litis conteſtationem conſequeretur, actionem peremptam pronunciaſſe, reumque abſoluiſſe. Et hoc eſt, quod tradit 88
Bald. *in d. l. fin. C. de adulter.* tunc demum impedito facto & mora adverſarii non currere fatale, quando impeditus fecit, quicquid potuit; ſequitur Natta *conſi. 32 num. 16.* & adhoc, ut actori ob impedimentum à Reo cauſatum, non 89
currat inſtantia, requiritur ut nihil intactum reliquerit, & ſumma ope niſus ſit cauſam intra fatalia ad finem perducere Marc. Anton. Bauer. *tract. de mora part. 1. num. 14.* Uſumque fuiſſe omni diligentia. Oddo *de reſt. in integr. part. 2. quæſt. 71. art. 3. nu. 21. verſ. ſecundo.* Scaccia *de appell. quæſt. 15. art. 6. n. 156.*

Verum eiuſmodi diligentia ab Actore non eſt præſtita. Nam octo priores menſes ſine ulla 90
citationis petitione effluere paſſus, ac quo ad illud tempus in culpa & negligentia abſque omni dubio conſtitutus fuit.

Quamvis autem Actor prætendat ſe menſe 91
Aprili ſupplicationem pro citatione in Camera exhibuiſſe: attamen nuſquam idin actis probatum, licet eius probatio à Reo ſæpius flagitata fuerit. Nec dubitandum, eum exhibitione ſupplicationis, eique pro more inſcripti decreti aſſertionem facile verificaturum fuiſſe, quod cum factum non ſit, facile coniecturari licet pro citatione Cameram nunquam imploratam eſſe; Et ſane eo ipſo culpam incurrit actor, homo 92
forenſis ſtyli non ignarus, quod Cameram adierit, Bart. *in l. 32. num. 19. ff. depoſ.* Cornaz. *deciſ. 99. num. 11.* cum ignorare non potuerit, ab incompetente Iudice citationem minime petendam, & iniuriantem in ſuo non alieno foro conveniendum eſſe, Caſtrenſ. *in l. in criminal. n. 3. ff. de iuriſd.* Deciusin *c. cum inter. num. 14. de except. & conſ. 487. num. 10. &* Franc. Ripa *lib. 1. reſpon. 8. n. 3.*

Nec eum à culpa relevat, quod Senatum Bre- 93
menſem ſuſpectum poſtulaverit, illa ſiquidem incuſatio ipſomet actore fatente per decretum à Camera pro inſufficiente habita fuit; probavit inſuper cauſæ exitus Senatū nec circa proceſſum,

nec

nec circa decisionẽ causæ principalis se suspectũ
94 præbuisse. Præterea cũ nec à culpa liberet, aut ad perpetuandam ultra annum iniuriarum actionẽ sufficiat, si intra annũ citatio realiter impetretur, sed (prout in secunda quæstione dictum) insuper litis contestatio, & quidem talis quæ coram Judice competenti interposita sit; requiratur, Abb. *in d. c. illud. n.* 14. *& seqq. de præscrip.* quanto minus sola obtinenda citationis inanis opera intra annum facta, aut sola pro citatione porrecta supplicatio hic actorem excusabit.

95 Maxime cum actor à negligentia non excusetur, etiamsi citationem vel etiam litis contestationem in Judicio incompetenti vel alio modo invalidam obtinuisset. Vasq. *contr. usufreq. c. 96. num. 26. vers. modo istam limitationem, &c.* Balb. *de præscrip. part. 3. p. 6. princ. nu. 35.* Farinac. *in crim. quæst. 10. num. 54. vers. sublimitá secundo.* Quo sensu Azeved. *ad constit. Regn. Hispan. lib. 4.*
96 *tit. 3. l. 1. num. 46.* scribit, adhoc, ut litispendentia inducatur, requiri citationem à competente obtentam esse; alias citationem pro non facta haberi: Et hoc est, quod post Castr. tradit Fe-
97 lin. *in d. c. illud. num. 17. & 18. de præscript.* ad perpetuandam actionem post annum requiri litis contestationem cum effectu subsecutã: quanto minus hic sola citationis petitio, præsertim cum illa & coram competente facta, & ab eo denegata sit, actionem iniuriarum perpetuabit, actoremve à culpa ac negligentia desertionis excusabit, quinimo ipsa denegatio & remissio ad competentem culpam eius evincit.

98 Silentio involvo; omnia ab actore deducta eo tendere, ut in impetranda citatione & proponenda actione intra annum diligentiam ostendat, sed id satis non est, ostendat quoque se nullum non movisse lapidem, ut litem contestaretur. Quotiescunque enim duo copulative & coniunctim requiruntur (ut hic diligentia in impetranda citatione, & diligentia in obtinenda litis contestatione intra annum) utrumque adimplendum est, nec sufficit unum adimpletum esse Everh. *in loc. ab effectib. eor. quæ simul requir. n.* 1.

Quod actor porro ratione eius temporis,
99 quod à facta denegatione citationis in Camera, & remissione ad Senatum Brem. usque ad tempus primæ citationis Bremensis, (nempe 7. Iulii Anno 614.) elapsum est, illo prætextu se à culpa & negligentia excusare nititur, quia suspectum habuerit Senatum Bremensem, & sic sibi expectandum fuisse, donec illi qui sibi invisi essent, à regimine & Judicio recessissent. Id jam satis
100 ante confutatum ostensumque fuit, (1) prætensam suspicionem Senatus fallam & per decretum in Camera reprobatam fuisse, Debuisseque actor secundo post remissionem in Camera factam, primo quoque die causam coram Senatu Bremensi introducere, nec ulterius cunctari, præsertim cum annus fere ad finem vergeret.
101 Notandũ præterea Bremæ 4. esse Senatus quarteria, quæ alternis vicibus ita magistratum gerunt, ut duo semper præsint Judicio, singulisque semestribus unum quarterium à regimine recedat, alterumq; in eius locum ingrediatur; quoties vero res maioris momenti occurrit, tunc totum Senatum & omnia quatuor quarteria convocari, Dauemannumque non à duobus sed ab omnibus quatuor quarteriis degradatum esse. Quamvis igitur in festo Joannis Anni 614. unum quarterium eorum qui ipsum exauctorarant, à Judicio recesserit, tamen tam in altero quod remanlit, quam in illo quod successit, eadem ratio militavit, ita ut pari ratione à priori regimine citationem potuerit extrahere & debuerit, ac post mutationem fecit à sequenti. Et si aliquot præ aliis magis suspectos Senatores illis in quarteriis adesse duxisset, potuisset ac debuisset, nihilominus (4) citationem extrahere 102
& causam ordiri, quo sufficiens litis contestandæ spatium postmodum sibi super fuisset. arg. *l. sed et si restituatur, §. ædium nomine. & ibi Angel. ff. de Iudic. & Castr. in l. in omnibus. ff. eodem.* præsertim cum (5) non circa citationem vel libelli 103
oblationem litisve contestationem, sed demum circa causæ decisionem prætensa suspectatio locum habere potuisset. Ad minimum debuisset actor (6) protestari de sua diligentia, & quod 104
facto Judicis & ob eius suspicionem impediatur litem incipere, quodque proinde sibi fatalia labi non debeant, quamdiu regimini interessent illi, quos suspectos duceret, Marc. Ant. Bauer. *de mora. p. 1. num. 18. ver. 8.* & alii inferius cumulati. quod cum neglectum sit nec ea excusatione vel impedimento se iuvare vel excusare poterit. Zasius *in l. quia tractatus. n. 19. ff. de div. & temp. præscript.* Sicque manet actorem etiam respectu eius temporis in mora & negligentia fuisse.

Ultimum mensem Julii quod concernit negari quidem non potest actorem à 7. usque ad 21. Iulii in sollicitanda citatione aliquo modo diligentem fuisse: Verum illa diligentia haud 105
exiguam culpam & negligentiam habet admixtam, obinde quod actor tamdiu citationem neglexerit, ac tunc demum sub fine anni nimis sero de citationis impetratione cogitare ceperit, debuisset enim ad laborare, ut satis mature & primo quoque die illam consequeretur, & actionem ad litis contestationem perduceret. Pist. *d. quæst. 27. nu. 8. p. 1.* & culpa est se nimium arctare, demumque sub finem anni fatalis, cum tantum temporis non superest (quemadmodũ hic accidit) ut subductis legitimis dilationibus lis intra annum ad contestationem perduci queat, litẽ inchoare; ut in puncto anni ad finiendas appellationes præfixi docent. Franc. *in c. ex ratione. 8. num. 63. vers. aliquando & 4. de appel.* ibidemque Abbas *n. 12. vers. secundo tasu.* & Decius *n. 19.* Scacc. *de appel. q. 15. art. 5. n. 148. vers. secus est.* (2) Non satis est actorem diligentem fuis- 106
se in petenda vel exequenda citatione actionisque productione, sed insuper etiam requiritur eum diligentem fuisse in ipsa litis contestatione, sicuti paulo ante demonstravimus. At actor hic in contestatione litis tam negligens fuit, ut eam intra annum nullo verbo petierit, multominus cum debita diligentia urserit. Ergo actor etiam posito, quod circa citationis impetrationem diligens fuisset, non tamen propterea excusaretur, cum litis contestationem supina negligentia &

culpa

culpa neglexerit, debuiſſetque ad minimum (3) in ultimo termino, cum annum finiri cerneret, pro litis conteſtatione inſtare, quod cum neglexerit, pateſcit, illum culpæ & negligentiæ reũ
108 eſſe, Eamque culpam etiam hoc auget, quod (4) ne quidem ex ſua parte intra annum litem affirmative conteſtatus ſit, Ex quibus omnibus elucet, Actorem per totum annum quoad undecim priores menſes quidem in utroque puncto tam impetrandæ citationis, quam litis conteſtationis, quoad ultimum menſem vero circa litis conteſtationem in manifeſta culpa & negligentia deprehendi, proindeque primam actoris excuſationem nulla ratione ſubſiſtere.

109 Secundum actoris fundamentum ſuccedit, in quo culpam omiſſæ litis conteſtationis in reum transferre conatur, prætendendo, eum contumaciter Judicium ſubterfugiſſe, perque eum ſtetiſſe, quo minus lis intra annum ad conteſtationem perducta ſit. Quantumvis enim actor reum ad 7. Iulii prima vice citari feciſſet, illum tamen comparere noluiſſe, poſtmodumque litis ſubterfugiendi cauſa, & quo annus ſine litis conteſtatione elaberetur, doloſe ſe abſentaſſe, Ac licet ad 14. & 18. Iulii ſecunda & tertia, vice in ius vocatus eſſet, eum tamen contumaciter emanſiſſe, & non niſi ultima Iuridica ante ferias (21. nempe Iulii) ſe Iudicio ſtitiſſe, ſolumque copiam libelli petiiſſe, nec litis conteſtationem interpoſuiſſe; ſicque ſubterfugiis ſuis feciſſe, quominus lis intra annum conteſtata ſit, proindeque non obſtante exceptione præſcriptionis litem propter rei contumaciam, tergiverſationes ac ſubterfugia pro conteſtata ac per-
110 petuata habendum eſſe, Quando enim non per actorem, ſed per reum ſtat, quominus intra annum litis conteſtatio fiat, veluti ſi reus per tergiverſationes & cavillationes litis conteſtationem ſubterfugiat & detrectet, tum ob eius contumaciam lis pro conteſtata accipienda, & res perinde habenda eſt, ac ſi lis intra annum vere conteſtata fuiſſet, ut per text. *in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. in fin. ff. ſi quis caut. iud. ſiſt.* in terminis tradunt ibid. Bald. *num. 4. in 7. notabil.* Angel. *colum. 1. in fin.* Roman. *col. 2. in princ.* Alex. *nu. 4.* Iaſon. *num. 9. &* 10. Piſt. *d. quæſt. 27. num. 2. p. 1.* Bernh. Greve *lib. 2 obſ.* 105. *num. 4.* Vaſq. *illuſt. contr. c. 2. num.* 15. Thoming. *d. deciſ. 24. num. 4.*
111 Quomodo & alias quando per reum ſtetit, quominus lis conteſtaretur, veluti cum ſubterfugia quæſivit, lis ob tergiverſationem, cunctationem & contumaciam rei pro conteſtata habetur. Tiraq. *de retr. conſang. §. 15. gl. 3. num. 5. 6. & ſeq.* Balb. *de præſcrip. part. 3. p. 6. princ. num. 32. verſ. ampliatur ſecundo.* Aſin. *in prax. Iud. §. 17. c. 1. num. 12. & c. 6. n. 3. & ſeq.* Farin. *in crim. q. 10. nu. 51.* Cæſ. Ruginell. *pract. quæſt. 30. num. 1.* Azeved. *conſt. reg. Hiſp. lib. 4. tit. 4. leg. 1. num. 18.* Mynſ. *4. obſ. 66.* Schrad. *de feud. p. 10 ſect. 6. n. 160.* Gratian. *diſc. forenſ. 66. nu. 31. p. 1.* Roman. *conſ. 174. num. 5. col. pen.* Decian. *conſ. 60. n. 26. & 27. lib. 1.*
112 Qui plures concordantes conglomerant. Sicuti & alias dici ſolet, pro facto haberi in eius præiudicium, per quem ſtetit quominus id fieret, quod fieri debebat. *l. in iure civili. ff. de Reg. Iur. & cum non ſtat. 66. de Reg. Iur. in 6.*

Verum enimvero quantumvis hæc exceptio primo aſpectu colorem haud exiguum præ ſe ferat, negotio tamen accuratius perpenſo, eam nullo modo obſtare exiſtimo.

Vt enim (1) taceam, adhuc controverſum eſſe, an actio iniuriarum pro conteſtata habenda ſit, ſi lis per ſubterfugia, contumaciamque rei intra annum conteſtata non fuerit, in tantum, ut Vaſq. *quæſt. uſufreq. c. 2. num. 5. teſtetur*, ſuper hoc eſſe duas contrarias opiniones communes, unde probabiliter contendi poſſet, in tali opinionum conflictu noſtro in caſu, (ubi de actio- 113
ne odioſa, pœnali, famoſa & ad vindictam tendente agimus) mitiorem & eam quæ ad abſolutionem tendit præferendum eſſe, Certe (2) er- 114
roneum eſt actoris ſubſumptum, in quo reum tergiverſationum & contumaciæ incuſat. Quod ut clarius pateſcat notandum, id tribus membris ſeu particulis conſtare (1) enim prætenditur, Reum ſe doloſe abſentaſſe, in (2) eum contumacem fuiſſe, in (3) per reum non actorem ſtetiſſe, quominus intra annum litis conteſtatio interveneriit. Primum quod attinet, nuſpiam 115
comprobatum invenio reum fraudulento animo ſe abſentaſſe, iterque arripuiſſe, id quod actori ante omnia tamen probare neceſſario incubuiſſet. Nam cum Actor prætendat reum animo doloſo & ea intentione, ut actionem intra annum introducere non poſſet, iter ſimulaſſe, inque eo fundamentum ſuæ opinionis ac replicæ ponat, merito prætenſam qualitatem & doloſam profectionẽ probare debuiſſet; quando enim qualitas alicuius actus eſt illa quæ ope- 116
ratur, non ſufficit probare actum in genere, ſed ipſa qualitas ab allegante præciſe probanda eſt, Gail. *de PP. c. 13. lib. 1.* Menoch. *2. recup. nu. 94.* Schurff. *conſ. 12. num. 1. & 2. cent. 2.* Idque tan- 117
to magis, quod allegata fraudulenta profectio tanquam delictum ſapiens non præſumatur, niſi clare probetur per vulgata, ſed potius contrarium videlicet abſentiam alicuius in dubio præſumi in bonam partem, & ex juſta cauſa, teſte Bald. *in l. bonæ fidei. C. de iniur.* Marſil. *conſil. 49. num. 38. &* Hypp. Riminald. *conſil. 648. num. 9.* Quinimo ipſe reus contrarium eius per inſtru- 118
mentum Notarii, & teſtes per notarium examinatos probavit, ſe nempe juſta & neceſſaria de cauſa abſentem fuiſſe. At quamvis illius inſtrumenti auctoritas ex eo quod citra commiſſionem Iudicis teſtes illi à Notario examinati ſunt, impugnari poſſit. gl. *in l. hac conſultiſſima. in fin. C. de teſtam.* Roland. à Valle *conſ. 94. num. 36. lib. 2.* tamen cum actor hic de eo nihil exceperit, nec teſtes ſolenniter examinari petierit, ſed potius (idque procul dubio exinde quod per inquiſitionem deprehenderit rem ita & non aliter ſe habere) tacite conceſſerit cauſam iuſtam abſentiæ ſubfuiſſe (ſicuti etiam id haud obſcure in principio concluſionis prioris inſtantiæ concedit ac fatetur) exiſtimo illud nunc attendendum non eſſe, præſertim cum reus etiam ſine illo in præſumptione Iuris, qua non dolus ſed potius

juſtæ

justa causa præsumitur, fundatam intentionem habeat, actorque oblationem rei, qua vel medio juramento corporali, vel per solemnes testium depositiones id ulterius probare, sicq; defectum illum supplere obtulit, non admiserit, multominus legitimam testium repetitionem vel examinationem postularit, ut interim fileam, vel hoc solum sufficere quod Actor imputatam reo dolosam protectionem nullo modo probarit.

119 Cum igitur allegata qualitas dolosæ absentiæ nusquam ab actore, quinimo eius contrarium à reo probatum sit, facile apparet, quantum huic Actoris imputationi in judicando tribuendum sit, eamque perinde habendam esse, ac si ne

120 quidem allegata fuisset. Similiter nec (2) imputatas Reo tergiversationes subterfugia & contumaciam ab actore debito modo probata invenio. Quamvis enim actor illam ex eo, quod Reus ad primam, secundam & tertiam citationem non comparuit, extorquere conetur, tamen id nullo Jure fieri posse autumo; duo siquidem sunt dilationum & subterfugiorum genera: Vnum à lege vel statuto permissum ac licitum, aliud prohibitum & illicitum *tot. tit. ff. & Cod. Item extr. de dilat.* Dilationesque licitæ à mora multoq; magis à contumacia excusant. *l. 3. C. de dilat. c. 2. & seq. extr. eod.* Wesemb. *in parat. ff. de feri. & dilat. num.* 14. Obiecta vero limitatio, qua contenditur litem pro contestata habendam esse, si reus subterfugia quærat, non de priori dilationum genere, quando videlicet Reus licitis & à Iure permissis dilationibus utitur, sed de posteriori, quando Reus præter dilationes à lege vel statuto permissas, iniustas & prohibitas dilationes quærit, intelligenda venit, prout etiam in terminis eam sublimitant & declarant Tiraq.

121 *de retr. lign. §. 15. gl. 3. numero octavo.* dum post Joan. Fabr. tradit, dictum illud, quod ob cunctationes & contumaciam rei lis pro contestata habeatur non procedere, si reus iustam causam habeat, vel non veniendi ad Judicium, vel subterfugiendi, Huiusque rei rationem optimam esse, quia lis habeatur pro contestata in odium rei, & ut dolus vel culpa ipsius puniatur, neve ex dolo suo lucrum aut reportet, aut emolumentum sentiat, sicque si nullus adsit dolus, vel culpa rei, nihil esse, cur id procedat. Hactenus Tiraquel. cum quo transit Asin. *in prax. Iudic. §. 17. c. 1. limit. 1. numero primo.* Thoming.

122 *d. decis. 24. numero octavo.* dum concludit, si Reus non malitiosa sed ex justa causa discesserit, cessare rationem subterfugii & calumniæ, & propter consequens quoque illam ipsam, quæ in contrariam allegatur doctrinam. *d. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.* Quo sensu & Wesembec. *consil. 149. num. centesimo sexagesimo.* re-

123 spondit licere, reo super iniuriis convento, quantum potest litis contestationem protrahere per licitas scilicet dilationes, qui enim facit id, quod leges facere permittunt, seu qui licitis & permissis dilationibus utitur, in nullo peccat; nec doli contumaciæve reus argui potest. At illæ dilationes, quibus reus hic usus est, non prohibitæ, sed licitæ, ac Jure & statuto permis-

124 sæ fuerunt. Notissimi quoque Juris est, non solum in genere Reum, simulac inopinato ac imparatus ab actore instructo ad Judicium vocatus est, non statim prima vice ad comparendum teneri, sed æquum esse, ut ipsi justum deliberandi ac ad Judicium se præparandi spatium detur. *c. fin. de dilat.* Specul. *tit. de dilat. §. 1. Ve-* 125
rum etiam in specie reo triplicem dilationem circa citationem indultam esse, ita ut nec ad primam nec ad secundam citationem comparere teneatur, sed interim deliberare & ultimam citationem expectare possit. *l. ad peremptorium. 68. & duab. seqq. ff. de Iudic. l. contumacia. 53. ff. de re Iud. Novel. 112. c. 3.*

Quamvis igitur reus ad primam citationem, 126
quæ ad 7. Julii suscepta est, non statim comparuerit, tamen exinde citra omnem dubitationem nulla iniusta dilatio & tergiversatio inferri potest, præsertim cum citatio non à principe supremo, sed ab alio superiorem recognoscente facta sit, uti post Bald. Alex. & Decian. formaliter scribit Pruckm. *consil. 25. numer. 144. libr. 2.* de quo hic tanto minus ambigendum, quod ex 127
Jure Bremensium municipali (nemblich) im ersten Ordel. §. vnd der Rath/ &c.) expresse statutum sit, reum ad primam simplicem citationem licite emanere ac deliberare posse, prout ipse actor in protocollo submissionis prioris instantiæ ad tertium punctum, ibi: sondern nur ein freyer Gerichtstag/als nemblich der erste/ &c. clare fatetur.

Æque parum reus ex eo, quod nec ad secun- 128
dam citationem Judicio se stiterit, injustarum tergiversationum insimulari potest; maxime cum eo tempore, quo suscepta fuit, justa & necessaria de causa absens fuerit, citatioque ad eius notitiam non pervenerit, nec (attento quod de stylo Bremensi citationes tantum pomeridiano tempore præcedentis diei oretenus denunciari soleant) pervenire potuerit. Citationes enim in justa & probabili absentia rei factæ ita nullæ sunt, ut reus ne quidem per procuratorem comparere teneatur, Zas. *in l. quia tractatus. num. 13. de diverss. & temp. præscr.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. num. 22.* præsertim si absentia paucis diebus (ut hic) sit duratura; Hipp. Rimin. *consil. 801. numero trigesimo quarto.* Id quod & Sena- 129
tus Bremensis satis testatum fecit eo ipso, quod mulctam in eum, qui ad secundam citationem legitimam non comparet Jure municipali statutam à Reo non exegerit, statuto namque Bremensi cautum, reo ad primam citationem plane impune licere emanere. Si vero ad secundam vel tertiam citationem legitime insinuatam emaneat, eum marcam unam pro secunda & duas pro tertia nō comparitione soluere, pro contumaci vero non aliter haberi debere, quam si ad quartam citationem peremptoriam contumaciter emanserit, prout habent formalia deß angezogenen ersten Ordels. §. vnd der Rath/ &c. Cum ergo Senatus à reo pro emansione ad 2. & 3. citationem marcas illas nunquam exegerit, satis apparet Senatum illas citationes pro illegitimis reumq; ratione justæ absentiæ, ab ista exigua statuaria mulcta, multoque magis à summa contumaciæ pœna excusatum habuisse.

Quinimo

130 Quinimo etiamſi citatio hæc legitima ac reo præſenter intimata fuiſſet, non tamen ex non comparitione illicita tergiverſatio inferri poſſet, cum etiam ad ſecundam citationem legitimam emanere liceat.

131 Ex prædictis inſuper elucet illam quoque citationem quæ tertia vice ad 18. Julii, abſente reo ad domum eius ingeminata fuit pari ratione nullam eſſe, nec appellantem obinde quod ad eam non comparuit iniuſtorum ſubterfugiorum reum argui poſſe, tum quod in juſta eius abſentia facta ſit, tum quod ad eius notitiam nõ pervenerit, tum quod intra legitimum intervallum reiterata fuerit, tum denique quod ſecundum Jus municipale Bremenſe etiam reo ad tertiam citationem emanere liceat ſine contumaciæ vitio.

132 Ex hisitaque apparet, reum nec ulla illicita ſubterfugia quæſiviſſe, ſed tantum dilationibus legitimis uſum, conſequenterque actori imputandum eſſe, quod ſciens reo tot dilationes Jure & ſtatuto permiſſas eſſe, ita ſe ipſum arctarit, ut computatis permiſſis dilationibus illi tantum temporis non ſubterfuerit, quo actio intra annum ad litis cõteſtationem perduci potuerit. *d. l. 2. §. ſi quis tamen. ff ſi quis caut. l. 2. §. illud. C. de temp. appell.* Gail. *lib. 1. obſ.* 140. *num.* 5. proindeque nec litem ſub eo prætextu, qua reus illicitis tergiverſationibus uſus ſit, pro conteſtata accipi poſſe.

133 Et (3) ad hoc ut lis ob ſubterfugia rei in contumaciam pro conteſtata accipi queat, non quævis tergiverſatio ſufficit, ſed talis requiritur quæ in veram contumaciam tranſeat, uti in puncto notabiliter inculcant. Piſtor. *d. quæſt.* 27. *nn.* 9. Alex. *in l. fin. n.* 8. *col.* 3 *ff. de eo per quem factum erit, &c.* qui & ſubiungunt hoc diligenter notandum eſſe & Joan. Fab. *inſtit. de act. §. pœnales.* qui itidem dicit hoc accurate & diligenter notari debere, prout etiam inter alios adducit & approbat Aſin. *d. §. 17. cap. 6. numero quarto & quinto ac* Bald. *de præſcr. p. 3. part. 6 princ. numero trigeſimo ſecundo.* Angel. *in §. non autem. num.* 8. *Inſtit. de perpet. & temp.* Eamque ſententiam Lipſienſes approbarunt Judicando. Thoming. *d. deciſ.* 24. *n.* 10. *&* 11.

134 At hic reo omnes ab adverſo imputatæ tergiverſationes veram contumaciam non inducunt. Siquidem quod primam & ſecundam citationem licite contempſerit jam evictum eſt. Nec exinde quod ad tertiam citationem non comparuit, vera contumacia contracta eſt, idq; ut ſolide demonſtretur (totius enim cauſæ difficultas in eo conſiſtit) non attenta regula con-

135 tumacem habendum, qui tribus edictis evocatus ſui copiam non facit. text. *in l. contumacia.* 53. §. 1. *ff. de Iud. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de Iud. l. conſentaneum.* 8. *& l. tres denunciationes. 9. c. quomodo & quand. Iud. ſent. prof. deb. præſ. part. vel una parte abſente Novell.* 112. *c.* 3. Marant. *in Spec. tit. de centum. numero primo & ſeq. & numero nono.* Cæſar. Bargal. *de dolo. libro quinto cap. 21. numero vigeſimo ſeptimo & ſeq.* Panorm. *conſil.* 84. *numero primo, libro ſecundo.* Pruckm. *conſi.* 21. *num.* 144. *lib.* 2. (Quæ de ficta & non vera contumacia accipi debet) notandum ad veram contu- 136
maciam inducendam ultra tres citationes requiri etiam quartam peremptoriam. *d. l. ad peremptorium.* 68. *& ſeqq. ff. de Iudic.* Cuius authoritate innixi ita tradiderunt. Paul. Caſtr. *in pr. d. leg.* 68. *&* Curt. Jun. *num.* 2. *ff. de Iud. &* Alex. *in d. l. contumacia* 53. *num.* 16. *ff. de re Iudic.* Barboſ. *in d. l. ad peremptorium* 68. *num.* 121. *&* 123. *ff. de Iudic.* In noſtro vero caſu contumacia vera requiritur ad hoc ut lis pro conteſtata haberi poſſit, ſicuti ſupra demonſtratum. Ergo ex hac tertia citatione nec vera contumacia inferri, nec per conſequens lis pro conteſtata haberi poteſt.

(2) In jure municipali Bremenſium clare 137
cautum eſt, ad hoc ut quis pro vero contumace habeatur quarta vice quem peremptorie citandum eſſe, quod etiam tam Senatus quam actor eo ipſo ſatis declararunt, quod hic quartam citationem peremptoriam petierit, ille eandem decreverit, (3) illi ipſi Dd. qui per tres citatio- 138
nes, quem in contumacia conſtitui, autumant, fatentur id tunc demum verum eſſe, cum præſens quis citatus fuerit; abſentem vero non aliter in contumaciam conſtitui, quam ſi quarta vice vel per edictum, ſi ignoretur ubi commoretur; vel ſi ſciatur ubi ſit viva voce aut literis ita citatus fecerit, ut citatio ad eius notitiam devenerit, Salycet. *in d. l. tres denunciationes circ. fin. C. quom. & quand. Iudex.* Barboſ. *in d. l. ad peremptorium. 68. numer.* 124. *&* 125. *ff. de Iudic.* At præmemorata tertia citatio hic in juſta abſentia Rei, & quidem tantum ad domum abſentis facta eique neutiquam in perſona inſinuata fuit; Ergo nec Reus per eam in vera contumacia conſtitutus dici poteſt.

Quinimo (quarto) nec tunc pro vero contu- 139
mace quis reputari, nec pœna contumaciæ puniri poteſt, cum quis minus legitime citatus fuit, uti in puncto tradit Thoming. *d. deciſ.* 24. *n.* 9. At hic ſecunda & tertia vice minus legitime in abſentia ad domum citatus, per ea quæ tum ſuperius tum inferius deducuntur. Ergo Reus pro contumace reputari nequit.

Sicuti nec (5) pro contumace quis haberi 140
poteſt, cum citatus tempore citationis juſta vel neceſſaria de cauſa abſens fuit; Etiamſi quarta vice citatio ad domum abſentis denunciata fuiſſet, *d. l. contumacia.* 53. *§. pœnam contumacis non patitur. ff. de re Iudic. & l.* 10. *C. quom. & quand. Iudex.* Ubi Impp. reſcribunt, Iuris rationem exigere, ut quicquid contra abſentem ſtatutum fuerit, quando abſentiæ cauſa neceſſaria eſt, id ei non officere. Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 22. Grammatic. *conſil.* 1. *num.* 23. Et in terminis ubi iniurians ex juſta cauſa abſens ter citatus 141
non comparuerat, lis pro conteſtata habita non fuit per Lipſienſes Piſt. *d. quæſt.* 27. *numer.* 9. *verſ. hic itaque part.* 1. Sicuti & (6) generaliter quæli- 142
bet cauſa iuſta, propter quam quis ad Iudicium non venit, reum à contumacia excuſat, Cæval. *com. opin. quæſt.* 149. *numero primo.* Covarr. *pract. quæſt.* 27. *numero* 2. *verſ. ego vero, &c.* Menoch. *conſi.* 153. *n.* 2. Bertaz. *conſi.* 353. *n.* 2. *in crim.* Gothom. *conſ.* 12. *num.* 73 *lib.* 4. Cum enim vera

contu-

contumacia sit delictum. Zas. *in l. contumacia num. 5. de re Iudic.* Chil. Koning. *in prax. num. 37. in fin.* Horat. Carp. *ad stat. Mediol. part. 1. cap. 10.*
143 *num. 18.* & passim Dd. & perinde sine dolo & malitia non contrahatur. Thesaur. *decis. 265 n. 5.* Wesembec. *ad l. properandum. § censemus num. 11. Cod. de Iud.* à dolo verò vel malitia, quælibet fa-
144 tua bestialis vel inepta nedum justa causa excusset. Cravet. *consil. 46. num. 14. & Dd. comm.* meritò etiam causa inepta & multo magis justa à contumacia excusabit, uti & post magnum Dd. cumulum in specie adstruunt. Farinac. *in crimin. quæst. 11. num. 51.* Schrad. *de feud. part. 9. c. 7. n. 27.*
145 Cum igitur Reus hic ex justa causa imò probabili & necessaria tempore emissarum citationum abfuerit, & sic probili causa impeditus, non comparuerit, sequitur hoc in casu litem in contumaciam rei pro contestata haberi non posse, sicuti etiam in ipsis terminis nostris docuere Faber. *in d. §. pœnales.* Tiraquel. *de retract. lig. §. 15. gl. 3. num. 8.* Asin. *d. §. 17. cap. 1. limit. 1.* Thoming. *d. decis. 24. n. 8.*
146 Præterea nec Reus pro vero contumace tunc (7) haberi potest, quando citatio ei in persona non intimata, sed, uti hic, absente & oretenus ad domum denunciata fuit, Vant. *de nullit. ex def. citat. num. 22.* Schrader. *de feud. p. 3. sect. 4. num. 134.* Bender. *de revis. conclus. 31. num. 1. & seq.* Grammat. *consil. 1. num. 23.* Tom. Non. *consil. 99 num. 15.* Pruckm. *d. consil. 21. n. 145. lib. 1.* Cothm. *consil. 12. num. 67. lib. 4.* Seraphin. Olivar. *decis. 972. num. 4.* Cæs. Barz. *decis. 150. n. 11.* quo sensu in terminis notavit Mynsing. *3. observ.*
147 *37. num. 2. cum seq.* Si fortè ad domum absentis citatio fiat, & ea etiam absentis uxori insinuetur; tunc in contumaciam absentis procedi
148 non posse, vel (8) quando citatio (prout similiter hic accidit) ad notitiam citati non pervenit,
149 Cravett. *consil. 637. num. 4.* Citationes enim non notificatæ non nocent, nec contumax quis dici
150 potest, stante ignorantia. Riminald. Jun. *consil. 654. num. 17. & seqq.* Id quod hic tantò magis statuendum, quod (9) hæc ad 18. Jul. tertio reiterata citatio, post secundam quæ ad 14. eiusdem facta est, citra legitimum intervallum nimis festinanter ac præpropere & sic nulliter ingeminata fuerit, si enim jus commune spectemus, quælibet citatio ab altera intervallo non minus decem dierum distare, *l. per intervallum 69. ff. de*
151 *judic.* Gail. *1. obs. 52. num. 19.* Si verò jus statutarium inspiciamus, octo dierum intervallo differre debet, id quod nec ipse actor inficiari potuit, licet v. prætendat reum ante in alia causa ipsum minori spatio citari fecisse, reus tamen id negavit, nec contrarium ab actore probatum extitit, ut interim taceam, nihil officere, etiamsi id actore non contradicente in alia causa factum esset.

152 Non juvat etiam, quod Senatus Bremensis qui juris statutarii ignarus esse non potuit, citationem illam ad proximam juridicam decreverit: nam quia priorem reo absente ad domum factam citationem pro legitima & tali quæ contumaciam non induceret, haberet, (alias enim mulctam in statuto ad secundam & tertiam citationem legitimam non comparenti constitutam à Reo exigisset) novam citationem, quæ reo alibi commoranti personaliter insinuaretur, decrevit, ut in futurum compareret Reus, prout nec alias judici permissum fuisset, terminum à lege ac statuto Reo citato indultum in justa præsertim eius absentia coangustare. Sicque manet hanc tertiam citationem à priore legitimo intervallo non fuisse distinctam: quando vero citationes contra formam statuti, vel 153
sine legitimo intervallo nimis deproperatæ fuerint, tunc nullæ censentur, nec Reum in mora aut contumacia constituunt. Docentibus Felin. *in cap. quoniam contra num. 13. vers. citat. de probat.* Bernh. Greve. *lib. 1. obs. 48. num. 4.* Aldovin. *cons. 20. num. 78. & 149.* Regn. Sixt. *cons. 10. num. 110. lib. 2.* Pruckm. *d. cons. 21. num. 138.* Viv. *dec. tis. 121. num. 7.* Afflict. *decis. 124. nu. 3.* Hinc respondet Menoch. *consil. 715. num. 6.* Contuma- 154
cem non dici, qui non comparuit intra terminum à judice abbreviatum, si à statuto prolixior sit assignatus, contumax enim haberi nequit, nisi qui legitimè citatus fuit, Hipp. Rim. *consil. 648. num. 16.* Grammat. *consil. 33. num. 2.* Bertaz. *consil. 146. num. 7. in crim.* & ubi non est vera citatio, ibi nec esse potest vera contumacia. Schra- 155
der. *de feud. part. 10. sect. 7. num. 9.* & contumacia non consideratur ubi citatio non fuit legitima. Pacian. *cons. 151. num. 5.* Et quod si hoc obtinet in 156
citationibus contra præsentem decretis & Reo legitimè insinuatis, quantò magis idem obtinebit nostro in casu, ubi & reus ex justa causa absens, & citatio tantùm ad domum absentis facta fuit, nec ad notitiam eius devenit? Actoris autem culpam aggravat, quod sciverit tum aliundè, tum ex relatione nuncii ad 14. Julii facta, quo reus abierit, & ubi reperiri, eique citatio legitimè insinuari queat: & tamen reo absenti citationem eo loci ubi se in vicinia detinuit, intimari non curaverit legitimè, prout tandem fecit, cum 18. Julii reum adhuc absentem esse audiret, tunc enim talem citationem quæ reo personaliter intimari posset, petiit, & cum eam obtinuisset, ac ritè insinuasset, comparitionem obtinuit: Idem enim statim 14. Julii facere debuisset.

Ex quarta citatione verò multominus ulla 157
contumacia inferri potest, eo quod Reus ad illam debito modo comparuit, & si juridicum facere velimus computum, legitimas scilicet citationes tantùm in calculum deducendo: hæc quarta citatio, quæ reo insinuata fuit, tantùm secunda vel ad summum (si eam quæ ad 14. Julii absente Reo ad domum facta est, connumerare velimus) tertia legitimè citatio futura est, Illa enim quæ ad 18. Julii tertia vice & sine legitimo interstitio, & in justa rei absentia deproperata fuit, absque dubio nulla est. Quod si igitur hæc citatio vel secunda vel ad summum tertia legitima citatio fuit, planum est reum pro vero contumace neutiquam haberi posse, quod ad hanc primo se judicio stiterit, ut interim taceam actorem in hoc termino nullam contumaciam accusasse, & sic nec ullam contumaciam ratione huius termini prætendere posse: Et
158 sanè quomodo actor reo imputare poterit cum

contumacem fuiſſe, in lite conteſtanda cum actor nusquam litis conteſtationem petierit? Undelis in contumaciam pro conteſtata accipi nequit: Sicuti in puncto definit. l hom. *d. dec. 24. n. 8. & n. ult.* cum *(inquit)* mora & contuma-
159 cia rei fundamenta ſunt, quare lis contra ipſum pro conteſtata haberi deberet, conſequenser-gò eſt, ceſſante tali fundamento & ſubſtantia, effectum & litem ſcilicet quoque pro conteſtata capi non poſſe, Franc. *in cap. 2. de dol. & contum.* Schrad. *de feud. part. 9. cap. 7. n. 20.* Pruckm. *d. conſ. 21. n. 139.* Raud. *deciſ. Piſan. 28. n.* 151. Præ-
160 terea diligenter quoque animadvertendum eſt, (4) ad hoc ut lis propter moram & contumaciam rei pro conteſtata haberi poſſit, ante omnia requiri, ut actor intra annum litis conteſtationem petierit non modo, ſed & urſerit, reus verò litem conteſtari recuſarit, uti in puncto tradunt Rauchb. *quæſt. 28. numero 43. p. 2. ibi: Si actor litis conteſtationem urgeat, & Reus illam facere nolit, tunc habetur pro conteſtata,* & Ruland.
161 *de commiſſ. part. 4. lib. 8. c. 9. num. 3.* Imò verò non ſolum litis conteſtationem petere, ſed omnem etiam diligentiam adhibere debet actor, ut lis conteſtationem intra annum conſequatur. Alexand. *in d. l. ſi eum. §. qui injuriarum num. 4. &* Caſtrens. *circ. fin. ac* poſt hos Thoming. *d. deciſ. 24.*
162 *n. 7.* quoties enim lex vel ſtatutum requirit aliquid à Reo fieri, intelligitur, ſi id ab actore petitum fuerit, arg. *l. ſi quis. 5. §. ſtipulatio ff. de collat. bon. l.* 1. §. *non exigit prætor. ff. ut in poſſ. legat. ſerv. cauſ. eſſ. lic. & l. 2.* §. 1. *ff. quod legat. cap.* 1. *in fin. de ſepulch. violat. in 6.* prout hoc pluribus firmant. Felin. *in c. fin. autem num. 3. & ſeq. de reſcript.* Jaſon. *in l. univerſa.* 1. *n. 3. 4. & 5. C. de prec. Imp. offer.* Natta *conſ. 685. n. 3 & per tot. & conſ. 477. n. 1. & ſeqq.* Riminal. Sen. *conſ. 265. circ. fin.* Riminald. Jun. *conſ. 234. n. 281. & ſeqq.* Decian. *conſ. 607. n. 2. & 3.*
163 Bec. *conſ. 37. n. 17.* ac ad conſtituendum aliquem in mora requiritur interpellatio. *l. mora. 32. ff. de uſur. & l. ſi ex legatis. 23. ff. de verb. oblig.* Marc. Anton. Bauer. *tract. de mora. part. 1. n. 1. & ſeq.* Ubi ve-
164 rò nulla eſt petitio vel interpellatio nulla quoque mora eſſe poteſt, ut ait Scævola *in l. ſi pupillus 127. ff. de verb. oblig. l. nulla intelligitur mora 88. ff.*
165 *de reg. Iur.* nec datur negligentia niſi poſt petitionem & interpellationem Felin. *in d. cap. fin autem n. 3.* Riminald. Jun. *d. conſ. 234. n. 282.* & Nat-
166 ta *d. conſ. 685. n. 4.* & ante interpellationem non videtur ſtare per promittentem, quo minus faciat quod promiſit. *d. l.* 1. §. *non exigit prætor. ff. ut in poſſ. leg.* Surd. *conſ. 157. n. 1. lib. 2.* quando agitur de incurrenda pœna propter negligentiam vel culpam negativam, quæ in omiſſione conſiſtit (ſicuti hic quod ob omiſſam litis conteſtationem lis pro conteſtata accipiatur) nunquam intelligitur pœna commiſſa, niſi præceſſerit interpellatio, uti poſt Innoc. Alex. Felin. Marſil. & alios ſcribit Pacian. *conſ. 157. n. 15.*

167 Notandum etiam (5) præter petitionem actoris ut litem conteſtetur reus, etiam requiri, ut Reus à Judice litem conteſtari juſſus ſit, & tamen id recuſarit, argumento *c. 2. & fin. ibi: Iuſſuſq; à Iudice reſpondere recuſet. de conſeſſ. n. 6.* tradit Azeved. *ad conſt. Hiſp. lib. 4. tit. 4. l. 1. num. 17. &* Marant. *in ſpec. de lit. conteſt. n.* 11. Hic verò actor 168
reum de conteſtanda intra annum lite nunquam interpellavit, Judex quoque Reo nunquam conteſtationem injunxit, reus denique illam nunquam detrectavit, vel recuſavit, Ergò nec hic lis ſub prætextu moræ vel contumaciæ rei ullo modo pro conteſtata accipi poteſt, Nec eſt quod regeras, imò reum ad finem vergente anno in ultima juridica litem ſponte conteſtari debuiſſe, ad id etenim Reus nullo modo maximè nulla præcedente actoris poſtulatione fuit obligatus, cum Reus non ſtatim è veſtigio illa ipſa die qua actio propoſita fuit litem conteſtari cogatur, ſed ad eam interponendam ac deliberandam, ſeque ad judicium præparandum, trium ſeptimanarum ſpacium & dilationem habeat.

Quod ſi porrò reus ita ab actore ad litem 169
conteſtandam interpellatus, & à judice juſſus litis conteſtationem detrectet, tunc (6) inſuper deſideratur ut actor contumaciam Rei in conteſtanda lite decenti modo accuſet. *l. properandum* 11. §. *ſiquidem 2. Cod. de jud. l. conſentaneum. 8. Cod. quom. & quand. Iud.* Peregr. *lib. 2. ſing. tit. de Iudic. num. 75.* Gail. *lib.* 1. *obſerv. 55. num. 7. & ſeqq.* Maſcard. *concluſ. 449. num. 8.* Teſſ. *deciſ. 19. num.* 1. Decian. *conſ. 18. num. 193. vol.* 1. Pruckm. *d. conſ. 21. num.* 141.

Quod ſi verò actor eam accuſationem neg- 170
lexerit, tum lis ſub prætextu tergiverſationis vel contumacia Rei pro conteſtata haberi nequit. Aſin. §. 17. *cap. 3. limit.* 11. *verſ. lis non conteſtatur. num. 2. & 3.* Alex. *conſ.* 100. *num. 6. lib. 5.* quomodo etiam in terminis definit. Thoming. *d. deciſ. 24. num.* 11. Iniuriarum actionem ob prætenſam rei contumaciam & tergiverſationem tunc 171
pro conteſtata haberi, & poſt annum continuari non poſſe, ſi actor eam in termino non accuſaverit, Addens ita per Academiam Lipſenſem Anno 73. 11. Junii reſponſum fuiſſe, teneturque contumaciam rei accuſare, non in uno 172
vel altero termino tantum ſed in omnibus & ſingulis terminis. Schrad. *de feud. part. 9. cap. 7. num. 57.* Johan. Meichſn. *tom. 2. lib. 2. deciſ. 1. n. 37.* Hic verò actor ob detrectatam à reo litis conteſtationem intra annum contumaciam non incuſavit, Ergò hic lis in contumaciam nullo modo pro conteſtata haberi poteſt.

Porrò nec ſat eſt litis conteſtationem ſic à 173
Reo petitam, ſic à judice iniunctam, ſic à Reo detrectatam, contumaciamque eius ſic accuſatam eſſe, ſed deſideratur inſuper (7) ut actor ulterius progrediatur, ac petat, ut ob contumaciam rei lis à judice pro conteſtata & actio pro perpetuata accipiatur, uti in puncto ſcribit Natta *conſil. 573. num. 2.* quando enim lex vel ſtatutum mandat aliquid fieri (ut hic litem ob contumaciam pro conteſtata accipi) ſubintelligendum eſt, ſi id ab actore peti- 174
tum fuerit, prout Surd. *conſ. 366. num. 34. 35 36. & 37. lib. 3.* Pacian. *conſ. 157. num. 1. & ſeqq* Jaſon. *in d. l. univerſa. num. 3. & ſeq. Cod. de prec. Imper. offer.* Felin. *in d. cap. fin autem num. 3. de reſcript.* & alii ſupérius accumulati pluribus evincunt. Jaſon. *in univerſa. num. 4. verſ. 7.* & Abbas. *in cap. ve-*

neral. ilis

nerabil.n.19.verſ.& nota de Iudic. Ruin.*conſ.26.n.8.verſ.tertio vol.4.* ſuffragatur Angel. *conſ.140. quædam Matthæus n.2.col.2.* Natta *conſ.32.n.16.* Et hoc eſt quod ait Viv. *deciſ.138.n.22.* in pœnam contumaciæ non incurri niſi parte inſtante. Idēque confirmant omnia illa, quæ in quarta ratione paulo ante deducta ſunt. Atqui hic nunquam intra annum ab actore petitum fuit, ut lis in contumaciam Rei pro conteſtata accipiatur. Ergo nec lis poſt annum in contumaciam pro conteſtata haberi poteſt, prout in ſpecie etiam concludit Natt. *d.conſ.573.n.2.* nam cum præmiſiſſet id quod dicitur, reo in mora exiſtente haberi litem pro conteſtata, ita intelligendum eſſe, ſi id ab actore petitum fuerit, poſtmodum ſubjicit, cum in illo caſu ſuo nemo petierit, ut lis pro conteſtata habeatur. Ergo litem pro conteſtata haberi non poſſe, de quo tanto minus hic dubitandum, quod terminus Reo poſt libelli oblationem à lege ac ſtatuto ad conteſtandam litem indultus, nondum elapſus erat, ita ut nec contendi poſſet terminum pro homine interpellaſſe, perve termini lapſum reum ipſo Iure in mora conſtitutum fuiſſe. Nec licuit actori poſtmodum elapſo anno reum contumaciæ incuſare, vel ut lis ob contumaciam pro conteſtata accipiatur, poſt feſtum petere, ſed id in termino & intra annum fieri oportuit. Actor enim contumaciam Rei in termino accuſare, & intra annum actionem injuriarum perducere tenetur, ad litis conteſtationem, ſive veram ſive fictam, utpote quæ in veræ locum ſuccedit, & proinde æquè intra annum petenda ac procuranda eſt ut vera.

175 176

Accedit (8) quod ad hoc, ut lis ob contumaciam pro conteſtata accipi poſſit, neceſſarium quoque ſit quod Reus per Iudicem contumax declaratus fuerit. Azeved. *libr.4.conſt.Hiſp.tit.4.l.1.n.61.& ſeq.* Decian. *reſp.14.n.18.lib.3.* Hyp. Riminald. *conſ.648.n.14.& 15.* Qualis declaratio hic nunquam intervenit. Imò ne ab Actore quidem unquam petita fuit. Cum igitur ex prędictis clare pateat, omnia illa requiſita, quę Iura ad hoc requirunt, ut lis ob moram, tergiverſationem & contumaciam pro fictè conteſtata accipi poſſit, hic notorie deficere, & id quidem actoris culpa ac negligentia, neceſſario ſequitur litem hoc caſu neutiquam pro conteſtata haberi poſſe.

177 178

Quod ſi vero ponamus, Reum ea propter, quod ad tertiam, in ipſius juſta abſentia, & quidem nimis præpropere factam citationem non comparuit, aliquo modo contumaciæ inculpari poſſe, tamen ne ſic quidem lis in contumaciam pro conteſtata haberi poterit, attento (9) quod ad ſummum illa prætenſa tergiverſatio & contumacia ſolummodo in puncto citationis & non comparitionis commiſſa foret, ac proinde ad punctum litis conteſtationis nequaquam attendenda veniret, ex quo plani Iuris, contumaciam in uno puncto & actu, ut hic circa citationem non nocere in alio (nempe litis conteſtatione) uti per text. *in c.2.de dolo & contum.in 6.tradunt* Alber. de Roſet. *in auth. qui ſemel.n.3. C.qvom.& quand.Iud.* Abb. *in c.ſine litibus n.17.de dol.& cont.* Peregr. *libr.2.ſing.tit.de Iud. n.76.* Cæval. *in comm. opin. cont. comm. q.812.n.2.* Menoch. *conſ.2.n.358.* Meichſn. *tom.2.lib.1. deciſ.11.n.3.* Et contumax in uno puncto ſibi non præjudicat in ſequenti Alex. *conſ.137.n.42.lib.2.* & Rot. Rom. *deciſ.663.n.3 p.1. in noviſſ.* præſertim cum Reus circa punctum litis conteſtationis ab omni mora, tergiverſatione, negligentia ac contumacia (utpote quæ citra interpellationem & citationem non contrahitur) vacuus ſit.

179 180 181

182

Sicuti etiam hanc ſententiam (10) non parum confirmat & illud, quod ante oblatum ab actore libellum ratione ordinis proceſſus, & per rerum naturam nec Reus in mora litem cōteſtandi dici, multominus lis ob prætenſam moram & contumaciam Rei pro perpetuata haberi poteſt, cum demum poſt exhibitum libellum conteſtatio requiratur, non ante. Et quamdiu libellus ab actore nondum fuit oblatus, tamdiu nec Reum in mora conteſtanda litis fuiſſe, nec veram vel fictam (fictio enim naturam & veritatem imitatur) litis conteſtationem interceſſiſſe prætendi poteſt, ſicuti per d. *auth. offeratur. C. de lit.cont. trad. Barbos. in l.31.n.21. ff. de Iud. & alii.* prout etiam hoc ipſum in terminis noſtris annotatum à Thoming. d. deciſ.24.n.10. dum aſſerit libello nondum oblato reum in nulla mora vel contumacia litem conteſtandi conſtitui, nec litem pro conteſtata in cōtumaciam accipi poſſe. Id quod etiam inculcavit Iaſ. *l.1.n.8. C. quand. lib. Imp. obl.* & Ruland. *de Com.p.4.lib.8.c.9.n.3.* Atqui hic libellus ante ultimam Iuridicam ab actore oblatus non extitit. Ergo nec Reus ratione anterioris temporis in mora litem conteſtandi fuit, nec lis pro conteſtata haberi potuit.

183 184 185

Præterea (11) culpa & negligentia Rei tunc ipſi non nocet, nec tunc ob eamlis in contumaciam pro conteſtata accipi poteſt, quoties etiam actor ipſe in culpa & mora fuit litem conteſtandi ſecundum ea quæ notant Farin. *d.q.10. n.11.* Tiraq. *de retr. conſ.11.gl.3.n.1.& ſeq.* objectaque limitatio quod ob tergiverſationes rei lis pro conteſtata habeatur, ita accipienda eſt, Si etiam actor in culpa vel mora litem conteſtandi non fuerit, uti poſt Caſtr. & Alexand. *in d.l. ſi eum §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. in Iud.* declarat Piſtor. *d.q.27.n.8.* Sed omnem diligentiam adhibuiſſet, ut litis conteſtationem intra annum obtineret. Ruland. *de comm.d.p.4. lib.8. c.9.n.3.* Thoming. *d.deciſ.24. in fin.* prout etiam facto adverſarii impedito, tum demum ſecundus annus datur, ſi impeditus fecerit quicquid potuit, ne terminus decurreret. Bald. *in l. fin. C. de adult.* Natt. *conſ.32.n.16.* facit text. *in l. fin. §. illud. C. de temp. app.* ibi niſi poſſit oſtendere, ſe quidem ſumma ope niſum voluiſſe litem exercere, ſtetiſſe autem per Iudicem: aliàs ſi & ipſe in culpa vel negligentia fuerit, negligens negligenti nihil opponere poterit. *l. in arenam. & ibi Dd. ff. de inoff. teſt.* juxta illud, nihil Catilina Cethego. Decian. *reſp.11.n.115. lib.3.* Pacian. *de probat. lib.1.c.59.n.60.* Barz. *deciſ.70.n.45.* Actorque negligens Rei negligentiam in eadem re accuſare

186 187 188 189

ſare non poteſt Meichſin. *tom.4. deciſ.22. n.166.*
190 & mora non inſpicitur nec nocet Reo, cum & Actor ſimul in mora fuit, uti per *l.ſi & per emptorem ff. acti. empt.* traditur Symphor. *tom.1. part. 3. vot.6. n.51.* Atqui etiam hic ipſe actor, uti ſuperius expoſitum, abſque omni dubio in culpa fuit, quod annus ſine litis conteſtatione elapſus
191 eſt. Nec relevat, quod actor circa citationis impetrationem libellique productionem in ultimo anni articulo aliquantulum diligentiæ adhibuerit, quia remanet nihilominus eum circa litis conteſtationem negligentem fuiſſe.

192 Cum igitur actor notorie quo ad articulum litis conteſtandę in culpa & mora fuerit, in tantum ut eam intra annum nec minimo quidem verbo unquam deſiderarit, ſequitur, litem ob prætenſam contumaciam Rei hic pro conteſtata accipi non poſſe.

Verum enim vero, ponamus ulterius caſum,
193 non actorem, ſed Reum in mora & contumacia fuiſſe, actorem etiam litis conteſtationem debito modo petiiſſe, tamen ne ſic quidem palmam reportabit actor, vel ſola ac unica hac de cauſa, quod objecta limitatio, qua contenditur ob contumaciam Rei litem pro conteſtata habendam eſſe, (12) tunc non procedat ſi ceſſante mora ac contumacia rei lis intra annum conteſtari non potuiſſet, utpote ſi ab eo die, quo contumacia contracta eſt, tantum temporis ad finem anni non ſuperfuiſſet, ut lis intra annum ad conteſtationem perduci potuiſſet, ſi Reus illa die à qua contumacia prætenditur, comparuiſſet & Iudicio ſeſe ſtitiſſet, Sicuti valde notanter declarant. Caſtren. *in d.l.ſi cum. §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut.* Ibique Iaſon. late Tiraq.
194 *de retract. conſang. §. 15. gl.2. n.9.* & Aſin. *d. §. 17. cap.1. limit.11. num.3.* Facit, quod in puncto fatalium perſequendæ & finiendæ appellationis inculcant Dd. impedimentum Adverſarii tunc non excuſare appellantem, cum is ita ſe ipſum arctarit, & tam ſero cauſam introduxit ut cauſam expedire non potuiſſet intra annum, ſi impedimentum non interveniſſet, Oddo de *reſtitut. in integr. part.2. quæſt.7. art.9. n.58. & ſeq.*
195 *lim.1. ubi dicit*, hoc eſſe veriſſimum: quo vergit etiam illud quod notant Sylvan. *conſ.22. ante n.5.* & Rota Genuen. *deciſ.27. ante n.10* moram debitoris non nocere ubi creditoris diligentia
196 non fuiſſet profutura. Regulare ſiquidem eſt, quod ſuperveniens impedimentum tunc non excuſet, cum impeditus ſe ita coarctaverit, ut etiam ceſſante impedimento, id, ad quod faciendum obligatus erat, expedire non poſſit, uti poſt Decium ſcribit Oddo *de reſtit. in integr. p.1. q.27. art.6 n.54. & ſeq.* per text. *in l. qui commeatus 15. ff. de re milit. ibi: dummodo non tardius à loco ſe profectum probet, quam ut occurrere poſſet in-*
197 *tra commeatum*, hic vero ab eo die quo contumacia contracta prætenditur (nempe à 18. Iulij) tantum temporis uſque ad ultimam Iuridicam, quæ poſt triduum ſc. in 21. ejuſdem incidit, non ſuperfuit, ut actor etiam comparente Reo ad litis conteſtationem intra annum pervenire potuerit, quia Reo à die oblati libelli terminus ad litem conteſtandam dandus fuiſſet Novell. *53. c.3.* & quidem ſi Ius commune ſpectemus dilatio 20. dierum. *auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* Petr. Gregor. *in Syntag. Iur. univerſ. lib. 40. c.5. n.13.* Rauchb. *quæſt.28. n.42. p.2.* Azeued. *ad conſt. Hiſp. lib.4. tit.4. l.1. n.32.* Si vero Ius ſtatutarium Bremenſe reſpiciamus ter octoni dies prout conſtitutum. **Im Bremiſchen Statt-buch im 29. Vrthell. §. Ein man muß auch 3. Achttage haben/ehe Er Antwort gebe/ſo ſoll Er Antwort geben/** tot vero dies hic à die prætenſæ contumaciæ, 18. nempe Iulii, uſq; ad ultimam Iuridicã quæ poſt triduum accidit non ſuperfuerunt, Ergo nec hic vel ſola hac de cauſa lis in contumaciam pro conteſtata, actiove pro perpetuata haberi poteſt, ſed imputandum eſt actori quod ſe ipſum nimis arctaverit, *l.2. §. ſi quis. & ibi gl. in verb. arctaverit. ff. ſi quis caut. & l. ſi & l. ſi fidejuſſor.7. §.1. ibi: neque enim meretur, qui ipſe ſibi neceſſitatem impoſuit. ff. qui ſatisdeg.* Beci. *conſ.173. n.4.*

Præſertim cum (13) prætenſa mora Rei in 198
exigui temporis moram redundet, ob qualem modici temporis moram vel contumaciam lis pro conteſtata accipi non poteſt, poſt Bart. & Rom. Thoming. *d. deciſ.24. n.9. in fin.* Azeued. *lib.4. conſt. regn. tit.4. l.1. num.17.* Imo videtur 199
mora in non cõparendo eo ipſo purgata, quod Reus ſtatim poſt triduum comparuit, attento 200
quod mora purgetur reo poſt modicum tempus comparente. Hieron. Gabr. *conſ.69. num.45. cent.3.* Pacian. *conſ.145. n.57.* Aldovin. Aldovini. *conſ.19. n.71.* Cenſeturque hoc caſu modi- 201
cum tempus, tempus trium dierum. Deciſ. Rot. Rom. noviter noviſſim. Farinac. *deciſ.855.* Cum- 202
que actor hic circa citationis impetrationem ferè per totum annum, circa litis conteſtationem vero per totum & integrũ annum in mora & negligentia fuerit, iniquiſſimum foret moram longiſſimi temporis actori quidem impunè tranſire reo vero præſertim juſta abſentia prępedito ob minutiſſimam trium dierum moram, duram iſtam contumaciæ pœnam infligi debere, cum tamen in pari mora melior conditio rei eſſe debeat, quam actoris. Rota. Genu. *deciſ.118. n.1.*

Confirmatur hæc opinio ulterius (14) non 203
parum ex eo, quod impedimentum vel tergiverſatio rei, actorem aliàs non relevet, quàm ſi tergiverſatio ac impedimentum adverſarii tale ſit, ut actor præillo litem conteſtari nequiverit: Secus ſi illo remoto & nõ obſtante litis conteſtationẽ interponere potuiſſet, per text. *in l.2. §. quod diximus. ff. ſi quis cautionib.* & ea quæ tradunt appoſite Alex. *conſ.72. n.16. & lib.3.* Gail. *lib.1. obſerv.143. n.3.* Io. Gutiet. *lib.3. quæſt. pract. civil. c.34. n.22. & ſeqq.* Et Bec. *conſ.104. n.13.* Hic vero Reus intra annum 21. Iulii ad Iudicium venit, actorque non obſtante prætenſa tergiverſatione & impedimento præcedenti, vel ſaltem in ultimo termino anni litem conteſtari potuiſſet, Ergo cum hoc omiſerit contumacia rei ipſum non relevat, ſed ſibi ipſi imputet, quod conteſtationem neglexerit.

Ad minimũ debuiſſet Actor cum primis in 204
ultimo termino proteſtari quod non per ſe ſed

per

per Reum ſtet, quominus intra annum lis conteſtari queat, prout in individuo quando in cauſa injuriarum lis protrahitur proteſtandum eſſe, tradidit. Sichard. *conſ. matrim. 2. n. 23. & 24.* faciunt ea quæ notat Gail. *lib. 1. obſ. 141. n. 9.* & quidem non ſemel ſed aliquoties. At hic nuſ-
205 quam proteſtatus eſt, de eo quod non per ſe ſed per Reum ſtet, quominus lis intra annum ad conteſtationem perducatur, imo nuſquam mentionem fecit litis conteſtationis, nec unquam in animum induxit, quod litis conteſtatio intra annum neceſſaria ſit. Ergo nec (15) hac de cauſa lis ob contumaciam pro conteſta-
206 ta accipi poteſt, Quinimo actor eo ipſo, dum in ultimo termino comparente Reo nullo verbo ejus contumaciã accuſavit, vel ante factam eo præſente repetiit, nec etiam de non labendo ſibi anno ob omiſſam litis conteſtationem proteſtatus eſt, ſed per ejus comparitionem per omnia contentatus fuit, & ad eam non modo in totum acquievit, ſed ad ulteriora etiam progreſſus, actionemque ſuam propoſuit, & Reo terminum ad libellum agendi ſalvis exceptionibus petenti detulit, terminumque in cauſa principali conceſſit, ab omni prius tentata contumaciæ accuſatione & proteſtatione non modo ſtetiſſet, ſed etiam omnem moram & contumaciam, ſi qua ante commiſſa fuiſſet, tacitè remiſiſſet, tum quod contumacia & mora non modo expreſſe, ſed etiam tacitè per diſſimulationem, ut docet Caſtr. *in l. ſemel. mora poſt n. 3. ff. ſolut. matr.* & Rot. Gen. *deciſ. 27. n. 11.* remiſſa cenſeatur, tum quod contumacia in omnibus
207 & ſingulis terminis ſit incuſanda. Schrad. *de feud. part. 9. c. 7. n. 57.* tum quod accuſatio contumaciæ, quæ abſente Reo facta fuit, illo comparente in ejus præſentia, quo ſe ab inculpatione
208 defendere poſſit, repetenda ſit, Purpurat. *conſ. 600. n. 22.* prout etiam in Iudiciis accuſationem contumaciæ comparente Reo repeti videmus alias mora vel contumacia per taciturnitatem cenſetur remiſſa, Juxta ea quæ infra in refutatione quartæ Replicæ circa finem adducuntur, & quæ notavit Natt. *conſ. 636. n. 69.* tum, quod
209 per progreſſum ad ulteriora nulla facta repetitio, ne priorum exceptionum ab illis tacitè re-
210 ceſſum intelligatur Natt. *conſ. 585. in fin.* tum quod per conceſſionem dilationis vel termini debitori factam ad ſolvendum: vel uti hic ad reſpondendum libello & conteſtandam litem) mora & contumacia remiſſa cenſetur. Sicuti notant Ruin. *conſ. 155. n. 10. lib. 5.* Crot. *conſ. 72. n. 17.* Rot. Genu. *deciſ. 27. n. 11.* Quod ſi igitur eo
211 ipſo tacite remiſſa eſt omnis mora & contumacia lis ob moram vel contumaciam neutiquam pro conteſtata accipi poteſt, quando enim mora vel contumacia reſoluta vel remiſſa eſt, tunc omnes quoque pœnæ contumaciales remiſſæ & reſolutæ cenſentur *l. 1. §. f. l. frater. §. & ſiquidem per contumaciam. ff. de collat. bon.* Farin. *in crim. quæſt. 11. n. 90.* & reſoluta contumacia omnes ejus effectus evaneſcunt. Seraphin. Olivar. *deciſ. 354. n. 8. & 13.*

212 Denique notandum actorem ob impedimentum quod ſupervenit à lapſu fatalium tunc non excuſari, quando apparet, etiam ceſſante impedimento eum cauſam intra annum expediturum non fuiſſe, uti per *l. 15. q. 44. ff. ex quib. cauſ. maj.* tradit Oddo. *de reſtitut. in integr. p. 1. quæſt. 27. art. 4. n. 44. 47. & 48. Vbi addit*, hoc non habere dubium. & Can. *in c. ex tranſmiſſa. de præſcript.* per illum text. ibique Felin. *n. 1. & ſeq.* Hinc reſpondit Natt. *conſ. 258. n. 6. lib. 2.* non ſatis 213
eſt impedimentum probare, ſed neceſſum eſt, ut impeditus inſuper probet, ſe, niſi impedimẽtum interveniſſet, impleturum fuiſſe intra terminum illud, ad quod tenebatur. *per l. qui commeatus. ff. de re milit. & l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caution.* Id quod etiam ante eum annotavit. Alex. *conſ. 49. n. 5. lib. 2.* Menoch. *de arb. Iud. lib. 2. caſ.* 214
118. n. 7. Crau. *conſ. 151. n. 22. ubi dicit*, adhoc, ut impedimentum excuſet debere probari, quod niſi impedimentum illud fuiſſet, actus ſubſecutus fuiſſet, Decius, *conſ. 454. n. 6.* Ita ut appareat impedimentum fuiſſe cauſam immediatam, quod illud factum non fuit, Atqui noſtro in ca- 215
ſu non modo ab Actore non probatum, eum ceſſante prætenſa mora Rei ſeu impedimento, intra annum litem ad conteſtationem perducturum fuiſſe, & impedimentum ſeu abſentiam rei immediatam cauſam eſſe, quare lis conteſtata non ſit, ſed etiam exactis & omnibus circumſtantiis palam eſt, actorem ne cogitaſſe quidem vel ſciviſſe, quod intra annum lis conteſtanda eſſet, ſed putaſſe ſufficere ſi intra annum actio proponatur, habuiſſeq; tantum in animo actionem intra annum proponendi, non etiam conteſtandi, ceſſanteque abſentia Rei litem intra annum conteſtaturum fuiſſe, Sicque abſentiam & moram Rei non fuiſſe cauſam immediatam, ob quam litis conteſtatio omiſſa, ſed potius ignorantiam Actoris, conſequenteréque Actorem ſub prætextu abſentiæ Rei ſe à litis conteſtatione, quam alias quoque omiſſurus fuiſſet, neutiquam excuſari poſſe.

His igitur omnibus rationibus ſimul jun- 216
ctis, ſolertique diligentia trutinatis, additoque in dubio in mitiorem partem & abſolutionem Rei, maximè in odioſis pœnalibus & famoſis inclinandum eſſe, concludo objectam exceptionem præſcriptionis annalis ob omiſſam intra annum litis conteſtationem, neque per hoc ſecundum actoris fundamentum (quamvis in eo vt omnium aliorum ſpecioſiſſimo omnis difficultas hujus cauſæ poſita ſit) eliſam eſſe.

Progrediamur itaque ulterius ad Tertium Actoris fundamentum: In quo obtenditur ſimul ac 21. Iulii libellus oblatus fuerit, ordinarias meſſium ferias & juſtitiam incidiſſe, ſicque non per ſe, ſed per Iudicem ſtetiſſe, quominus intra annum lis porrò ad conteſtationem per- 217
duci potuerit, & per conſequens præſcriptionem ceſſare, cum illis in caſibus ubi per Iudicem ſtat, quominus in cauſa procedi, litisque conteſtatio intra annum interponi queat, fatalia parti non currant, *l. fin. §. illud. C. de temp. appel. & in l. 1. in fin. C. de ann. except.* & ibi Dd. Decius & alii. Canon. *in c. ex rat. de appellat.* Bart. *in l. 1. ff. de div. & temp. præſcript.* Bald. *in l. ſi eum ipſe. n. 1. ff. de excuſ. tut.* Bender. *de reviſ. concl. 3. n.*

218 32. Gail. 1 *obſ.64.num.6. & obſ.91.n.10.* Tempuſque non currit impedito impedimento Iuris (quale hoc impedimentum feriarum eſſe videtur, quod in Iure introductum eſt,) ut per *l. fin.§.donec.C.de Iur.delib.* firmat Tiraquel. *de retract. convent.§.2.gl.1.n.78.* Vnde etiam in ſpecie reſpondit Coler.*conſilio 50.num.60.* uſque
219 ad finem,&c. Actionem injuriarum tunc annali præſcriptione non perimi, cum lis ob impedimentum Iudicis intra annum conteſtari non potuit, cum non valenti agere non currat præſcriptio.

220 Quod ſi verò hæc ratio ad amuſſim examinetur, primo ſtatim aſpectu patebit, eam plus
221 fuci, veritatis verò nihil continere: Clari ſiquidem Iuris eſt, actionem injuriarum etiam in ipſis meſſium vindemiarumque feriis perimi, ſi intra annum deſuper lis conteſtata non fuerit.
222 *l.1.§.2.& l.3.ff.de fer.* Ordinariaſque meſſium ferias à deſertione non excuſare, ſicuti Jctus *in l.ſed etſi prætor.26.§.ſi feriæ.ff.ex quib.cauſ. mai.* hiſce verbis docet. Si feriæ *(inquit)* extra ordinem edictæ ſint, & propterea magiſtratus Ius non dixerit Cajus Caſſius nominatim edicebat, ſe reſtiturum, quia per prætorem factum videatur, ſolennium verò ſeu ordinariarum feriarum (quales & hæ meſſium feriæ fuerunt) rationem haberi non debere, quia actor proſpicere & potuerit & debuerit, ne in eas inci-
223 dat. Idem tradunt Franc. *in c. ex ratione.n.55. verſ.ſed circa hoc.de app.* Gail.*de obſ.140.* Gylm.*dec. Cam.lib.2.poſt.deciſ.42.n.99.*

Deinde ſi actor deſertionem præcavere,
224 prætenſamq; ſuam Injuriarum actionem à peremptione ſalvare voluiſſet, debuiſſet intra annum in ipſis meſſium feriis Reum ad Iudicium vocare, ac ad litis conteſtationem intra annum compellere, *d.l.1.§.2.de fer.* Sed, *inquit Ictus*, excipiuntur certæ cauſæ in quibus poterimus & per id temporis, cum meſſes ſunt, ad prætores venire, ſc. ſi res tempore peritura ſit, hoc eſt, ſi dilatio actionem ſit perēptura, tunc enim cogi æquum eſt, ut lis conteſtetur, & *in l.3.ff.eodem.* in
225 ſpecie conſtitutum de injuria meſſis vindemiarumque tempore Ius dici poſſe. Abb.*in c.ult.n.*
226 *14.de fer.* Zaſ.*in parat.de fer.n.3.* Patet ergo ex his ferias actori neque per ſe, neque quoad Iudicem neque quoad Reum impedimento fuiſſe, quominus litem ſi voluiſſet conteſtari potuerit, Cum igitur actor feriis negligenter labi paſſus ſit, nec Reum citari, multominus litis conteſtationem interponi curaverit, facile apparet non per Iudicem vel ejus officium (quod etiam non niſi rogatus impertiri ſolet) ſed per errorem, ignorantiam & negligentiam Actoris & ſuorum patronorum factum eſſe, quod annus ſine conteſtatione tranſierit.

227 Inſuper ſi Actor præ feriis litem conteſtari non potuiſſet, debuiſſet ad minimum (3) ſtatim in primo termino poſt ferias litis conteſtationem interponere Cum vero & hoc intermiſerit, neutiquam cum feriis ſe excuſare poteſt, ſed non obſtantibus feriis actio deſerta & peremta fuit, argumento pragmaticæ ſanctionis Imperii de Anno 1570.§. Ob wohl auch/ ꝛc. Vbi conſtituitur, ſi fatalia introducendæ appellationis in feriis expirent, prima poſt ferias cauſam introducendam eſſe, aliàs appellationem pro deſerta haberi.

Quarto adhoc, ut iis qui facto Iudicis impe- 228
ditur à lapſu inſtantiæ excuſetur, neceſſum eſt eum contra Iudicem proteſtari, quod non per ſe, ſed per Iudicem ſtet. Gail. *1.obſ.141.n.9.& ſeq.* ac inſtanter, inſtantius, inſtantiſſime petere ut cauſam expediat. Grammat. *vot.31.n.12.* & quidem non ſemel ſed aliquoties. Bauer. *de Mora. part.1.n.11.verſ.4.* Cacheran.*deciſ.12.n.5.verſ.in contrarium.& ſeqq.* Et ſi talis proteſtatio ab eo 229
qui facto Iudicis impeditur, non interponatur, non impeditur curſus inſtantiæ Teſſaur. *deciſione 10.num.12.* Scaccia. *de Appel.quæſt.15.art.9.n. 181.verſ.Imò,&c.* Felin. *in ex tranſmiſſ. n.5.de præſcript.* ex Imola refert, eum in cauſa quadam, in qua Actor copiam Iudicis habere non potuerat, & nō proteſtatus erat, ita obtinuiſſe, Acto- 230
remque ob omiſſam proteſtationem condemnatum eſſe. Hic verò nulla talis proteſtatio de impedimentis Iudicis interpoſita: Ergo nec Actor à deſertione ſub prætextu impedimenti Iudicis, excuſari poteſt.

His ita firmatis, omnia illa quæ pro aſſeren- 231
da contraria opinione in medium prolata fuerunt per ſe collabuntur, Nam cum Actor in ipſis feriis, ſi voluiſſet, litem conteſtari potuiſſet, clare apparet, non per Iudicem, ſed per ipſum Actorem ſtetiſſe, quominus conteſtatio intervenerit, eumque per Iudicem impeditum non fuiſſe, proindeque nec illa jura, quæ de impedito per Iudicem, & quod agere non valenti non currat præſcriptio, huc non quadrare: patet itaque ex his ad oculum, tertium hoc Actoris fundamentum neutiquam obſtare, accedamus ergò ad quartum & ultimum.

Quartum Actoris fundamentum.

LIcet exparte Actoris in priori inſtantia non niſi prætactæ tres exceptiones ſeu replicationes oppoſitæ fuiſſent, in ſcripto concluſivè tamen hujus inſtantiæ, quartam ſuperaddiderunt, in qua contendunt litem ulterius, vel ea propter pro conteſtata, actionemque pro perpetuata habendam eſſe, quod actor 232
in termino ſecundæ & tertiæ citationis ad 14. & 18. Julii de Rei ſubterfugiis conqueſtus, de ſua vero diligentia & non condonandis injuriis proteſtatus eſt, De quo objectamine ut tanto certius Iudicium feratur, præmittenda ſunt ipſa prætenſarum proteſtationum formalia.

Prior nihil aliud continet, quam Actoris 233
Procuratorem 14. Julii (cum Reus ad ſecundam in ejus abſentia ad domum familiæ denunciatam citationem non comparuiſſet) petiiſſe, Weiln der Auguſtus für der Thür/ vnd alſo periculum in mora were/ ſeinen Principalen vergönnet werden möchte / den Beclagten alſobald ad proximam Iuridicam gegen den 18. widerumb citiren zulaſſen / Quomodo vero

verò ex illo ulla actionis perpetuatio elici queat, sane non perspicio ? Nam ex litera clarè patet, nullam contumaciæ accusationem, nullamque protestationem factam esse, prout nec ullo jure fieri potuisset, sed simpliciter aliâ citationem, idque contra formam statuti (utpote quod interstitium ad minus octo dierum postulat) nulliter petitam fuisse, & quidem ex erronea, iniusta ac irrelevanti causa, quia annus ad finem tendat, quamvis enim annus ad finem vergeret, id tamen culpa & negligentia actoris contingebat, qui tam diu cum prætensa actione sua supinè sterterat, eamque citius introducere neglexerat, ac proinde actori imputandum erat, quare non citius & magis maturè telam judiciariam orditus sit, eiusque negligentia reo nocere non debebat, nec ob eam terminus citationis reo tam à statuto, quam jure communi indultus, præsertim stante iusta eius absentia, contra formam statuti coangustari, præcidi vel amputari, sed potius ob justam absentiam ampliari, & actori imputari debuisset, quod semetipsum nimium arctasset, Quam parum itaque ad perpetuandam ultra annum injuriarum actionem, ipsa citationis impetratio sufficit. Si non ulterius etiam litis contestatio interveniat, tam parum quoque & multominus hæc citationis petitio, præsertim cum contra formam statuti
235 nulliter & nimis festinanter facta fuerit, ad perpetuandam actionem sufficit, cum ipsa litis contestatio postmodum non modo realiter non interposita, sed ne quidem ab actore unquam petita fuerit, ita ut hoc primum absque omni dubio nihil quicquam officiat.

236 Superest igitur, ut discutiamus, quid de ea protestatione, quæ 18. Julii interposita est, statuendum sit, de quo ut tanto melius judicare possimus, pro informatione præmitto, in protocollo narrari, actoris procuratorem statim, ac executor citationis, retulisset, reum nondum reversum esse, indicasse (1) **Stencken habe sich** malitiosè **von Bremen begeben/zu dem Grund / daß sein** Principal, **die wieder jhn habende iniurien Klag in Zeit Rechtens anhängig zu machen / behindert werden möchte / Es habe aber** (2) **an seinem** Principaln **nicht ermangelt / dann derselb jhn gegen den 7. 14. vnd 18. hätte citiren lassen/vnd daß er derowegen** (3) **in seines** Principalen **Nahmen** protestire, **daß derselb sich seiner iniurien Klag nicht wolle begeben haben/vnd bitte demnach** (4) **eine newe schrifftliche** citation, **die** reo absenti **nachgeschicket / vnd in Person insinuirt werden möchte /** Hactenus formalia istius recessus.

237 Quamvis autem hæc protestatio primo aspectu non videatur incolorata, si tamen paulo penitius inspiciatur, nihil actori proficit, nec reo officit.

Primo enim tam irrelevans est, ut nec actor in priori instantia, quamvis undique ex omnibus angulis minutissima quæque conquisivisset, ea ullo modo se juvare vel excusare nisus sit, cum tamen dubitandum non sit, si quicquam præsidii ex hac protestatione quoquo modo potuisset hauriri, vel ipse actor, velcius Advocati hanc in subsidium non omisissent. Cum verò nullam mentionem eius fecerint, facilè exinde colligitur, eos apud se ipsos huius irrelevantiam deprehendisse.

Licet verò in hac instantia inscripto eorum
238 conclusivo ex hac protestatione novam exceptionem consuere adlaborarint, id tamen & in ordine illegitimo novarum nempe, & post conclusionem in causa principali factum, ac propterea nec (2) illa de causa admittendum vel attendendum est, tum quod exceptiones in causis appellationum in ordine novarum proponere volens, non audiatur, sed ad ordinem præfixarum remittatur, tum quod post conclusionem nullæ ampliùs exceptiones, vel quod idem est, replicationes (nam replicæ sunt actoris exceptiones seu exceptionis exceptiones) admittantur per vulgata.

Quamvis verò congruo loco apposita fuis-
239 set, tamen ne sic quidem per eam exceptio præscriptionis elidi, actiovè injuriarum post annum perpetuari potuisset, attento (3) quod objecta protestatio nihil aliud contineat, quam quod actor protestatus sit de eo, quod prætensam actionem injuriarum condonare vel remittere nolit, sicuti ex ipsis formalibus clarum est, quæ ita habent, protestirte **derowegen** (de quo vero) **daß er sich seiner** injurien **Klag nicht begeben haben wolle /** de litis autem contestatione nullum fit verbum, multominus de illa intra annum interponenda. Nam ad perpetuandam injuriarum actionem non sufficit, quod actor injuriam remittere noluerit, sed insuper necessum est ut lis intra annum ad contestationem perducatur. Ergò cum hic nulla litis contestatio intercesserit per talem protestationem, de non remittendo injurias actio injuriarum nullatenus perpetuata fuit.

Nec labefactant sed potius corroborant
240 eandem sententiam ea quæ in dicto recessu præter ipsam protestationem, immiscentur, Nam quod primo prætenditur, reum dolose & ea de causa ne actor actionem injuriarum intra annum in judicium deducere posset, se absentasse, illius falsitas jam ante satis ostensa est, comprobatumque Reum non malitiose, sed justa & necessaria de causa ad matrem profectum : Ita ut potius exinde sequatur, hanc protestationem vel ea propter, quod ex falsa & erronea causa facta sit (4) invalidam esse. Protestationes enim ex falsa causa factæ non
241 valent, nec quicqum operantur. Gœd. *consilio trigesimo secundo, numero ducentesimo nonagesimo tertio, libro tertio.* Marpurg. & Symphorem. *tomo secundo, p. 2. vot. 29. numero undecimo.* prout & illæ quæ sine justa causa fiunt. Decian. *Responsione nonagesima secunda, numero decimo quinto, volumine secundo.* Joan. Gœd. *consilio trigesimo secundo, numero ducentesimo nonagesimo secundo, libro tertio.* Thilm. de Benign. *Syntagm. 4. decad. 3. vot. 10. num.* 11. Sed tum nullius sunt ef-

fectus Tylm. *d.vot.10.num.*11. Et nemini præjudicant. Symph. *d.vot.29.num.12.* Gœd. *d.conſ.32. num.293.* Præterea cum illa gravamina de quibus Actor hic conqueſtus eſt, nempe quod Reus ſe ad impediendam actionis introductionem ſubduxerit, eo ipſo quod Reus intra annum comparuit, actioque propoſita & introducta fuit, ſublata ſint, actorque illud quod petiit, conſecutus ſit, & exanimi ſententia in effectum deduxerit: eo ipſo quoque hæc querela, utpote ſublata & ceſſante cauſa, obtentoque eo quod deſideravit reſoluta fuit & concidit, quo ſenſu. Simon de Prætis *conſil. 46.*
243 *num. 16. cent. 3.* ſcribit proteſtationem & querelam haberi pro non facta, ubi deficit ratio ſeu conditio, ſub qua, facta fuit, id quod etiam actor ſatis eo ipſo indicavit, quod obtenta comparitione Rei & facta actionis introductione acquievit, deinde igitur ut ipſa realis adimpletio eius, de quo hic conqueſtus eſt, ipſaque realis introductio actionis ad perpetuationem non ſuffecit, Ita multominus hæc verbalis querela, **Daß er ſeine Klag innerhalb Jahrsfriſt anhängig zu machen behindert werden wolle**/ ad perpetuandam injuriarum actionem ſufficit, ſed litis conteſtatio inſuper acce-
244 dere debuiſſet. Tantundem refragatur, quod actor ſecundo ſe à mora excuſare ſuamque diligentiam in extrahenda citatione oſtendere conetur, quia ſimiliter jam ante demonſtratum, eam diligentiam non ſolum in puncto citationis multifariam culpam & negligentiam admixtam habere, verum etiam prætenſam diligentiam in puncto impetrandæ citationis non ſufficere, ſed inſuper litis conteſtationem petendam, & ad ulteriora procedendum fuiſſe, Id quod nunc ulterius corroboro authoritate Natt. *conſilio trigeſimo ſecundo, numero decimo ſexto.* dum poſt Bald. aſtruit actorem ſi videat
Jannin. *de citat. reali lib.1. cap.1. num.486. & seq.* Et cui causa ad eius jurisdictionem alioqui non 3
pertinens committitur, is non ordinariam, sed delegatam habere jurisdictionem censetur, ut ex Bart & aliis verius esse defendit Menoch. *d. loc. num.26.*

Cæterum delegans alteri jurisdictionem, 4
non abdicat à se radicem & substantiam jurisdictionis etiam in illa causa, quam alteri mandat, vt recte inquit Zas. *in l. solet ff. de jurisd.* text *in l. legatus 20. ff. de offic. Præsid.* Nam cumulativè, non privativè, à delegante in delegatum 5

tranſit Weſembec. *conſil.95. num.26.* Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. 40. num.3. & ſeqq.* Grammatic. *decis.30. per tot.*

6 Cuius retentæ jurisdictionis vi & poteſtate mandans pro lubitu & ſola ſua voluntate quovis tempore & ex quacunque cauſa etiam leviſſima aut planè nulla delegatam jurisdictionem revocare poterit, ſive res ſit integra, ſive lis ſit conteſtata *l. cum Prætor. 12. l. Iudicium ſolvitur 58. ff. de Iud. l. ſolent. § 1. ff. de offic. Proconſ. cap. fin. extra de offic. deleg.* Barthol. *in d. l. Iudicium ſolvitur*
7 *num.1. ff. de Iud.* Ubi in eo differre judicem delegatum à Procuratore, quod illius poteſtas etiam poſt litem conteſtatam revocetur: Huius autem minimè, & hoc omnes tenere ait, Idem probat Jaſon. *in l. ſi pluribus. num. 26. ff. de Iurisdict.* Covarruv. *lib.3. var. reſolut. cap.15. num.3.* prolixè Joan. Gœdd. *tract. de ſequeſt. cap.1. num.58 & ſeqq.*

8 Sanè ſi Nobiles de Sternfelß ſe ſubmiſiſſent judicibus prioribus, eorumque jurisdictionem prorogaſſent, maior poſſet eſſe dubitandi ratio: Siquidem litis conteſtatio utrinque jamdudum facta fuerat poſtquam non eſſe revocationi locum, notant Dd. *in l. ſi convenerit ff. de Iurisdict.*
9 Verum nec hoc impedit, quo minus exiſtimem, revocationem licitè poſſe fieri: Primò enim notum eſt, delegatos nihil proprii habere, ſed mandantium jurisdictione uti *d.l.1. §.1. & l.3. ff. de offic. eius, cui mand. Iurisdict.* Peregrin Jannin. *de citat. reali lib.1. cap.1. num.616.* Nemo autem ſuæ ipſius jurisdictio-
10 ni ſe irrevocabiliter ſubmittit, non magis atque
11 ſibi hoc modo imperat. Secundò eiusmodi irrevocabilis ſubmiſſio non fit, niſi in vim prorogatæ jurisdictionis Zaſ. *in l. Eſt receptum. num.*
12 *4. & ſeqq. ff. de jurisdict.* At verò priorum judicum jurisdictio non eſt prorogata. Nam primò nunquam prorogatio fit ab ipſo judice de-
13 legante in delegatum, Cum prorogatio habeat vim contractus *d.l. ſi convenerit & ibi Dd. ff. de jurisdict.* Delegatio autem nequaquam: ſed ex propria & nuda delegantis voluntate & imperio abſque ulla figura contractus perficitur, & nunquam irrevocabiliter concedentem obligat. *cap. decet ibi* Peck. *num.1. de reg. jur. in 6.* pluribus Gœdd. *dicto loco.* Tertiò judices priores hinc inde ex diverſis ditionibus aſſumpti, qui neque ut ſinguli, cum ſinguli jurisdictionem non habeant, ſed pro privatis habeantur, & ſingulorum extra collegium non ſit jurisdictio
14 *l. ſicut 7. §.1. ff. quod cuiusq; univerſit. nom.* neque ut univerſi, cum non univerſa collegia, ſed ſinguli ex diverſis collegiis rogati & aſſumpti ſint.

15 Non obſtare puto, quod Nobiles Domini de Sternfelß hoc modo in propria cauſa judicare videantur, quando revocatis prioribus judicibus aliis jurisdictionem in cauſa mandant.

16 Nam primò, cum hic non agatur ad privatum Dominorum Nobilium commodum, ſed ad vindictam publicam, verè eorum propriam cauſam agi non poteſt dici, ſecundum notata Gail. *1. obſervatione trigeſima nona, numero quarto.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.10. ſect.1. num.110.* quod fuſè enucleat Proſper. Farinac. *in prax. crimin. lib.1. quæſt.17. num.44. & ſeqq.* Secundo 17
conſuetudine in Imperio receptum eſt, Duces, Comites, aliosve immediatos merum imperium jura ve territorii habentes etiam in propria cauſa ſibi, jus dicere, maximè per ſuos conſiliarios ſeu deputatos judicando, teſte Zaſio *in l. qui jurisdictione. numero 13. & 28. ff. de jurisdict.* & eiusmodi conſuetudines validas eſſe, ait Gail. *1. obſerv.1. num.18.* Quod quidem tertiò in hac 18
facti ſpecie eò magis obtinet, cum contra ſcultetum & ex cauſa delicti in officio commiſſi agatur. Juris autem eſt expediti, Magiſtratum in officiales ſuos in officio delinquentes ſibi ipſi etiam ex juris communis diſpoſitione jus dicere poſſe *l. nulli Cod. quor. appell. non recip.* ex Bartolo Rebuff. *in dicto loco qui jurisdictioni numero 11. verſ.7. Iudex &* Zaſ. ibidem *num. 27. ff. de iurisdict.* Unde ſimiliter efficitur, Dominos de Sternfelß licitè ſuoque arbitrio 19
cauſam aliis judicibus decidendam committere, & commiſſam ad ſe revocare poſſe, cum tàm judicem ad cauſam certam conſtituere quam ab eodem revocare in libera eius poteſtate ſit, qui jurisdictionem iſtius cauſæ habet, ut de prioritextus eſt *in l.3. ff. de Iurisdict. l. cum Prætor. ff de Iud.* de poſteriori *in d.l. Iudicium ſolvitur ff. de Iudic.* Rebuff. *tract. de revocat. in præfat. quæſtione quinta, numero trigeſimo ſexto & ſequentibus, & ad l. quod iuſſit numero ſexageſimo ſecundo, ff. de re Iudic.* Gail. *1. obſervatione quadrageſima prima, num.1.11. & ſeq.*

Et ſi verò ſint, qui, ut avocatio proceſſus ju- 20
ſtè fiat, cauſam avocandi deſiderant, uti Covarruv. *pract. quæſt. capite nono. numero primo, verſ. hoc ius avocandi cauſas in fin.* Rebuff. *dicto tractatu in præfatione, quæſtione ſexta, numero quinquageſimo ſeptimo.* Herman. Vult. *ad l.1. numero centeſimo ſeptuageſimo tertio, Cod. de Iurisdict.* Attamen nec
hoc revocationem impedit, cum nos hic non 21
verſemur in terminis evocationis. Evocatio enim fit per Superiorem à Magiſtratu inferiore ordinariam jurisdictionem habente. Hic autem avocatur cauſa à delegatis, quorum jurisdictio longè debilior, quam illius eſt Coraſ. *3. miſcel.19. num.2.* Deinde pro juſta cauſa evo- 22
candi ſervire poteſt, quod per interlocutoriam, qua Nobilibus Dominis à Sternfelß juramentum calumniæ delatum gravati, ut infra explorabitur: Cuiusmodi cauſam ſufficientem reputat Rebuff. *in dicto tractat. in præfatione, numero quinquageſimo octavo.* Jurisdictionem autem judicum noviter delegatorum eandem 23
eſſe, quam priores habuerunt, extra controverſiam eſt, unde idem manet judicium cauſaque planè reaſſumenda eſt in eo ſtatu, in quo illa reperta tempore revocationis *l. mortuo. 60. & l. proponebatur 76. ff. de Iudic.* Franciſc. Milanenſ. *deciſione ſecunda, numero vigeſimo ſexto, & ſequenti libro primo.* qui ſucceſſores reputari per 24
omnia & ſimpliciter eosdem priores judices, ex Angelo & aliis probat, nec extingui cœptam inſtantiam, etiamſi vel centies avocaretur cauſa, & alii judices ſubſtituerentur notat Caſtr.

in d.l.

in d.l.Iudicium: solvitur ff.de Iud. Rebuff. *d.tract. de evocat. ad.1.n.81.* text. *in l.pæn.C.de ped.Iud.* eleganter Hartman. Hartmanni *pract.forens.tit.1.obs.2. num.1.& 4.* qui mutationem judicum pendente
25 judicio contingentem & substitutionem in eorum locum non alterare nec innovare judicium vel instantiam, & judices substitutos teneri reassumere causam in eodem statu, in quo erat ante mutationem, nec extingui stipulationem judicatum solvi, & istos surrogatos ex iisdem
26 actis pronunciare, docet. Quod similiter in judice vigore ordinationis delegato constitutum Ordin. Cam. *part.2.tit.2.* §. **Darauff soll/ꝛc.** §. **Vnd ob der erfohrne** Commissarius, &c. *& rursus titulo octavo.* §. **Gleicher Weiß.** ibid. **In dem Stand.** Et de paribus Curiæ notat Schrader. *tract.feud.part.10.sect.11.num.31.* Facit huc
27 Cæsar Contard. *in repet.l.Diffamari Cod.de ingen. & manum. cap.1. num.39.* Menoch. *consil. 421. num. 25.* Modestin. Pistor. *illustr. quæst. p. 2. quæst.96.*

28 Nec tamen eò minus acta coram prioribus ventilata iterum coram successoribus edi & re-
29 produci necesse est, *l.2.de edend.ibi Dd.* Adeò, ut ante illorum reproductionem in causa absque vitio nullitatis à successoribus definiri nequeat Ludovicus Roman. *consil. 110. num. 1.*
30 Et de eo inter omnes convenire, licet actualem reproductionem ex magis communi non esse necessariam, sed realem exhibitionem ad instruendum judicem subrogatum sufficere existimat Cacheran. *decisione prima, numero quinquagesimo secundo,* quem sequitur Francisc. Milanensis *decisione secunda, libro primo, numero trigesimo septimo.*

31 An verò & juramentum, quòd constitutio criminalis Caroli V. Judici criminali eiusque Adsessoribus defert, à novis delegatis sit præstandum? Verius sanè existimo, quod sic: nam licet quoad partes litigantes maneat idem judicium, tamen secus est, quoad delegatum judicem, qui alius novusque est, ut rectè distinguit Bald. *in d.l. judicium solvitur num. 1.*
32 Et proinde uti priores judices & Adsessores juramentum istud præstiterunt, ita & ab his exigi æqualis suadet ratio, adeò, ut nec à jurisiurandi religione judices hi utcunque Imperiali Cameræ peculiari advocati juramento sint obstricti, eximi posse videantur: Cum hoc differat à juramento per judices præstari solito, sicut & ab eodem juramentum duplex fidelitatis & assecurationis exigi potest Marin. Freccia *de feud. libro secundo, §. Quarta authoritas numero septimo, folio ducentesimo quinquagesimo primo.*

Prima submissio in puncto juramenti Calumniæ.

33 JUdicio hoc modo constituto, deinceps de ipsa causa principali videndum, ubi primo occurrit difficultas circa juramentum calumniæ, quod Reus à fratribus de **Sternfelß** ante omnia præstari enixè contendit, & iisdem à judicibus prioribus deferri obtinuit. Hæc autem ut explicentur, primò, an id justè delatum? Secundo, an adhuc remitti à novis judicibus possit? examinandum erit.

Injustè delatum inde quidem concludunt actores, quòd in criminalibus cesset juramentum calumniæ, cum sufficiat inscriptio Wesembec. *in parat. Cod.de Iuram.calum.num.7.* Verum contrarium receptioni Dd. calculo probari invenio, uti à Specul. *lib.2.de iuramento calumn. §.2.num.1.ibi addit.ad verb.* contra Wurmbser. *pract.forens.lib.1.tit.14.obs.4.* Vasq. *illustr.controvers.cap.25.num.20.* plurimos allegans in hanc sententiam Farinac. *in pract. crim. lib.1. quæst.16. num.28.* 34

Similiter nec firmâ videtur ratio intermittendi hoc juramentum; quòd actores illud delictum plenè probarint; quo casu illud cessare, existimat Bald. quem sequitur Jason. *in repet. l. admonendi num 81.de Iniur.* Felin. *in cap. Sicut. 2. num. 2. de probat.* Gabriel Sarayna *ad Roman. sing.428.* & Mathesil. *sing. 65. num. 5.* Roderic. Suares. *ad l.4. lib.2. foro de Iuramento num.37.* & firmat Vincent. Carotius *tract. de iurament. decis. quæst.13. princ. num. 11.* Nam primum falsa vi- 36
detur hæc Baldi traditio, uti eam eleganter improbat Vasq. *d.loco num.9.& seqq.* ut Anton. del Re Tiburt. *in tract. de Iuramento calumn. cap.18. num. 52.* non malè dixerit huiusmodi opinionem esse periculosam, & non transire sine difficultate. 35

Deinde nondum plenè probata potest dici intentio actorum, aut liquere de delicto, postquam nondum in causa definitivè conclusum *gloss. in cap. Significaverunt verb. liquere extra de testibus.* Decius *in cap. Sicut num.8.de probat.* Mascard. *conclus.1102.num.24.& 25.vers. Sed tamen.* 37
Quia ante conclusionem in causa fides probationum vacillat, cum acta & probata adhuc impugnari possunt Mascard. *d. loco* Lancellot *de attentat. part.3. cap.24. quæst.1. num.86.& sequentibus.* 38

Justior autem inde meo judicio petitur ratio remittendi istud juramentum, quod hic Magistratus contra subditum & quidem ex officio agat. Cæterum quando judex ex officio 39
suo, non per modum inquisitionis, procedit, haud jurat de calumnia, ut docet Socin. *in cap. pertractandis num. 4. extra de Iuram. calum.* Vasq. *d.cap.25.num.21.in fin.* 40

Et ita in terminis plane nostris Procuratorem fiscalem litem contra Reum prosequentem non teneri de calumnia jurare, licet privatus accusator ad id obligatur, docet Farinac. *d.quæst.16. num.28. in fin.* 41
Et officialem ex necessitate officii accusantem à calumnia & proinde eius quoque juramento excusari, probat Menoch. *de arbitr. lib.2. cas.321. num.23.* Quo conferunt notata Gail. *1. obs.9. num.5.* Mynsinger. *cent.1. observ.74.* & Johan. Petr. Surd. *decis. Mantuan.18.num.10.* Ubi dicit, se ita obtinuisse judicari, cum fisci ad vocatum ageret in Senatu Montisferrati Præside Rolando à Valle. 42
Hocque consuetudine observari, ut fiscus non juret de calumnia, testatur Gabriel Sarayna *in apost. ad* Mathes. *sing. 64. numero 15.* & Surd. *d. decis. 18. num. 12.* Accedit insuper hoc casu nostro, quod persona Magistratus subdito sem- 43

per ſancta & honeſta videri debeat, non minus, uti liberto aut liberis patroni & parentum *arg. l. poſtliminium § filius quoq; ff. de capt. & poſtlim. reverſis.* Haud aliter igitur, uti parentibus & patronis, juramentum calumniæ remittendum
45 eſt *l. ſi patronus l. jusiurandum & l. ad pecunias 34. §. qui ad pecunias 4. ibi gloſſ. & laſ. num. 4. ff. de jureiur. l. licet 7. §. nec deferentes 3. ff. de obſeq. parent. & patr. præſt.* Caroc. *dicto loco numero duodecimo.* qui idipſum ad eorundem procuratores extendit *num. 13.* Ita & Magiſtratui eiusque Procuratori fiſcali, uti argumentum nectit Matthæus de Afflict. *in cap. 1. §. In quibus num. 2. ibid.* Iſern. *num. 9. & ſeq. de conſuetud. rect. feud. in uſib. feudorum.*

46 Quinimò nec Vaſallus à Domino invito hoc juramentum exigere poteſt, etiamſi ipſe id præſtiterit *dict. cap. §. in quibus. de conſuet. rect. feud. ibi* Iſern. *num. 8.* Matthæus de Afflict. *num. 1.* Schrader. *tract. feud. part. 10. ſect. 3. num. 74.* Wurmbſer. *pract. forenſ. lib. 1. tit. 14. obſervat. 7.* Roſenthal. *de feud. cap. 12. concluſ. 13. num. 58.* Igitur multò minus à Magiſtratu ſuo.

47 Notum quippe eſt, ſanctiori vinculo obligari ſubditum Magiſtratui, quam Vaſallum Domino Burſat. *conſil. 147. num. 33.* Cravetta *conſil. 517. num. 3.* Natta *conſil. 554 num. 19.* Cephal. *conſilio 451.* Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 78. num. 5. & cap. 6. concluſ. 85. num. 7.* Unde concludo, noſtris Nobilibus, uti Magiſtratibus, eorumque procuratori fiſcali inciviliter hoc juramentum delatum, Ideoque juſtè iis remitti.

Reſtat videre, an in hoc ipſo revocari ſententia priorum judicum ab eorundem ſucceſſoribus poſſit?

48 Negandum hoc inde videbatur, quod ſucceſſor non poſſit retractare ſententiam ſui in eodem tribunali anteceſſoris *l. 1. Cod. ſentent. reſcind. non poſſe.* Tenetur enim judicare, ſicut primus ex Angel. Milanenſ. *deciſ. 2. numero 27. lib. 1.*
49 prolixè Surd. *conſil. 167. num. 11. & ſeqq.* Et revocare ſententiam ſuam non delegatus, Peregrin. Jannin. *de citat. real. lib. 1. cap. 1. num. 633. poſt Roman. & alios.* Sed ordinarius duntaxat poteſt *arg. l. Iudex. 55. de ſentent. & re jud. lib. 2. Cod. de ſentent. ex brevi recit.* Surd. *conſilio 288. numero primo.*

Contrarium tamen his non obſtantibus verius exiſtimo. Primo ſiquidem conſtat, ſen-
50 tentiam in hoc puncto latam eſſe ſimplicem interlocutoriam, quæ à judice etiam poſt lapſum decendium usquè ad ſententiam definitivam rectè revocatur: quoad judicem enim non tranſit in judicatum *l. quod juſſit ff. de ſentent. & re Iudic. ibidem* Jaſon. *num. 27. & ſeqq. cap. cum ceſſante de appel.* Cravetta *conſil. 23. num. 8.* Marant. *part. 6. & demum ſertur ſententia num. 24. & ſeq.* Gravat. *in addit. ad pract.* Veſtrii *lib. 7. cap. 1. num. 33.* qui hanc opinionem communibus ſuffragiis eſſe receptam atteſtatur.

Secundò nemo inficiari poterit, quia dicta
51 ſententia, qua juramentum defertur, experitorum judicio ſeu conſilio ſapientis lata, cuiusmodi ſententiæ non tranſeunt in judicatum *l. Divi fratres la 1. de Iure Patron.* Jaſon. *in l. ſi convenerit num. 22. de Iudic. & in l. quod juſſit num. 27. & ſeqq. ff. de re Iud.* Marant. *part. 6. §. expeditis num. 130.* Mynſinger *cent. 6. obſ. 35. num. 5. & ſeq.* Petr. de Benitend. *deciſ. 97.* Teſſaur. *deciſ. 23. n. 3.* qui inde infert ad ſententias, quas poteſtates Villarum de conſilio Adſeſſorum proferunt, hæ nunquam tranſeunt in judicatum, ſed quandocunque revocari poſſint peritioribus & ſapientioribus Adſeſſoribus adhibitis, & ſecundum hanc ſententiam à Senatu Pedemontano judicatum: quod difficultate carere ait, quando intra decendium revocatio petita, uti noſtro caſu factum eſſe exactis apparet. Neque im- 52
pedimentum præſtat, quod à tempore petitæ revocationis lapſum ſit decendium. Sufficit enim eam intra terminum petitam fuiſſe & per judicem ſtetiſſe, quo minus ea hactenus decreta & obtenta *l. ſed ſi per prætorem. ff. ex quib. cauſ. maior.* Balb. *de præſcript. 2. partis ſextæ princip. num. 6.*

Ex quibus omnibus infero à noviter delegatis petitionem Rei ratione delationis juramenti calumniæ rectè etiam num eidem denegari poſſe. Et hactenus de prima ſubmiſſione.

Submiſſio ſecunda in puncto reſponſionum.

SEcunda verſatur in puncto reſponſionum ad libellum. Obſcure enim reſponſum *art. 18. 19. & 37.* contendit Procurator fiſcalis in exceptionibus & reſpectivè acceptationibus reſponſionum. Verum ſi penitius introſpiciamus, non niſi ad 37. reſponſio ulterior deſiderari videtur, quæ Reo iniungenda.

Tertia ſubmiſſio ratione literarum mutui compaſſus.

TErtia ſubmiſſio eſt circa literas mutui compaſſus, quas Actores decerni petunt ad probationem in artic. 15. Quæ cur denegentur Reis nulla cauſa eſt.

Quarta ſubmiſſio in puncto admiſſionis Defenſionalium.

QUarto ſubmiſſum eſt ratione admiſſionis Defenſionalium, quas uti maxima ſui parte irrevelantes Procurator fiſcalis reiici & Reum ex indiciis in libello deductis torturæ ſubiici petit; Et in fine dictatum exceptionum & reſpectivè acceptatione reſponſionum cum annexis exceptionibus contra prætenſos articulos Defenſionales.

Sanè Defenſionales expreſſe reiicere vix tu- 53
tum fuerit, cum communius in criminalibus tradatur, non poſſe Reo Defenſiones denegari, etiamſi contenta propoſitæ defenſionis non admodum relevarent: Quia intra terminum ad defendendum & probandum ipſi præſtituendum, alias adhuc fortè poſſet quærere defenſiones Burſat. *conſil. 201. num. 77.* Farin. *quæſt. 39. n. 79.* Aliæ autem ſi non producuntur, ſed ſecundum ea, quæ jam exhibita ſunt, & forte à Reo

inter-

in termino probatorio firmabuntur, judicandum erit, iis non obstantibus, Reum torturæ subiici posse existimo.

Etsi enim videam pleraque delicta, maximè autem perjurii, inobedientiæ, injustæ delationis apud Ducem Würtenbergicum, instigatæ seditionis, de quibus Reus accusatur, propriis eius literis & confessionibus ad articulos libelli datis probata esse, ut de iis ulterius neutiquam inquiri seu torqueri, sed uti convictus & confessus pœna condigna damnari debeat.

Tortura enim non est, nisi inquisitio *l. si quis* 54 *3. C. ad l. Iul. Majest. ibi gl. in verb. inquisitione.* & est species probationis Cravetta *consil. 35. num. 20.* Clar. *in §. ult. quæst. 64. num. 55.* decerniturque in suspectos *l. ultima, ff. de quæstionibus, l. 3. & l. 5. C. eod.* & pertinet ad indagationem facti *l. 1. in princ. l. Item apud 15. §. quæstionem 30. ff. de injur.* Cujac. *in parat. ff. de quæst. in fin.* de quo cum constat nullæ restant partes judicis, nisi irrogatio pœnæ *l. cum Reis 18. C. de pœn.*

Et isto casu, quo reus apud judicem convi- 55 ctus ait confessus, non torqueri, sed damnari eum oportere, scribit Hippol. de Marsil. *in pract. crim. §. nunc videnda. num. 21. & seqq.* Flam. Chartar. *tractat. de execut. Sent. capto b. annuto cap. 1. num. 83.* Covarruv. *pract. quæst. cap. 23. num. 1.* Menoch. *1. præs. 92. num. 1. & 3. & quæst. 96. num. 25. vers. primo.* Clar. *in §. ult. quæst. 66. in princ.* Farin. *in pract. crimin. lib. 1. tit. 5. quæst. 40. num. 40.* Et id de confessio notat etiam Cuiac. *lib. 14. obs. 34. in fin.*

Attamen cum hic non vertatur quæstio de illis 56 ipsis delictis, de quibus jam convictus est, sed ut ex conclusione libelli apparet, duntaxat de occulta illa confœderatione eiusque capitulis seu contentis, **davon man nicht wissen kan / was darunter verborgen** / Ideò nihil impedit, quo minus de eo ulterior contra eum instituatur inquisitio, ut apparet ex iis, quæ fusè deduxit Fa- 57 rin. *d. quæst. 40. num. 16. 17. 18. & 19* qui tamen cum protestatione de non præjudicando confessatis & probatis hunc torquendum monet, ne per torturã crimina jam probata purgentur, quod etiam cavendum docet Tranquill. Ambrosinus *de modo form. proceff. informat. capite secundo, numero decimo.* Burfat. *consil. 346. num. 4.* qui Clar. Boër. Mars. & Gomez. in eandem allegat sententiam.

Cæterum cum quæstioni locus non sit, non 58 præcedentibus sufficientibus ad genus delicti, de quo Reus arguitur indiciis Farin. *d. quæst. 40. num. 26.* qui plures citat. Joan. Zanger. *in tract. de quæst. seu tort. cap. 2. num. 4.* Polydor. Ripa. *in tract. de tempor. nocturn. 72. n. 2.* an ea etiam in nostra facti specie contra Reum extent, ante omnia explicandum est.

Primum autem indicium inde desumi poterit, quod reus in respondendo admodum variavit, uti videre est ad art. 3. libelli, ubi fœdus articulatum nunquam fuisse contractũ simpliciter negavit, cum tamen se consortem agnoscit ad *artic. 12. 26. & 27.* & de eo insuper convincitur literis propriis *art. 26.* comprehensis, **Daß er verheissen habe / das wolle er halten / versehe sich / sie werdens auch thun / und reinen Mund halten /** Item / sein Weib soll die andern (puta consortes) in Geheim warnen / ꝛc. & literis filii sui articulo 27. ibi **Sein Bundgenossen werden die Mäuler alle von jhme** & artic. 44. & seqq. **Peter Kresse wisse sich zu erinnern / daß sie sich miteinander verheissen / nichts voneinander dieser Sachen halber zu sagen** & in defensionalibus prioribus *articulo 29.* & posterioribus *articulo 53.* ipse Reus fatetur, **Daß er vnd das Gericht dieser Sachen halben nichts auß dem Gericht zu schwätzen mit Handgegebener Trew einander versprochen. Item in der Exception-Schrifft** sub num. 15. ad quartum articulum, **Obwol etliche Versamlungen heimlich seyn zugangen / vnd sie Vnterthanen sich mit Handleistung dahin verbunden / jhre Handlung in Still zu halten / vnd derselben Bedencken vnd Anfänger nicht zu offenbahren / hab doch solches kein Meuterey vnd verbottene conspiration auff sich / ꝛc.** Item in Duplicis 15. Septembris Anno 600. exhibitis tempus initi fœderis exprimirt, **als sie zum Schluß abkommen / haben sie den Schultheiß zu sich auffs Rathauß gefordert / vnd jhn auch beredt / daß er jhnen versprochen / der Gemein beyständig zu seyn.** At verò variatio Rei facit judici- 59 um ad torturam, ut post alios docet Farinac. *quæst. 52. num. 19. & 22.* Joan. Zanger. *de tort. d. cap. 2. num. 37.*

Secundò ex fœderis contradicti clandestinitate & eiusdem & consortium anxia occultatione, de qua *art. 26.* **Sie sollen rein Mund halten** / *& artic. 28. 29. 34. & 42.* Clandestinus enim 60 actus habet præsumptionem contra se, & in personis alias favorabilibus Mascard. *de probat. conclus. 445. num. 1. 2. 3. & 4.* Tiber. Dec. *consil. 18. num. 304. vol. 1.*

Et occultatio rei, ne veritas appareat, doli 61 & fraudis præbet indicium *c. cum olim de rescript.* Cravetta *consil. 176. num. 5. & consil. 369. num. 18.* Nicol. Reusner. *consil. 15. num. 47. lib. 3.* Cum is, qui male agit, lucem odio habere censeatur 62 *cap. consulunt. ibi gl. extra de offic. deleg.* Decianus *consil. 92. num. 105. vol. 2.* Berous *consil. 59. num. 11. volum. 1.* Reusner. *consilio decimo quinto numero vigesimo sexto, volumine tertio.*

Fortissimum etiam tertiò præbet indicium, quod summo studio in id elaborarit, quo de fœdere & conspiratione interrogatus, quam minimum responderet, ut ex ipsius instructione ad art. 35. confessata abunde constat, & ad art. seq. ipsemet fassus est, quod de conspiratione à Magistratu interrogatus respondere noluerit. Incarceratus enim ex causa delicti, si interroga- 63 tus de eo respondere noluerit, vel non præcisè respondere, ad responsionem habendam clara sine dubio torqueri potest, ut docet Farinac. *quæst. 37. num. 176.* Menoch. *1. præsumpt. 89. num. 142.*

Quod quarto eo magis hic dicendum, quod 64 agatur de delicto omnino occulto, tractatibus videlicet & consiliis, conspirationis scilicet contra Magistratum, cuius capita celantur & difficilis probationis sunt Mascard. *conclus. 420. num. 5. vol. 1.* In eiusmodi autem delictis indicia 65 etiam leviora reputantur sufficientia & legitima ad

ma ad torturam inferendam Farinac. *q.37.n.150. & 153. & 94. & ſeq.* Imo ad pœnam Bald. *l. Quinctiá, n. 28. Cod. de ſervis fugitivis.* Communem, dicit Clar. *in fin. §. quæſt. 20. num. 6. verſ. alii verò dicunt* Maſcard. *concluſ. 1386. n. 4. & ſeqq.* Farinac. *quæſt. 86. num. 36.*

Nec obſtat, quod conſpiratio & occultatio etiam in bonâ poſſit capi partem. Nam etiamſi hoc non negetur, tamen cum ipſe Reus fateatur, ſe interrogari poſſe de occultis, **So mit**
66 **zuſagen ſeine** artic. 34. **Man werde jhn fragen/ daß nicht zu ſagen ſey.** Et prima fronte maiorem delicti quam boni ſpeciem eiusmodi actus præ ſe ferat, utique delictum præſumendum eſt *cap. cum dilecti c. eſtote. extra de accuſ.* Et in his accuſationis terminis ex Abbate annotavit Maſcard. *deprobat. concluſ. 495. num. 11. volum. 1.*
67 & Menoch. *5. præſumpt. 2. num. 58.* Et in dubio congregatio præſumitur facta contra Rempublicam Decian. *in pract. crimin. lib. 7. cap. 19. num. 54.* Cravetta *conſil. 4. num. 1. & 2.* Illa autem præſumptio ut amoveatur, integrumque negotium, cum verè aliter ſciri nequeat, nihil
68 vetat, quo minus illud tortura à Reo exploretur. Cum veritatis eruendæ cauſa etiam in civilibus quæſtio præmiſſa ſit *l. Divus Pius 9. in princ. ff. de quæſt. & ibidem.* Hippol. de Marſiliis *numero 7.* Proinde infero præmiſſis præmittendis aliquando ad torturam Reum hoc caſu condemnari & hoc fermè modo pronunciari poſſe.

Daß er wegen deß auff ſich geladenen vnd zur Gebühr genugſam erwieſenen Verdachts von der in actis **angezogener heimlicher Verbündnuß/ wohin/ vnd ob ſie ferner alſo zu den vorgegebenen Klagen bey Würtemberg angeſehen/ vnd was deren Jnhalt eigentlich geweſen/ auch was jhme von dem** adhærenten **vnd Genoſſen bewuſt vmbſtändiglich mit ſcharffen peinlichen Fragen zu** examiniren **ſey.**

Quæſtione confecta, ſi Reus nihil ulterius confiteatur, de pœna cæterorum delictorum, periurii videlicet, inobedientiæ, præſtiti conſilii ſollicitatæ ſeditionis contra Magiſtratum foret deliberandum. Hæc enim ſufficienter ipſius confeſſatis literis probata puto.

69 Perjurium enim quod attinet, eo ipſum commiſſum fuit, quod uti ſubditus & officialis ſeu ſcultetus Nobilium de Sternfelß nunquam in conſilio vel in facto contra eos, tanquam Magiſtratum ſuum, ſuſcepto intereſſe vi homagii tenebatur *c. unic. verſ. ſi vero domeſticus qualiter jurare deb. Vaſall. dom. fidel. & cap. 1. de form. fidel. cap. 1. de nov. form. fidel. cap. tibi domino diſtinct. 63.* Joan. Ferrar. *in uſibus feud. lib. 6. cap. 1. §. forma ſacramenti.* Cui tamen ſæpius adſiſtendo & conſilium dando cæteris inobedientibus ſubditis eorumque deliberationem occultando con-
70 traveniſſe ex actis, maximè autem articulis libelli 5. 6. 12. 13. 19. 20. 22. & ſeqq. propria confeſſione Rei confirmatis, liquidum eſt. Cæterum perjurii Reus eſt, qui promiſſionem juratam contrariè ſuo facto violat *l. ſi quis major. ibi*
71 *gl. & Dd. Cod. de transact.* Surd. *conſil. 424. num. 1.* Et proditor & falſarius dicitur, qui venit contra fidem datam Gigas *tract. de crimine læſ. Majeſt. lib. 2. rubric. de prodit. quæſt. 1. num. 8.* Et eum, qui juravit, quod nunquam erit in conſilio vel 72
facto contra Dominum, adſiſtendo conjurationi & eam non manifeſtando, ultra crimen proditionis etiam de crimine falſi & perjurii teneri reſpondit Alex. *conſil. 13. num. 8. & ſeq. volum. 6.* 73
Cravetta *conſil. 224. num. 5. & 6.* Haud aliter, ut qui jurato promiſit non advocare contra Magiſtratum advocando pœnis perjurii ſubiici graviusq; homicida & adultero puniendum, reſpondit Nicol. Reuſner. *conſ. 22. n. 50. & n. 6. & ſeqq. vol. 2.*

Similiter inobedientiæ & inſtigatæ ſeditionis convincitur. Primò expecunia ad promovendam iniuſtam delationem ſubditorum à ſe communitati mutuo data uti fatetur in reſponſione ad *artic. 5.* Secundo, quod amicabilem compoſitionem negotii pertinaciter cæteris diſſuaſerit, ut fatetur ad artic. 20. eosque falſis perſuaſionibus & celando veritatem negotii ſeduxerit, juxta artic. 25. & uti director totius cauſæ eosdem ex carcere informarit, juxta confeſſata ad artic 26. 39. & 43. & ad continuandam inobedientiam autor fuerit juxta artic. 26. 74
37. & 44. At verò qui operam præſtat verbis vel facto ad concitandos ſubditos, ſeditioſus judicatur *l. 1. ibi concitaverit & l. 1. ibi cuius opera dolore malo, & c. ut ex amicis hoſtes populi Rom. fiant ff. ad l. Iul. maieſt.* 75

Et is, qui authoritate & inſtigatione ſua peccato cauſam dat multò gravius peccare cenſetur, atque is, qui peccatum committit, propterea, quod non ſolum ipſe confitendo & inſtigando peccet, ſed etiam alteri ſit offenſioni & ſcandalo *c. qui diſſentit 11. quæſt. 3.* Bart. *in l. non ſolum 6. §. ſi mandato num. 8. & ſeq. ff. de iniur. & l. is qui opera num. 5. ff. de furt.* Gail. *1. de pace publ. cap. 1.* 76
num. 47. verſ. quarto. Et eiusmodi vindicatæ ſollicitudinis judicium celebre ex Oroſio & Pomponio lato retulit. Petrus Gregor. *Syntagm. Iur. univerſ. lib. 35. cap. 6. num. 12.*

Confirmat autem horum omnium probationem etiam Rei judicialis petio veniæ & remiſſionis pœnæ, de qua in protocollo, & quam confitetur Reus defenſ. 93. Veniam enim ſo- 77
lenniter in judicio petens delicta, quibus accuſatur, fateri putatur Maſcard. *concluſ. 501. num. 2.* Joan. Bonifac. *tract. de factis. §. eſt num. 114.* Decian. *in pract. crim. libro quinto, capite quadrageſimo quinto, num. 28.*

Supereſt, ut de pœna horum delictorum videamus.

Pœna perjurii propriè non eſt corporalis *l. 2.* 78
Cod. de reb. cred. Et excuſat Reum inſuper ab ordinaria pœna non ſolum qualitas perſonæ, uti, 79
qui ob ruſticitatem ſimplex & effectorum juramenti perfectam cognitionem habere non putatur: uti ex Angelo, Afflicto & Cagnolo firmavit Tiber. Decian. *lib. 6. pract. crim. cap. 11. num. 6.* Sed etiam opinio, licet falſa, quod communitatis prætenſa jura & libertatem uti eiusdem membrum ſartam & intactam quovis modo conſervare ſibi licere exiſtimavit. Quælibet n. 80
cauſa etiam falſa à pœnis ordinarii perjurii excuſat. Vincent. Hondæd. *conſilio 18. numero 29. & ſequentibus. volumine 1.* Tiber. Decian. *d. lib. 6.* 81

cap. 11. num. 14. & seq. qui ex Jasone *in l. videamus in princ. num. 6. & seq. ff. de in litem iurando*, nec latam culpam ad pœnam perjurii inferendam proficere adstruit.

Seditionis pœnam quod attinet, non invenio in actis deductum, communitatem literis & instigationib⁹ Rei ita persuasam fuisse, ut apertam secessionem à magistratu suo fecerit, sed potius contrarium, quod consilium Rei sequi neglexerit, ut non obscurè innuitur artic. libelli 27. **Daß alle seine Bundgenossen die Mäuler von jhme wenden.** Unde juris ratio vix patitur, 82 ordinariam seditionis pœnam Reo dicere, sed saltem civilem ad exemplum actionis de servo corrupto *tot. tit. ff. de serv. corrupt.* Oldendorp. *class. 7. act. 2.* vel extraordinariam *per l. in eum 5. ff. de extraord. Crimin.* non autem mortis naturalis.

83 Quamvis enim ii, qui seditionem movere tentaverint, severissima quidem mulcta, non tamen morte naturali plecti possunt *l. 1. C. de seditiosis.* Nisi ante à Præside de eo admoniti 84 fuissent, tunc enim fustibus cæsi dimittentur, & si ita correcti in eodem deprehendantur, exilio 85 puniendi. Tunc autem demum capite plectendi, cũ sæpius seditiosè & turbulentè se gesserint, & aliquoties apprehensi tractati dementius in eadem propositi temeritate perseverarint, juxta Callistratum *in l. capitalium §. solent quidem ff. de pœn.*

86 Et ita in terminis nostris pœnam seditionem attentantis, si ea nondum insecuta, hodiè esse arbitrariam, & si persona vilis sit, fustigationis, non autem carceris perpetui, respondit Cra- 87 vetta *consil. 224. num. 2. & 3.* Et ultimum supplicium tunc demum seditionem moventi decretum, cum seditio ad effectum pervenerit, docet Petr Greg. *libr. 35. Syntagm. jur. cap. 6. num. 16. & seq.* & rectè Menoch. *cent. 5. de arbitr. cas. 437. num. 4.* tradit, ratione eventus contra seditiosos pœnam vel augendam vel minuendam esse.

88 Eadem est ratio imputati consilii, persuasionis & exhortationis. Nec enim ex consilio quis in criminalibus pœna ordinaria delicti tenetur, nisi quando delictum fuit planè in effectum deductum, ut declarat Decius *in l. consilii num. 10. de Reg. jur. & in cap. 1. num. 10. de offic. deleg.* Menoch. *de arbitr. judic. quæst. cas. 351. num. 9.*

89 Et exhortatores seu persuasores delictorum extraordinaria duntaxat solere puniri pœna, & ut plurimum fustigatione, testatur Clarus *in §. fin. quæst. 88. num. 2.* Quam communem pronunciat Hyppolit. de Bonacoss. *in commun. opinion. lit. C. §. Consilium dans. Vers. & hoc non solum.*

90 Accedit, quod hodiè etiam in gravioribus delictis ex communi consuetudine nec is conatus, qui ad aliquem extremum actum pervenerit, pœna ordinaria delicti puniatur, sed saltem extraordinariè, ut testatur Farinac. *quæst. 17. num. 49.* Hondedæ *consil. 108. num. 54. vol. 1* Adeò, 91 ut nec crimen læsæ majestatis ordinaria pœna hodiè puniatur, cum Princeps nondum multum damnificatus, sed tantùm perturbatus fuit, uti ex Anton. de Hern. docuit Martin. Laudens. *tract. de crimin. læsæ Majestatis quæst. 46.* Hier. Gigas. *eod. tract. at. part. 1. quæst. 57.* Tiberius Decian. *dict. tract. at. libro septimo, capite quadragesimo nono, num. 37.*

Quod denique nostro casu eò magis affir- 92 mandum, quod etiam diuturna incarceratio Rei, de qua in actis conqueritur, pœnam ordinariam mitigare soleat, juxta Vincent. Hondædæ. *consil. 96. numero 39. & consil. 98. numero 35. & sequenti, & consilio 102. numero 56. & sequenti, volum. 1.*

Extraordinaria autem pœna judicis quidem 93 arbitrio remittitur, sed ita tamen, ut eam ad corporalem mortemque naturalem extendere fas non sit, juxta gl. & Bartol. *in l. si quapœna ff. de verb. signif.* Paris. de Puteo *tract. de Syndicatu verb. arbitrarium num. 17.* Frideric. Schenck. *in virid. conclus. 93.* Cravetta *consil. 220. num. 14. & consil. 224. num. 2.* Clar. *5. sentent. §. fin. quæst. 83. num. 11. in fin.* Gomez. *tom. 3. var. resol. cap. 6. de injur. num. 8.* Padilla *in repet. l. transigere num. 27. in fin. Cod. de transact.* Farinac. *quæst 17. num. 35.* Communem ait Jason. *in l. qui Iurisdictioni numero 4. ff. de Iurisdict.* & communiorem magisque tutam, à qua judicando non sit recedendum, pronunciant Muscatell. *in prax. crimin. rubr. de injur. numero 26.* Hieron. de Cæval. *pract. quæst. 304. vers. sed contrariam.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 86. num. 1.* Hondædæ *consil. 98. num. 32. & seq. vol. 1.* Sed pœna fustigationis vel relegationis pro 94 sufficienti habetur, quemadmodum ferè in terminis ineo, qui consilium seditionis habuit, respondit Cravetta *dict. consil. 224. num. 2. & 3.* qui ibidem num. 9. ei, qui saltem suspicione seditionis laborat, pœnam relegationis & pecu- 95 niariam ex Baldo præstituit. Unde nec Reo nostro relegatione, vel si ità sederit, mulcta pecuniaria graviorem pœnam ex causa horum delictorum indicendam concludo. Salvo tamen cuiuscunque rectiori & æquiori judicio, Spiræ 7. Aprilis Anno 1608.

THOMÆ MERCKELBACHII.

CONSILIUM CXCII.

EPITOME.

I. De crimine læsæ Majestatis super injuriis & maledictis Principi illatis, nec non ex machinatione in necem Principis ex hostili animo erga Principatum contracto.

II. De indiciis, tortura & confessionis in tormentis factæ ratificatione.

III. De vero & genuino intellectu L. Quisquis. C. ad L. Jul. Majestat.

IV. An crimen perduellionis à non subdito committatur?

V. An

V. An conatus & affectus, non ſecuto effectu puniri poſſit?

VI. An in principes & Respublicas ſuperiorem recognoſcentes crimen læſæ Majeſtatis committattur?

VII. Conſilium, auxilium, opemve præſtantes, item inſtigatores, ſolicitatores, exhortatores, ſeditioſi, rebelles, proditores & falſarii an, quando & quibus pœnis afficiendi?

VIII. Sola ſcientia & tractatus an crimen læſæ Maj. inducat?

IX. An ob ſcandalum, aliamve cauſam Princeps non capitale delictum, capitale facere, & extraordinariam pœnam usque ad mortem extendere poſſit?

X. De perjurio, eiusque pœna.

XI. An Homagii cuipiam Principi præſtiti effectus ad ſucceſſorem porrigatur?

SUMMARIA.

1 IN cauſis criminalibus *non de tritico aut oleo legato, ſed de hominis vita, fortunis & exiſtimatione agitur.*

2 Jurisconſulti *inviti ad reſpondendum cogi poſſunt.*

3 Perduellionis *reus eſt, qui hoſtiliter adverſus Principem vel Rempubl. animatus eſt.*

4 Confeſſio *geminata quid operetur?*

5 Crimen læſæ Majeſt. *non ſolum facto, ſed & verbis impiis maximè exacerbatur, & committitur ab eo, qui Principi obloquutus eſt num. 6.*

7 Delictum maledictionis in Principem *maximum, & maius eſt crimine læſæ Majeſtatis: & numero 8. Quomodo puniatur? num. 9. 10. 11. 12.*

13 Libertas loquendi *in Principes toleranda potius quam punienda, niſi ab infenſo, feroci, malignoq; animo procedat.*

14 Principi maledicens *an puniendus, & quando? & numero 15. 16. Vide quoq; numero 18. 19.*

20 Pœna *quando remittitur arbitrio judicis, poteſt judex arbitrari usq; ad mortem, ſi delictum dignum ſit morte ex circumſtantiis: & num. 21.*

22 Delictum *capitale ubi ſtatui neqit, ibi nec pœna mortis imponi poteſt.*

23 Principes *in crimine maledicentiæ ſuum arbitrium ad ultimum mortis ſupplicium extendere nequeunt: & num. 24.*

25 Privato *injurias ulciſci licet, non Principi.*

26 Principi *nihil glorioſius, quam propriam injuriam impunitam relinquere.*

27 Regium *eſt, cum benè facias, malè audire.*

28 Auguſti, Titi, *aliorumq; Impp. clementium exempla iniuriarum remittendarum: & num. 29. 30.*

31 Criminis læſæ Majeſtat. *reus eſt, qui de nece Principis cogitaverit.*

32 Confeſſio *in tormentis facta debet per aliquod temporis intervallum extra torturam repeti ac confirmari: & num. 33. Quod intervallum relinquitur arbitrio judicis numero 34. ita tamen, ut ad minus interſtitium unius diei & noctis concedatur num. 35. niſi qualitas criminis & perſonæ tortæ aliud permittat numero 36.*

37 Ratificatione confeſſionis *prima indebitè facta, ſequentes validæ nequaquam vitiantur, ſed vi iſtarum condemnatio ſequi debet.*

38 Ratificatio confeſſionis *in tormentis factæ, tàm extra carcerem, quam in carcere fieri poteſt: & num. 39.*

40 Veniam delicti *impetrans, delictum fatetur: declaratur num. 55.*

41 Confeſſus delictum *capitali ſupplicio affici quandoq; poteſt, etiamſi in confeſſione non perſeveret: Vide tamen num 56.*

42 In crimine læſæ Majeſt. *punitur affectus, licet non ſequatur effectus: & num. 43. Quod & lege Longobardorum cautum fuit num. 44. & comprobatur exemplo Nobilis Normani, quem Curia Pariſienſis ob ſolam ſceleratam cogitationem & voluntatem quaſi perduellionis convictum capitali ſupplicio damnavit numero 45. Contrarium aſſeritur numero 46. 47. & ſeqq.*

48 Confeſſio *in tormentis nullis præcedentibus indiciis, etiam millies firmata, non nocet: & ſi Reus in ea non perſeveraverit, quoad effectum condemnationis nihil operatur numero 49.*

50 Confeſſione revocata *tortura ſine novis indiciis repeti nequit.*

51 Reus *ſecundo tortus ſi adhuc perſiſtat in non ratificando, non denuò torquendus eſt, ſed relaxandus.*

52 Reus *pro ratificanda confeſſione in tormentis emiſſa, & extra eam ſemper rurſus negata, ultra tertiam vicem torqueri non debet.*

53 Confeſſionem *non ratificat, qui in ea non perſeverat.*

54 Confeſſioni *eius, qui in circumſtantiis varius reperitur, neutiquam ſtandum, multoq; minus Reus ex ea capitaliter condemnari poteſt.*

57 De crimine commiſſo *nemo condemnandus, niſi aut legitimè confeſſus, aut ſufficientibus probationibus convictus fuerit.*

58 Cogitationis *pœnam nemo patitur.*

59 Cogitatum *in crimine læſæ Majeſt. non aliter punitur, quam ſi ad aliquem actum exteriorem pervenerit: & num. 78. 79.*

60 Germanicus *Imp. petenti ſe veneno nullam aliam indixit pœnam, quam quod amicitiam ei renunciaret.*

61 Auguſti *in Cn. Cornelium Cinnam. Clementia: & num. 159. 160.*

62 Crantzii *Hiſtoria de Duce quodam*

In cri-

63 In crimine læsæ Mai. *hoc specialiter inductum fuit, vt cogitatio æque, ac effectus delicti puniretur.*

64 Constitutio L. Quisquis. C. ad L. Iul. Maiest. *de coniurationibus & factionibus tantum scripta est, proindeque ad alias species non extendenda; vide tamen numero 65. 66. 67. 68. 69.*

70 Læsæ Maiestatis crimen *à non Subdito non committitur; & numero* 127. 128. *& numero* 141.

71 Hostis *dicitur de omni gente.*

72 Hostis *& quilibet extraneus, si solus occidendi animo cum telo ambulaverit, ex L. Cornelia de sicar. puniendus venit.*

73 Proditio *in forensi & non subdito speciale delictum non est, sed saltem nomen principalis commissi delicti cum qualitate proditoria assumit.*

74 Leges *conatum non secuto effectu punientes, quoad pœnam ordinariam, ex generali totius Orbis Christiani consuetudine antiquatæ sunt.*

75 Conatus *hodie pœna extraordinaria arbitrio iudicis punitur.*

76 *An à prædicta generali consuetudine* crimen læsæ Maiestatis *excipiatur?*

77 *Quando* de delicto *aliter non constat, quam ex propria confessione Rei, nunquam mortis, sed mitior pœna imponi debet.*

80 Factum Francisci I. Regis Galliæ. *supra num.* 45. *relatum taxatur à Bodino & Scipione Gentili, & n.* 81.

82 *Ex hostili erga Rempub. animo & machinatione* crimen perduellionis *læsæque Maiestatis contrahitur; & n.* 83.

84 Dolo malo *faciens, quo hostes consilio contra Principem vel Rempub. ineundo inventur ex L. Iulia tenetur.*

85 Antiphon *ea de causa tempore belli Peloponnesiaci læsæ Mai. & proditionis argutus & condemnatus fuit.*

86 Instigatio & solicitatio *si præter consilium accesserit, crimen læsæ Mai. committi, in dubium est; & n.* 87. 88. 89.

90 Subditorum *animos à Principe suo alienans & seducens, eos ad rebellionem, seditionem & inobedientiam concitando, Principis Maiestatem lædit, & hostiliter contra eius Rempubl. animatus est; & n.* 91.

92 Tractatus & deliberatio *de rebellando contra possessorem & Dominum præsentem est actus, per quem committitur crimen læsæ Maiestatis.*

93 In crimine perduellionis *non spectatur eventus, sed sufficit simplex conatus.*

94 Tractatus & conatus *per se delictum est, licet ipsum maleficium non fuerit consummatum.*

95 Litteras *hostibus mittere, signum proditionis iudicatum.*

96 Secreta *nunciantes hostibus proditores sunt;* Lex Ægyptiorum *n.* 97.

98 In vnoquoque capite *L. Iul. Maj. cum publicatione bonorum pœna mortis naturalis locum habet.*

99 Perduellionis *sive* proditionis *Reus vt plurimum in quatuor partes ex more scinditur, aut secatur.*

100 An in Principes vel Respubb. *Superiorem recognoscentes crimen læsæ Maiestatis committatur? & num.* 101. 102. 103. 104.

105 *Ex solo animi* motu & affectu *delictum non contrahitur.*

106 Rhodiorum Legati *Romanis obiecere, facta sola censenda & in iudicium deducenda, nudas autem inanesque voluntates & affectus negligendos esse.*

107 Superioris decretum *& authoritas omnem dolum eximit, & consequenter facit cessare pœnam.*

108 Ob præstitum consilium *consulens non est puniendus.*

109 Consilium *dans alicui, vt delinquat, qua pœna sit plectendus? & n.* 110. 111.

112 Solicitatores *& exhortatores an, quando & qua pœna sint afficiendi? & n.* 113.

114 Dictum Socii criminis *an indicium faciat ad torturam? & n.* 115. 116.

117 Seditionem *moventes quomodo puniantur? & n.* 118. 119.

120 Socius criminis *in suis depositionibus nedum vllam delicti probationem, sed nec indicium ad inquirendum facit.*

121 Ratificari confessionem *metu tormentorum factam, & in eâ ad banchum iuris perseverari necesse est, vt ea valida iudicetur, & Reus ex ea condemnetur.*

122 Tractatus *nudus non sufficit ad inducendum crimen læsæ Majestatis; & num.* 123. 124. 125. 126.

129 A crimine læsæ Maj. *excusatur, qui prius erat obstrictus alteri, si contra secundum dominum pro primo quid fecerit.*

130 Causa *quælibet, etiam iniusta, à dolo & pœnâ excusat: & n.* 131.

132 Crimen læsæ *Maiestatis sine dolo non committitur.*

133 Proditor & falsarius *dicitur, qui venit contra fidem datam; & n.* 134.

135 Advocatus, *qui iurato promisit non advocare contra Magistratum advocando pœnis periurii subijciendus, graviusque homicida & adultero puniendus.*

136 Opinio *sufficiens causa est, quempiam à pœnis ordinariis periurij relaxandi: & n.* 191.

137 Lata culpa *ad pœnam periurii inducendam haud sufficit.*

138 Ex pacto & promissione *non potest ad pœnam agi, nisi vero secuto effectu; & n.* 139.

140 Iusiurandum, *eiusque contempta religio Deum habet vltorem, nec peierando crimen læsæ Maiestatis committitur.*

142 *Quæ* clam *fiunt, arguunt malam fidem & dolum.*

143 *Is*, qui male agit, *lucem odio habere censetur.*

144 Occultatio & laceratio ſcripturæ, *ne veritas adpareat, doli & fraudis præbet indicium.*

145 In tractatibus & ſecretis conſiliis *ex indiciis & præſumptionibus Reus condemnari nequit.*

146 In delictis *quando pœna extraordinaria locus ſit?*

147 *Nemo ex* indiciis *& præſumptionibus ad pœnam mortis condemnari debet: & n.* 148.

149 Conatus *in crimine læſæ Mai. quando puniatur? & num.* 150.

151 Propter eventum *pœna contra ſeditioſos augenda vel minuenda eſt.*

152 Extraordinaria pœna *quando infligenda venit, nunquam debet eſſe corporis afflictiva; & eſt plerunque relegatio vel pecuniaria nu.* 153. 154. 155. *Exemplum Auguſti n.* 156.

157 *Ob* metum ſcandali *morte non mulctandus eſt, qui mortem ſuo delicto non promeruit.*

158 Delictum *non capitale, capitale facere, nulla iuris ratio iudici permittit.*

161 M. Antoninus Imp. *ob inſidias ſuæ & filiorum vitæ ſtructas de Avidio Caſſio & conſciis ſupplicium ſumere noluit.*

162 Pœna perpetui carceris *delinquenti imponi nequit.*

163 De pœna & cautione *eorum, à quibus vis metuenda, & de eorum cuſtodia.*

164 Conſcius *criminis læſæ Mai. illud detegere debet, & qua plectatur pœna, ſi non detegit.*

165 Nuncius, *qui ſcienter portavit litteras, vt maleficium committeretur, eſt particeps criminis, ideoque punitur, & num.* 166.

167 Diffamantes *Magiſtratum eiuſque Officiales gravem merentur pœnam: & n.* 168.

169 Periurus *quis dicatur?*

170 Reticens *tractatum factum contra ſuum Principem, non incidit in crimen læſæ Maieſtatis, nec illius pœna ordinaria tenetur: & numero* 171.

172 *An ex* ſola ſcientia *crimen læſæ Majeſtatis cõtrahatur?*

173 Scienti & non revelanti *tractatum extraordinaria & mitieri, non capitis ſev mortis, pœna irroganda eſt: & num.* 176. 177. *& num.* 178.

174 Non indicans rebellem *pœna relegationis tenetur.*

175 *Hodie ceſſante,* pœna relegationis, *locus eſt arbitrariæ.*

179 Auxilii cooperatio ſimplex, *ex qua tractatus non fuerit auctus, pœnam mortis non meretur: & num.* 180. 181.

182 Rebellio *præſupponit iuramentum præſtitum fuiſſe, ex quo rebellis infidelis dicitur.*

183 Non revelans tractatum *contra Principem, cui ſubditus non eſt, crimine ſeu pœna læſæ Maieſtatis non tenetur: vide tamen numer.* 184. 185. 186. 187.

188 Homagio *cuipiam Principi præſtito, an eius effectus ad ſucceſſorem extendatur?*

189 Principalis *ſi à pœna immunis, multo magis is, qui operam præſtitit.*

190 Ruſticum *ſimplicitas à periurio, eiuſque pœna excuſat.*

Rechtliches Bedencken

Vber

Joachimb Treptaw auß Pommern vnnd Georg Fritſch von Weitenaw zu Durlach verhafften getriebene Practiken / auch deren Beſtraffung.

In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ad omnes actus omniaque conſilia ſemper progredimur l. 2. C. de offic. Præfect. Prætor. Africæ.

Als der Durchleuchtige / Hochgeborne Fürſt vnnd Herr / Herr Georg Friederich Marggraff zu Baden vnnd Hochberg / ꝛc. vnſer gnädiger Fürſt vnd Herr vor etlich wenig abgewichenen Monaten eine newe wider Ihr Fürſtl. Gn. vnd deroſelben einhabendes Fürſtenthumb der Ober-Marggraffſchafft Baden angeſponnene gefährliche weit außſehende Practic vnd davon durch Gottes ſonderbahre Schickung ſo viel in glaubliche Erfahrung gebracht / daß dieſelbe ſonderlich durch Joachimb Treptaw auß Pommern vnnd Georg Fritſch von Weitenaw mit Rath vnnd That getrieben.

So haben hochermelte Ihr Fürſtl. Gn. nach dieſen beyden Perſonen gegriffen / dieſelbe am 30. Martii jüngſt gen Durlach in Hafft legen / nachgehents dero gantzen Sachen Beſchaffenheit / ſo wol gůt: als peinlich von jhnen erkundigen / auch vns vnterbenenten beyder verhafften zu vnderſchiedlichen Zeiten gegebene Confeſſiones vnd Vrgichten / mit dem gnädigem Gefallen zuordnen laſſen / daß wir hierüber was geſtalt nemblich die Anklag vnd auff was delicta gegen einen jeden inſonderheit anzuſtellen vnnd die Beſtraffung vorzunehmen ſey / auß den gemeine beſchriebenen Rechten / deß H. Reichs Peinlichen Halßgerichts-Ordnung / auch hin vnd wieder im Schwange gehenden üblichem praxi vnſer Rechtlich vnpartheyiſch Gutachten in Schrifften eröffnen wollen.

Ob wir dann wol in dergleichen Peinlichen hochwichtigen Sachen / darinnen nicht vmb zeitlich Gut / ſondern Leib vnd Leben / ſeu, ut Julius Clarus in præfatione ſuæ practicæ Criminalis, ait, non detritico aut oleo legato, ſed de hominum fortunis, exiſtimatione, quibus rebus nihil in orbe terrarum eſt precioſius; in quem ſenſum etiam loquitur Flamin. Chartar. *de Execution. ſententiæ capto bannito in præfat. n.* 1. gefochten wird / ohngern vns conſulendo anſpannen laſſen.

Dieweil

Dieweil gleichwol wir nicht allein vnſerer profeſſion, vermög deren wir auch gleichſamb inviti ad communicandum petentibus noſtrum conſilium angeſtrenget werden können / 2 ut poſt Afflict. & Chaſſanæ. docuit Joan. Bapt. Aſin. *in tractat. de Execut. §. 3. c. 90.* Corn. *conſil. 244. numero ſecundo, volum. 3.* Franciſc. Viv. *in comm. opinion. verſic. advocatus. numero ſecundo.* Ludolph. Schrader. *in tract. feud. p. 10. ſect. 10.* vns erinnern.

18 daß nit allein die Nothwehr durch einen einzigen Zeugen Joan. Vincent. Hond. *conſ.* 99. *n.* 6. *vol.* 1. Weſ. *conſ.* 19. *n.* 21. Qui & ibid. *n.* 13. in hac defenſionis materia, uti privilegiata, teſtes ſuſpe-
19 ctos admittit, Beſondern auch durch coniecturas præſumptiones oder Vermuthung bewehrlich beyzubringen ſey/ Gomez. 3. *reſolut* 3. *n.* 27. Guid. Pancirol. *conſ.* 69. *n.* 10. Weſ. *conſ.* 19. *n.* 38. 40. & 42. *in fin.* Quod & pluribus illuſtrat Maſcard. *de probat. concl.* 490. *per tot.* Facit Conſtitutio criminalis Caroli V. *artic.* 143. Et deduxit hoc etiam author cōſilii pro informandis Dominis judicibus exhibiti. So iſt berürte Kundſchafft diß fals in conſideration auch der Gerichtlichen atteſtation der Vrſachē vorzuziehē/daß von dē Rechtslehrern obſtehēde Doctrina in deme limitirt wird/
20 ſi dictū extraiudiciale cōiecturis & præſumptionibus munitum vel magis veriſimile ſit: Illud enim præferri dicto judiciali Menoch. *d. caſ.* 108. *n.* 24. Proſper. Farinac. *de teſtib. d quæſt.* 66. *n.* 216.

Immaſſen dañ zum dritten über vorangeregte auch dieſe præſumption vor dem Angeklagtem jhme Marzolffen zuwider ſchlagen thut/ daß der Verſtorbene rixoſus, turbidi & inquieti ingenii, inſonderheit aber beym Trunck vnfriedlich/ zum Balgen vnd allerhand Vnruhe/Zanck vnd Widerwertigkeit jederzeit gefliſſen/ welches Michael Biſchoff vnd Philipers Krug ſub Num. 1. Item noch zween andere Zeugen ſub N. 2. in jhrer atteſtation mit Anreigung etlicher Fäll gantz glaublich beſcheinen.

Nun vermuten aber die Rechte vnd deroſelben fürtreffliche Lehrer/ dz der jenig/ſo ſich alſo zanckdürſtig/ haderſüchtig/vnnd vnfriedſam erzeigt /
21 pro aggreſſore zuachten ſeye/ Barthol. Cæpoll. *conſi. crimin.* 28. *n.* 12. *in fin. & n.* 13. *lib.* 3. Augult. Berous *conſ.* 194. *n.* 6. 7. & 12. *lib.* 3. Barthol. Bertazz. *conſi. crimin.* 85. *nu.* 12. *lib.* 2. Ioan. Vincent. Hond. *d. conſ.* 99. *n.* 32. *lib.* 1. Facit huc Peinliche Halßgerichtsordnung Caroli V. *artic.* 143. & per alias authoritates id probat author d. conſilii.

Dahero auch der Verſtorbener laut der 1. 2. vnnd 3 em. 16. Septembr. examinirter Zeugen / welche ſolches von deſſelben Wittiben gehört/ depoſition, jhme quaſi per præſagium ſelbſt eins ſolchen Vnfals halben die Rechnung vor zwölff Jahren gemacht / daß er ſeiner Haußfrawen befohlen/ wo er ſolte hiernechſt erſtochen oder zerhawen werden/ kein Gelt vor jhn zunehmen.

Hingegen kan man dergleichen Vngebühr vnd daß er einigen Menſchen weder mit Worten noch Wercken jemals offendirt, oder beleidiget/ oder auch zu vnfriedlichem Weſen geneigt/ den Angeklagten nit überzeugen/wie dañ der 4. Zeuge Jörgen Friſch ult. Auguſti An. 602. examinatus anzeigt/daß Reus dem Müller (cp contrariatur molitoris atteſtationi) wie er jhme gutē Abend geſaget/ gedancket/ vnd kein böß Wort gegeben.

Fürnemblich vnd zum vierdten wird auch die defenſio auß dem erwieſen/daß nit allein / wie in ſecunda coniectura angereigt / der Müller ſelbſt vermöge mehrbemeldten Conradt Sauſer depoſition geſehen/daß Marzolff nach dem Angeklagten einen Stich gethan/ob er wol darneben/ob er zuvor ein Stich empfangē ſein Ohn wiſſenſchafft anzeigt contra atteſtationem judicialem nimis ſuſpectam, Beſondern es melden auch Bürgermeiſter vnd Gericht zu Newenburg in jhrer den letzten Novembr. Anno 1602. mitgetheilter Vrkund/daß der accuſatus, ſo bey jhnen vmb Gleid vnd Sicherheit angeſucht vnd jhnen dieſen Handel erzehlet/durch ein ledern Wammes / Leiblin vnd Hembd biß auff den Leib bey der Bruſt ein wenig auff der rechten Seiten einen Stich gehabt / welcher das jhme von einem andern zugefügt ſey/ſie dafür halten / alſo daß ſolchem nach deß Müllers extra judicium beſchehene Auſſag mit dieſem Vrkund ziemblich eintrifft vnnd die abgetrungene Nothwehr concurrentibus aliis præſumptionibus gnungſamb erweiſet;

Dannenhero auch nach geſtaltſamb ſolcher erwieſener Leibes vnd Lebensgefahr nicht nöthig ad docendum modū defenſionis vel etiam moderamen inculpatę tutelæ de quo Weſ. *d. conſ.* 19. *n.* 57. ſich zu verbinden/ Quamdiu enim durat actus offenſionis cum metu vitæ periculo & terrore armorum, non præſcribitur modus defenſionis oppugnato Weſ. *d. conſi.* 19. *n.* 35. *in fin. & ſeq. n.* 67. *Item* 72. & 73. ubi eleganter dixit, Exceſſus quæſtionem (quoad inculpatam tutelā videtur) pertinere eo cum ex intervallo & poſt periculum deſitum defenſor iracundia & dolore & ſine neceſſitate ulterius procedit, vel quando accidit, nō data armorū paritate, neq; in periculo vitæ cōſtitutus, ſicut aliter ſe defendere potuiſſet, vel quando nō probavit requiſita defenſionis, prout hæc omnia authoritatibus firmat.

Alſo vnd Fünfftens fürtregt dem accuſato nit wenig/daß er ſich zu rechtlicher Außführung ſeiner Vnſchuld vnd reſpective Nothwehr wiederumb in der Marggraffſchafft perſönlich eingeſtellet/Seytemal bewehrter Rechtslehrer gemeiner Haltung nach / huiuſmodi comparitio ſponta-
24 nea maximā innocentiæ præſumptionē wircket/

ita

ita in terminis Homicidii defensionis necessaria causa commissi respondet Joan. Vinc. Hond. *d. cons. 99. n. 37. vol. 1.* Barthol. Bertazz. *cons. crimin. 473. n. 1.* Quo loci plures cumulant. Add. Prosp. Farinac. *lib. 1. prax. crimin. q. 48. n. 51.* Sicut etiam per talem comparitionem indicium, quod ex præcedenti fuga ortum fuit, rursum purgari idem docuit *d. quæst. 48. num. 48. & seq.* post alios ibidem laudatos.

Ob nun wol auß diesem sich beschleust / daß man in terminis meræ absolutionis schwebet / vñ dahero den Beklagten von der Klage alsbald loß vnd ledig sprechen möchte / jedoch vnd nichtsdominder / weiln nit allein Angeklagter sich zu dem juramento purgationis anerboten / ꝛc. besondern auch jhme bey seiner defension prima fronte in dem etwas zuwider läufft / daß er ante litis contestationem vermeldet / wieer erst den Schweiß empfunden vnd deß Stichs gewahr worden / daß er hierauff sein Wehr außgezogen / aber den 12. Octobris kurtz verschienē anzeigt / er sey deß stichs an sich selbsten nit biß auff den Morgen erst gewahr worden / welches gleichwol dergestalt conciliirt werden möchte / quod in primaaggressione senserit quidem ictum, postmodum vero ex magna animi in ipso conflictu commotione eius rursum fuerit oblitus.

So achte ichs dafür / daß man etwas behutsamer gehen vnd ante sententiam definitivam absolutoriam zuvorderst dem accusato das juramentum deferiren soll / Gestalt dann berühmbte
26 Juristen auch dieser Meynung seyn / ut Homicidæ (qualem tamen nostrum non posse considerari ob vulnus non mortale illatum supra inculcavimus) cum juramento asserenti fecisse homicidium pro necessaria defensione credatur, concurrentibus aliis præsumptionibus pro eius adsertione post Grammatticum & Carerium Ioan. Vinc. Hond. *d. cons. 99. n. 40. vol. 1.* Bertazz. *cons. 27. n. 20. & cons. 85. n. 23. & cons. 450. n. 4. vol. 2.*
27 *in criminalibus*, ubi ex duabus præsumptionibus, bona scilicet fama & vita occidentis & mala occisi juncto juramento delinquentis satis liquere de eiusdem innocentia notabiliter respondit. Et ante hos in juramento Bartol. Cæpoll. *cons. 41. n. 5. vol. 3. in criminalib.* Et plures alii tam in Consilio, quam actis ex parte accusati adducti, præsertim Mascard. *concl. 364. n. 23.* Petr. Heigius *lib. 1. quæst. iur. q. 40. n. 32.*

Vnd möchte hieruff die præambula sententia nachgesetzter massen formirt vnd eröffnet werden.

In der peinlichen sachen sich haltend zwischen hochgebornen Fürsten vnd Herrn / Herrn Ernst Friederich Marggraffen zu Badē / ꝛc. vnsers gnädigen Fürsten vnd Herrn / Herrn Anwald Friederichen Breuning / Anklägern / vnd dann Michael Stemlin / ꝛc. Angeklagten / ist auff gehabten Rath vnpartheyischer Rechtsgelehrten zu Recht erkant / möge vñ wolle gemelter Angeklagter noch ferner ein Eyd zu GOtt vnnd auff das heilige Evangelium schweren / daß er ein Nothwehr thun müssen / daß solches gehört werden / er thue das oder nicht / ferner ergehen soll was recht ist.

Man hette wol das juramentum dahin zu restringiren / daß Beklagter mittels dessen erhalten / wie Marzolff jhme erstlich einen stich durch die Kleider biß auff die Haut gegeben / aber in Ansehung / daß in necessaria defensione probanda nit vonnöten den ersten streich / so vff den accusatum beschehen zuerweisen / Cum nemo primum ictum 28
expectare teneatur Iason. *n. 14.* & Dd. *in l. 3 ff. de iustit. & iure* Barthol. Cæpoll. *cons. crimin. 28. n. 11. vol. 3.* Guid. Paucirol. *d. cons. 68. n. 6.* Wes. *d. cons. 19. 15. & seq. & num. 69.*

Quod & ex parte Rei fuit deductum, als wird man meines Bedünckens in genere das juramēntum auff die Nothwehr viel füglicher richten;

Sonsten obwol auch stricto iure der Angeklagter mit diesem juramento der Vrsachen nicht zu beladen / daß er / wie oben angereigt / dem verstorbenem kein tödlich Wund zugefügt / aber der bloß vulnerans sich der Exception necessariæ defensionis zubehelffen nit benötigt / es sey dann daß der accusatus eben deß Todtschlags zuvor überzeugt ist / prout ex Wes. *d. cons. 19. nu. 27. & 47.* demonstravimus, jedoch / damit man denselben nit allein von der peinlichen Klag / sondern omni omnino pœna etiam pecuniaria vnd andern Abtrag desto sicherer absolviren / loßsprechen vnd zehlen möge / wolte ich angeregten Bescheid vorhergehen lassen;

Nach Erstattung besagten Eyds / möchte die Endvrtheil ohngefehrlich in folgender Form / wie dieselbe zum Theil in der peinlichen Halßgerichtsordnung Caroli V. *artic. 201.* præscribirt vnd begriffen / publicirt werden.

Sententia Definitiva.

VFF die Klag / so eines angegebenē Todtschlages halben von wegen deß Durchleuchtigen / Hochgebornen Fürsten vnd Herrn / Herrn Ernst Friederich Marggraffen zu Baden / ꝛc. vnsers gnädigen Fürsten vnd Herrn Anwald / H. Friederich Breuning / als Ankläger wider Michael Stemlin Angeklagten / so zugegen vor diesem Gericht stehet / geschehen ist / auch bemelds Beklagten Antwort vnd alles nothdürfftige Embringen / gründliche fleissige Erfahrung vnd Erfindung / so alles nach laut Keyser Carln deß V. vnd deß H. Reichs Ordnung geschehen / deßgleichen erstatteten Eyd / ist mit Rath der Rechtsverständigen durch Vrthel vñ Schöpffen dieses Gerichts endlich zu recht erkant / daß der Beklagter zu absolviren vnd ledig zuerkennen sey / als wir denselben auch hiemit absolviren vnd ledig erkennē / die Gerichtskosten allenthalbē auffgelauffen / auß rechtmässigen Vrsachen compensirend vnd vergleichend. Zu dieser Vrtheil / dadurch der Beklagte nit allein von der peinlichē Straff / sondern auch quavis pœna pecuniaria vnd allen Abtrag generaliter vnd indefinite in effectu loß erkand wird / bewegt mich auch diser Rechtschluß / Quod in ca- 29
su, ubi extant præsumptiones ex quibus jus præsumit ad defensionem factum homicidium, occidenti nulla pœna etiā pecuniaria, ne quidem obuium valens, irrogari debeat, ut fere loquitur Barth. Bertazz. *cons. criminal. 450. n. 2. & 4. vol. 2.* Tanto magis id hic obtinebit, ubi saltem in terminis vulneris & quidem secundum peritorum adsertionem haud lethalis versamur.

Eine gleiche Meynung erreicht es mit dem Abtrag / auch Erstattung deß verursachten Schadens / welchen deß verstorbenen Wittibe vnd

Freunde fordern möchten / Ex quo is, qui ad defenſionem ſuam alium vulnerat, vel occidit, impenſas in vulnus curandum factas, item damnũ operarum amiſſarum non teneatur reſarcire Ioan. Bapt. Plotus *de in litem iurando. §. 40. nu. 14.* Cravetta *conſi. 119. n. 11.* quem recte citat ſequiturque Schrad. *de feud. p. 9. c. 4. n. 56.*

Es gehöret aber dieſer Punct ad civile judicium, wie folgen wird;

Die Gerichtskoſten werden darumb billich verglichen / daß die Anklag nit animo calumniandi, ſondern Obrigkeitlichen Ambtswegen vorge-
13 nommen / Qua ratione etiam teſtatur Proſper. Farinac. fiſcum ob officii neceſſitatem excuſari à præſumpta calumnia, ideoque non condemnari in expenſas *lib. 1. prax. criminal. q. 16. nu. 24.* ubi & alios cumulat.

Ob aber dem Angeklagten wider deß verſtorbenen Wittibe vnnd der Müller wegen deß jhme durch Anzeigung dieſer Peinlichen Klag zugefügten Schadens vnnd Nachtheils zuverhelffen ſey / darauff der accuſatus gleichwol dringet / iſt eine andere Frage vnnd nicht an dieſem peinlichem Gericht / ſondern mit Bürgerlichen Rechten / damit doch Beklagter wenig erjagen möchte / außzuführen / Immaſſen offtangezogene peinliche Halßgerichtsordnung Caroli V. *in art. 99. & artic. 20. in fin.* ſolches dahin verweiſet.

Was nun bißhero deducirt vnd geſchloſſen / das halte ich den gemeinen beſchriebenen Rechten / Reichs Abſchieden / ſonderlich der Peinlichen Halsgerichtsordnung / auch aller Vernunfft vnd Billigkeit gemäß / doch männigliches Verbeſſerung ohnbegeben.

Thomæ Merckelbachi.

CONSILIVM CXCIV.

Sive Relatio & Informatio juris in cauſa Inquiſitionis

Contra

Incarceratum Kiſten Mattherns Niclaſſen von Vberach inſtitutæ.

In puncto adulteriorum, aliorumque criminum.

EPITOMAE.

I. Semel abſolutus vel condemnatus quando poſſit ſuper eodem delicto iterum moleſtari & inquiri?

II. An Inceſtus inter fratris ſororiſve filiam & patruum, avunculumve committatur? Et quid in vxore filij fratris obtineat? vbi & de pœna propter hunc coitum in jure Civili & Canonico definita.

III. An quis pœna Inceſtus juris civilis ob juris canonici determinationem affici poſſit?

IV. De crimine adulterii, eiuſque pœna; nec non de delictorum aſſvefactione ac reiteratione: & an pœna mortis naturalis in pecuniariam tranſmutari queat?

V. Affectus & conatus quando puniatur?

VI. Minæ quomodo probentur & puniantur?

VII. De crimine expilatæ hæreditatis

SVMMARIA.

1 ABſolutus *ſemel iterum moleſtari non poteſt; & volenti iterum inquirere obſtat exceptio rei iudicatæ num. 2. & 3. limitatur n. 4. 5. & n. 13.*

6 Sententia abſolutoria *ex falſa cauſa, & ab eo, qui ius abſolvendi non habet, lata viribus caret; & n. 7.*

8 Ex ſententia nulla *Inquiſito nec jus, nec exceptio rei judicatæ oriri poteſt: & quid, ſi abſolutio ſit ſecuta per viam diſpenſationis? n. 9.*

10 Condemnatus *ab vno judice, quando poſſit ab alio judice, iterum moleſtari?*

11 Reus *non ſufficienter punitus, denuo, non obſtante compoſitione, mulctari poteſt.*

12 Punitus *de aliquo crimine quando poſſit iterum puniri? & quid, ſi judices ſint ſub diverſis Præſidibus? n. 13. 14.*

15 Adulterium *cum inceſtu commiſſum.*

16 Inceſtus *quando commiſſus dicatur?*

17 Coniunctio *inter patruum & ſui fratris filij vxorem non eſt permiſſa jure Canonico.*

18 Inceſtus *inter pleroſqve, qui à latere ſunt, prohibetur.*

19 *An* avunculus *cum ſororis filia, vel nepte matrimonium contrahere poſſit?*

20 *An* coniunctio *fratris cuim vxore filij fratris interdicta?*

21 Inceſtus *iure gentium potiſſimum inter aſcendentes & deſcendentes committitur.*

22 *An* coniunctio *patrui cum fratris filia jure civili ſit prohibita? & n. 29. 30. 31. 32 & n. 34.*

23 Concubitus *patrui & fratris filiæ an licitus ſit?*

24 Claudius Imp. *Agrippinam Germanici fratris ſui filiam vxorem duxit.*

25 Prohibitio coniunctionis *inter cognatos à latere eſt iuris poſitivi, & tota pendet ex arbitrio legum; neque ſunt eiuſmodi nuptiæ iure gentium prohibitæ & n. 26. 27. 28.*

33 Ius naturale *perpetua eſt prohibitio, etiam deficientibus, imo prohibentibus legibus civilibus.*

35 *An* concubitus *fratris cum fratris filij vxore inceſtuoſus ſit? & num. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.*

51 *Quænam* pœna *iure civili inceſtuoſis irrogetur? hoc, & n. 52. 53.*

54 *An* pœnæ *iure civili nuptiis inceſtuoſis præſtitutæ etiam hodie locum habeant in iis, quæ inceſtæ ſaltem ſunt ſecundum juris Canonici diſpoſitionem? Pro Affirmativa afferuntur rationes & Dd. authoritates nu. 55. 56. 57. Pro Negativa n. 58. 59. 60. 61. à qua, vti mitiori, in iudicãdo nõ recedendũ n. 62. & n. 65. & 67*

63 Pœnæ *in ambiguis mollendæ ſunt.*

64 Extenſio *in pœnalibus prohibetur.*

66 *In* pœnis *imponendis iudex ſervare debet loci conſuetudinem.*

68 Secundus inceſtuoſus coitus *cum* Gangelffs

Frawen

Frawen *vxore inquisiti in tertio gradu coniuncta; & n.69.*

70 Tertius incestuosus coitus *cum vxoris suæ sororis & ipsius inquisita proprie adoptiva filia Christina.*

71 *An quis* vxoris defunctæ fratris filiam *in vxorem ducere possit? & n.72.73.*

74 *Quæ* pœna incestus *de iure civili? & n. 75. 76.77.78.79.80.81.82.83.84.85.86.87.*

88 Adulterij *crimen jure civili non ponitur in viros rem habentes cum virgine vel vidua, sed stupri duntaxat; & n.89. Contrarium asserit Menochius, cuius opinio procedit de jure Canonico n.90.*

91 Adulterium *indistincte dicitur in eo vel ea, qui quæve suum vel alienũ coniugiũ contaminavit*

92 Incestum *si concomitetur qualitas adulterii, pœna est mors naturalis; & n.93.*

94 Intellectus *l.5.ff.de quæstionib. & n.95.*

96 Ius profitentibus *sine lege quenquam interficere non licet; & n.97.*

98 *An hoc casu* pœna arbitraria *ad mortem naturalem possit extendi? & n.99. & 102.*

100 Stupri *pœna ordinaria ex L. Iulia non est capitalis.*

101 Pœnæ *omnes hodie extraordinariæ esse caperũt.*

103 Coitus *inquisiti cum solutis personis commissi.*

104 Adulterium *proprie est alienæ matris familias corruptio.*

105 Maritus *stuprans solutam qua pœna afficiatur? & n.106. Hodie tamen in Saxonia coniugatus gladio, & soluta cum relegatione virgis cæditur n.107. Restringitur à Bossio n.108.*

109 Virginitas *in dubio præsumitur.*

110 Abortui *operam dans, si iam fœtus animatus est in vtero, pœna homicidii ordinaria tenetur; Quæ sententia constitutione Carolina approbatur n.111.*

112 Conatus *& mandatum in atrocioribus pro ipsa delicti consummatione sufficit; Quod quomodo intelligendum? n.113.114.*

115 Conatus *ad effectum minime productus ordinarie non punitur: & n.116.117.118.*

119 Leges *ex iuris civilis rigore conatũ punientes totiº orbis Christiani cõsuetudine abrogatæ sũt*

120 Conatus *quando pœna extraordinaria, arbitrio iudicantis, puniendus? Quã iudex ad mortẽ naturalẽ extendere nequit: n.121. & 122.*

123 De incestuoso coitu *ex causa spiritualis cognationis.*

124 Incestus *dicitur committi ab eo, qui stuprat matrem, cuius filiam è sacro fonte levavit: Restringitur & declaratur n.125.*

126 Pœna iuris Cæs. *an locum habeat in coniunctionibus incestis de jure Canonico?*

127 Iudex laicus *pœnam incestus in consanguinitate Spirituali imponere nequit.*

128 *Si* adulterium & stuprum *concurrant, delictum aggravatur compaternitate.*

129 Adulterium duplicatum *dicitur, si coniugatus rem habeat cum alterius coniuge.*

130 Mulieri *asserenti, se à quopiam stupratam vel adulteratam, an credendum? & an ob querelam stuprata* Magistratus *ad inquisitionem procedere possit? n.131.*

132 Adulterii crimen *probatur per iuramentum adulteri dicentis, se cum vxore alicuius concubuisse: Extenditur n.133.*

134 Adulteria *an per testes & confessionẽ Rei sufficienter sint probata? & n.135.*

136 *Quando ob* indicium delicti *ad inquisitionem & torturam, nec non ad condemnationem legitime procedi possit? & n.138.*

137 In confessum *nullæ sunt iudicis partes, præterquam in condemnando & exequendo.*

139 Adulterium *pœna relegationis olim punitum: Imperatores sequentes capitalem fecerunt n. 140. & 143. Et plura de huius criminis fœditate n.141. & varia punitione n.142.*

144 Pœna mortis naturalis *multis in locis in pecuniariam transmutata; & n.145.146.147. 148.149.150. Limitatur n.151.152.*

153 Consuetudo difformis *non efficit abrogationem pœnæ iuris communis.*

154 Legis *vigor per solum non vsum non tollitur.*

155 A non vsu *ad derogationem argumentari non licet.*

156 Fiendum *cursu temporis non tollitur.*

157 Tanto gravius *quis coercendus est, quanto diutius infelicem animam detinuit.*

158 Assvefactio & reiteratio *delicti auget pœnam: & n.159.160.161.162.*

163 Delictum *non capitale ob reiterationem fit capitale: Vide tamen n.168.169.*

164 Pluries *vnam personam cognoscens, vnum committit adulterium: Removetur hoc dubium n.165.166.167.*

170 Adulterium *sui natura tam de iure divino, quam Cæs. & omnium gentium moribus capitale est.*

171 Reductio *ad ius commune favorabilis, & ampliandæ.*

172 Consuetudo *iuri communi derogans odiosa & stricte intelligenda, nec de casu ad casum, neq; de persona ad personã &c. extendenda est.*

173 Consvetudo *in specie, & in casu vel puncto, de quo agitur probanda.*

174 Vi *in adulterando vel etiam stuprando commissa, an stuprator pœna mortis sit afficiendus? & n.175. Idque sancitum Carolina Constit. n.176. nec requiritur præcisa vis armata n.177. sed sufficit interpellatio & suasio n.178.*

179 Contrà adulterum *stat præsumptio, quod provocarit, eo, quod robustior fuit.*

180 Adulterium violentum *non obstante contraria consvetudine, pœna capitis vindicandum: & n.181.182.*

183 Minæ *quomodo probentur? & n.184. ac puniantur n.185.186.*

187 Affectus *an in delictis puniatur, licet non sequatur effectus? & n.188.*

189 Concurrentibus pluribus delictis, *& singulas pœnas requirentibus, maior pœna absorbet minores & n.190.191.192.*

193 Pœna criminis expilatæ hæreditatis *extraordinaria est, iudicisque arbitrio imponitur; nec potest excedere relegationem n.195.*

194 Furtum *morte non mulctatur.*

196 Delinquens *circa officium administrationis*

ſibi commiſſum mitius punitur : Videtamen n.197.

198 Conſtitutio Caroli *V. artic.* 170. *æquiparat doloſam adminiſtrationem rerum depoſitarũ ſeu fidei alicuius commiſſarum cum vero furto*

199 Expilatæ hæreditatis *crimen furto improbius; & expilatores atrociores fures dicuntur n.* 200.

201 Leges *de pœna furum loquentes etiam de expilatoribus accipiendæ ſunt.*

202 Taciturnitas *ad crimen obiectum facit quidem indicium ad torturam, ſed ad condemnandum non ſufficit; & n.* 203.

204 Teſtis vnicus *& ſingularis non probat.*

205 Teſtibus *convictus non aliter condemnari poteſt, quam ſi ſit confeſſus.*

206 Teſtibus *in criminalibus rationem non afferentibus eius, de quo deponunt, non creditur.*

207 Teſtium depoſitiones *parte non citata receptæ, ad effectum probationis, adhibito inquiſito eiuſque interrogatoriis, repetendæ ſunt.*

208 Confrontatio *vim repetitionis formalis habet.*

209 Iniuriarum *pœna eſt extraordinaria, & quandoque capitalis.*

210 Famoſum libellum *ſpargens pœna capitis afficitur.*

211 *Formula Sententiæ.*

ANtequam ad cauſam Principalem & Jnquiſiti N. delicta deveniamus, paucis præmittendum, Numne eius abſolutio à Senatu Haganoenſe ante aliquot menſes facta, præſenti judicio ita præiudicet, vt eundem ab iterata Inquiſitione liberare poſſit? Quod quidem ea ratione dicendum videtur, qua Inquiſitionem formari non poſſe contra illum qui alias de eodem delicto, de quo inquiritur, fuit abſolutus. Bis enim de eodem
1 delicto queri non poteſt *l. penult. §. fin. ff. naut. Caup. Stabul. l. ſi cui. §. ijſdem. ff. de Accuſat. l. qui de*
2 *crimine. C. eod.* Et volenti iterum inquirere obſtat Exceptio rei iudicatæ *l. fin. C. de Cuſtod. reor. l. 2. C. de Except. rei iudic.* Bartol. Bartazzol. *conſil. 129. n. 1. & 2. & conſil. 171. n. 2. & ſeqq.* Communem eſſe probat late Farinac. *in praxi crimin. tit. de Inquiſitione. libr. 1. tit. 1. quæſt. 1. n. 51. & q. 4. n. 1.* Grivell. *deciſ. Dolan. 47. n. 4. & 5. vbi ait.*
3 condemnatum ſemel in vno foro, non poſſe iterum puniri in alio, poſt Aretin. & Beccium *conſil. 69. n. 2.* Quod etiã eſt de mente Caballi *cas. 162. n. 128.* Remiſſive Cancer. variar. *reſol. c. 19. n. 65.*

4 Niſi intra 30. dies poſt latam ſententiam abſolutoriam nova ſuperveniant indicia, quæ ſpecie & ſubſtantia, differant à primis ſimulque graviora ſunt, &, quod magis eſt, ad quæſtionẽ etiam adhibendam per ſe ſola ſufficientia text. *in l. libellorum. §. fin. ff. de accuſat.* Farinac. *d. quæſt. 4. n. 25. & conſil. 108. n. 18. 19. & 32. libr. 2.* Caball. *cat. 93. n. 30. & 43. & ſeqq.* Accuratius tamen rem totam perpendens præſentem Inquiſitionem ea de cauſa infirmari non poſſe facile animadvertet. Primo, quod abſolutio Civitatis Haganoenſis per modum prætenſæ gratiæ, contradicente tamen nobili Domino Sculteto; & 5 ad ſub & obreptitie impetratam ab ipſisque intercedentibus Cæſareæ Majeſtatis Commiſſarijs expreſſe revocatam interceſſionem facta ſit. Cum autem prædictus Senatus eiuſmodi poteſtatem indulgendi delictis per ſe ſolus, non conſentiente Dn. Sculteto nomine Cæſareæ Maieſtatis, haud quaquam habeat, vt in Epiſtola ad Cæſaream Maieſtatem ſub dato 24. Auguſti Anno 602. miſſa in facto deducitur : Ipſaque abſolutio ex falſa expreſſa cauſa extorta, videlicet revocata Interceſſione proceſſerit, nullam 6 eſſe à Senatu deſuper factam abſolutoriam ſententiam oportet, tam quod viribus careat ſententia ab eo lata, qui ius abſolvendi non habet *l. 4. §. condemnatum. 6. ff. de Re Iudic. l. rei 2. §. 2. de pœn. l. 6. §. 10. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam.* quam quod falſa & obreptitia cauſa reddat ſententiam, confirmationem, Reſcriptum, & quamlibet aliã 7 diſpoſitionem nullam, eamque omnino irritet, maxime quando falſitas cauſæ eſt cauſa eiuſmodi ſententiæ & diſpoſitionis Pancirol *conſil. 102. n. 2. & conſi. 166. numer. 10.* ex Riminald. & aliis Cavaleanus *in repertor. Deciſionum ſuarump. 1. lit. F. in verbo Falſa cauſa.* Sententia autem nulla ex- 8 iſtente, nec inquiſito inde ius vel Exceptio rei judicatæ oriri poterit Pancirol. *conſil. 63. n. 17.* Et 9 ita in terminis diſpenſationem, de qua agimus, tum demum vires habere, cum proceſſerit ab eo, qui habet poteſtatem diſpenſandi, ait Clar. *§. fin q. 57. n. 9.*

Secundo non ea pœna, quam delicti qualitas 10 requirebat, ſed minori condemnatum, poſſe ab alio judice & magiſtratu, qui Iuriſdictionem ſeparatam & diverſam habet, non obſtante prioris judicis ſententia, condecenter puniri, tradit poſt alios, quos allegat Farinac. *d. quæſt. 4. numero ſecundo. Verſic. Limita.* Adeoque ſemel ab- 11 ſolutum, ſi non fuerit ſufficienter punitus, non obſtante compoſitione, denuo etiam ab eodem Iudice mulctari, & ſi delinquens eſſet homo facinoroſus & ſeditioſus, morte naturali puniri poſſe docuit Maranta *de Inquiſition. nu. 110. & ſeq.* quem Paris de Puteo *tractat. de Syndic. in verb. compoſitio. c. 1. n. 2. & c. 7. n. 12.* in hanc ſententiam adduxit Heigius *quæſt. 22. n. 61. lib. 2.* Et hoc 12 quidem indubitatum eſt, quando prioris iudicis interveniſſet cum Reo Colluſio; vt præſumitur vel ex eo ſolo quod Iudex leviorem debito indixerit pœnam, quemadmodum velle videtur Clar. *in d. §. fin. 57. n. 12. Verſic. quod tamen intellige.* vbi ita judicatum refert.

Noſtro autem caſu cum pœna delicto conformis Reo impoſita non ſit nulla cauſa eſt, quo minus denuo Inquiſitio ab alio Iudice contra ipſum inſtitui poſſit.

Tertio ſupradictam regulam, Quod videli- 13 cet Nemo de vno eodemque delicto bis inquiri debeat, tunc quidem procedere, quando duo Iudices ſub eodem Dominio eſſent, ſed quando eorum territoria & juriſdictiones penitus ſunt ſeparatæ & diſiunctæ & ſub diverſis præſidibus Provinciarum, ſecus eſſe & ſi delictum commiſſum in uno loco, poteſt puniri à duobus iudicibus in ſolidum, tunc condemnationem &

exactio-

exactionem pœnæ ab vno factum ex communi recepta consuetudine non tollere accusationem neque punitionem alterius, ex Baldo, Aretino, Iacobo de Belviso recenset Clarus *d. quæst.*
14 *57. num. 13.* Hic igitur cum diversi Iudices sint, quibus in delinquentem par est Iurisdictio, nec vnius absolutionem alteri præiudicare, & contra nostrum inquisitum de criminibus infra scriptis iudicium præsens recte institui posse consequens est, vt dicamus.

Quo ita præsuppositio ad ipsa delicta Reo ob-
15 iecta deinceps progrediemur. Eum autem diversorum criminum & primo Adulterij cum Incestu Reum argui deprehendo: De Incestu sigillatim & an is probatus sit, de eiusque pœna videbimus, postea & cætera ordine persequuturi.

Primus quidem Incestus videtur commissus cum fratris sui filij vxore Nempe Catharina Clausen/ Hansen Hensels Frawen von Ettendorff sein des Maleficanten Bruders Sohns Frawen.

Secundus in persona Gangolff Frawen in der Walcken Frevelgut/ quæ vxori Rei tertio gradu est coniuncta.

Tertius cū suæ Vxoris Sororis filia Christina.

Quod Catharinam Clausen Hensels Frawen attinet cum ea incestum commissum fuisse inde
16 deducitur. Quod semper quando quis alicui ex propria aut vxoris quam consanguineus habuerit consanguinitate secundum *c. de incestis 35. quæst. 3.* aut ex his, cui legibus aut moribus iungi prohibetur, se commiscuerit, Incestus Reus dicatur *l. sororis. §. 1. l. fin. in fin. de rit. nupt. l. si adulterium. 38. §. Incestum. 7. ad L. Iul. de adulter. l. qui contra 4. junct. l. si quis. 6. C. de incest. nupt.*

17 Iuris vero certi, quod non sit permissa coniunctio inter patruum & sui fratris filii vxores, vti quando jure Canonico intra quartum gradum est patruo mariti, In quo tam consanguinitatis, quam Adfinitatis gradu inclusive omnis coniunctio prohibita est, Vi Constitutionis in Cōsilio generali editæ, & quæ in *c. non debet extr. de consanguin. & affin.* Et hæc quidem de iure Canonico certissima sunt. Sic eadem ratione jure Cæsareo isto casu prohibitam esse copulam, inde adstrui videtur; Quod vtcunq; hic non sit in linea recta coniunctio, quæ quidem potissimū hoc iure attenditur *l. fin. ff. de rit. nupt.* Tamen non minus inter plerosque qui à latere sunt sub
18 pœna Incestus coniunctio prohibeatur, sicut id in sorore, quæ fratri secundo gradu est; secundū computationem juris civilis, non solum legibus, sed & moribus, id est iure gentium seu tacito omnium gentium consensu constitutum est *l. libertinus. l. Et nihil. 54. de Rit. nupt.* latiusque quidem de eo iure probavit Cuiac. *in Papin. lib. 36. quæst. l. 38 ad l. Iul. de adult. col. 2.* Borcholt. *de gradibus*
19 *lib. fol. 103.* Vtcunque dissentiat Tessavr. *decis. 100. n. 5.* de sororis filia quæ ex latere tertio gradu avunculo est evincit text. *in l. etiamsi concubinam 56. ff. de rit. nupt.* Deque sororis aut fratris nepte vel pronepte licet quinto gradu sint, docet *l. sororis. 39. ff. de rit. nupt. § fratris. Instit. de Nupt.* Cum hi omnes parentum & liberorum loco sint *d. l. sorores de Ritu nupt.* Haud secus igitur vt coniunctio filiæ fratris & sororis cum avunculo vel patruo vel filii fratris & sororis cum matertera & amita secundum iam deducta iure civili interdicta est: Ita etiam cum vxore filii fratris prohibitam esse oportet, cum eo gradu, quo patruus est filius fratris, vt quæ cum isto, tanquam suo marito vna eademque censeatur persona & ad quam mediantibus nuptiis cognati viri & ipsa ad mariti cognationis fines accesserit *l. non facile 4. §. sed quoniam 3. de gradibus c. 1. ibi abstinendum est à consanguineis vxoris & propriis & c. quæ super his ibi. omnes consanguinei viri sunt affines vxoris C. de consanguin. & affinit. text. express. in c. porro. ibi: quod si secundū. §. 1. q. 5.* Fichard. *consil. 66. n. 1. vol. 2.* Et quamvis hæc non improbabiliter ita asserantur, tamen de iure gentium & Romano veteri non modicam recipiunt dubitationem. Iure 21
gentium enim potissimū Incestus inter Ascendentes & Descendentes committitur *d. l. fin. de rit. nupt.* Et eo iure coniunctionem cum fratris 22
filia non esse prohibitam, sed quandoque permissam fuisse argument. *l. fin. C. de incest. Nupt.* & expresse tradidit etiam Covarruv. *in Epitome desponsi. in secunda parte c. 6. §. 10. n. 23.* vbi nec iure divino nec naturali hunc coitum prohibitum esse ideoque summum Pontificem desuper dispensare posse existimat: quem sequitur Menoch. *lib. 6. de arbitr. Iudic. Q. cas. 501. n. 16. & seq.* Licet contrarium tam de iure divino, quam gentium eiusmodi coniunctiones prohiberi, docuerit Alberic. Gentilis. *de nupt. lib. 5. cap. 50.*

Quin etiam specialiter Scto concubitum pa- 23
trui & fratris filiæ licitum esse iudicatum est, Cū Clavdius Imperator Agrippinam Germanici 24
fratris sui filiam vxorem duceret de quo testatur Cornel. Tacitus *lib. 12. Sveton. in Claud. c. 26.* & probavit idipsum ex aliis auctoribus latius Cuiac. *in explicat. Novellæ 12. & libr. 8. observ. 28. & in Papiniano libr. 36. in l. si adulterium. 38. ff. ad l. Iul. de adult. & in parat. C. de Incest. nupt.*

Idem eleganter in prælectionibus ad eundem titulum, vbi omnem prohibitionem inter cog- 25
natos à latere esse iuris positivi, & totam pendere ex arbitrio legum, neque esse ciusmodi nuptias iure gentium prohibitas Borcholt. *de gradibus fol. 104.* Vnde est, quod nullus inveniatur in 26
Digestis locus, quo incestus dicatur committi à patruo cum fratris filia. Adeoque Vlpian *in frag-* 27
ment. tit. 5. § 6. nonnunquā ex tertio gradu licere vxorem ducere veluti fratris filiam, expresse dixit, licet diversum in sororis filia eo iure obtinuisse & ab avunculo Incestum cum ista commissum esse, præter Vlpian. *d. §. fexto extendat Papin. l. qui in provincia 57. §. primo ad l. Iul. de adult.* Cuius quidem & cur magis in hoc 28
quam illo casu prohibita fuerit coniunctio, diversitatis rationis nullam nisi quod ita ius positum sit, reddi posse existimavit Cuiac. *dicto loco.* In quod nunc prolixius non inquiro. Vtcunque 29
vero posteriorum Impp. Constitutionibus hac differentia sublata neutrā nec fratris nec sororis filiam ducere permittatur *l. fin. C. de incest. nupt. l. nemini 17. C. de Nupt. § fratris. vers. 3. Institut. de nupt.* & peccandi super tali coniunctione; imo

potius

potius contagione, cunctis licentia denegetur *l.*
30 *fin. C. ſi nuptiæ & reſcript. petant.* Manet nihilominus, non gentium ſed civili ſaltem jure Inceſtum hoc caſu committi, ſeu eſſe quidem coniunctionem Inceſtam, ſed non nefariam, uti diſtinguit Cuiac. *in prælect. ad tit. C. de inceſt. nupt.*
31 ut quod non apud omnes gentes, peræque cuſtoditum fuerit, & cuius prohibitio cum ipſo humano genere neutiquã extiterit §. *1. & 2. Inſtit. de Iur. natur. gent. & civil.* §. 1. *de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* § *ſingularum. de R. D. l. omnes. 4. de iuſt. & iur.*

Quæ omnia & inde confirmantur, quod deficiente expreſſo tenore ſtatuti Civitatis Brixienſis ipſum, qui materterã ſuam carnaliter cognoverat, pœna nõ mortis naturalis, ſed arbitrio judicantis puniretur, ſaltem puniendũ reſponderit Cæpolla *conſ. 68. vol. 3.* Quod ſane vix dici poſſet, ſi jure naturali eiuſmodi coniunctiones pro-
33 hibitæ forent, Cum juris naturalis perpetua ſit prohibitio, etiam deficientibus, imo prohibentibus legibus civilibus *c. cum tu manifeſtos extr. de uſur.* juxta ea, quæ notavit Vaſqu. *lib. 1. illuſtr. q.*
34 *c. 44. n. 10.* Quin igitur hodie Inceſtus juris Civilis inter perſonas jã dictas fratris ſororiſve nempe filiam & patruum avunculumve committatur, non eſt quidem dubitandum, & docent expreſſe jam adductæ Conſtitutiones, maxime *l. ſi. C. ſi nupt. ex reſcript. petant.* ubi nefandiſſimũ ſcelus eiuſmodi coniunctionem Zeno appellarit. Idem demonſtravit Menoch. *de arbitr. cent. 6. caſ.*
35 *502. n. 16.* Sed an propterea idem in terminis, in quibus jam verſamur, uxore videlicet filii fratris obtineat, ut cum ea æque concubitus atq; cum ipſa filia fratris juxta ea, quæ jam deducta ſunt, tanquam inceſtuoſus hoc jure damnetur? majorem recipit ambiguitatem.

36 Moribus ſane hodiernis ex jure Canonico eiuſmodi coniunctionem etiam in uxore filii fratris tanquã inceſtuoſam paſſim damnatã, neminem video qui dubitet; Uxor enim ibi accurate reſpectum gradus in coniunctis mariti nõ ſecus atq; in ſuis propriis habere tenetur *d. c. porrò 35. q.*
37 *5. c. 1. c. quod ſuper his extr. de conſanguinitat. & affinitat.* & indiſtincte etiam in adfinitate quartus
38 gradus incluſive prohibetur *d. c. 1. & c. non debet extra de conſangu. & affinit.* Idque non immerito cum verecundia & pudor potiſſimum ſpectetur in nuptiis, indeq; prohibitio Nuptiarum potius extendenda, quam anguſtanda ſit, quemadmodum recte dixit Cuiac. *in explicat. d. l. 38. ad l. Iul. de adult. lib. 36. quæſt. Papin.* Attamen de jure Cæſareo in libris Digeſtorum & Codicis relato vix
39 eſt, ut idem adſeverari poſſit. Eſt enim uxor filii fratris patruo mariti tantũ adfinitate coniuncta: Inter adfines autem nedum jure gentium juxta *d. l. fin. de rit. nupt.* ſed nec jure civili ea eſt prohi-
40 bitio, quæ inter ipſos agnatos. Cum non natura & ſanguine, ut in iſtis, ſed nuptiis ſaltem cau-
41 ſetur, Ideoq; duntaxat ut inceſtuoſa coniunctio privignæ, nutus, novercæ & ſocrus aliorumque in linea aſcendenti ulteriorum reprobata invenitur *l. adoptivus. 14. §. nunc videamus. cum l. ſeq. l. nõ facile 4. §. Et quidẽ cum ſeq. de gradib. & affin. l. Ariſto. 40. de rit. nupt. l. fin. §. fin. de condict. ſine cauſ. l. 38. pr. ad l. Iul. de adult. §. adfinitatis cum ſeq. Inſtit. de nupt. l. nemini. C. eod.* Cum hi parentum liberorumque loco habeantur *d. l. 4. §. 7. de gradib. l. quia parentis. 16. ff. ſolut. matrim. d. §. adfinitatis. Inſtitut. de Nupt.* Quibus annumerantur, qui ſi-
43 bi invicem ſunt loco fratrum & ſororum, ut levir, mariti frater & uxor fratris *l. fratris uxorem. l. licet. 8. l. fin. C. de inceſt. nupt.* Extra hos, qui ſunt
44 adfines nullam jure civili reperiuntur habere prohibitionem *d. l. 4. §. 7. ff. de gradib.* Cuiac. *in parat. C. de inceſt. nupt.* & clare ita reſpondit Alexand. *conſil. 229. Ponderatis biſce num. 7. volum. 6.* Fichard. *conſil. 68. §. Hierauff ꝛc. verſic. Soviel Erſtlich/ ꝛc. vol. 2.* ubi paucis & quidem proximioribus adfinibus ſaltem Jure Cæſareo matrimonio interdici demonſtrat. Quæ eſt ſententia Weſembec. *in parat. ff. ad l. Iul. de adult. num.*
45 22. ubi à marito non committi proprie inceſtum niſi cum aſcendentibus vel deſcendentibus & ſorore: non autem cumillis, qui ulteriore gradu ex latere aut per adfinitatem ipſi coniunguntur, aperte ſtatuit.

Quod ea ratione fulcitur, qua in tranſverſa-
46 libus jure civili non omnes qui liberorum parentumve locum obtinere videntur, eo quod forte in linea inæquali ſunt, ſed eos ſaltem, qui própius parentum loco, ut novercam & privignum, ſocrum & nurum, inceſtum committere dicimus. Cum reliquis perſonis licet quodam-
47 modo accedant ad vicem parentum & liberorum, tamen inceſtus non æque perpetratur; ut docte explicarit Cuiac. *in d. l. 38. ad l. Iul. de adult. libr. 36. quæſt. Papinian.* & aliud eſſe eos haberi loco parentum, aliud eſſe parentes dixit Alexand. *d. conſil. 229. num. 8. in fin. vol. 6.* Idemque inſuper hoc ipſo corroboratur, quod in Affini-
48 tate jure civili non ſint conſtituti gradus *l. 4. §. gradus. 5. de gradib.* ſed ſaltem eo jure habeatur reſpectus ad reverentiam, quæ aſcendentibus, & propinquitatem, quæ collateralibus debetur. Hæc autem ipſa ratio propinquitatis, cum mere
49 civilis ſit, juxta ea, quæ jam ante deducta ſunt, cum jus poſitivum extra caſum fratrum & ſororum pro ſuo mero arbitrio in reliquis extendit & reſtringit quemadmodum in ſimili Accurſ. *in l. 1. §. initium. verb. ratus. ff. de poſtul.* in iis, quæ ſunt de juſtitia poſitiva non eſſe maximopere quærendam rationem ſtatuit.

Concludo igitur concubitum cum uxore filii
50 fratris jure Cæſareo tanquam in Adfinem commiſſum pro inceſtuoſo nequaquã, ſed jure Canonico & moribus hodiernis ſaltẽ eiuſmodi indubitato reputari, & conſequenter in præſenti facti hypotheſi coniunctionem iſtam, de qua agimus, hoc jure tanquam inceſtuoſam damnandam eſſe.

Reſtat, ut quæ pœna in Inquiſitum propter hunc Coitum maneat, diſpiciamus.

Sane jure civili nulla poteſt dici eſſe conſtitu-
51 ta in hoc caſu pœna, cũ inter eiuſmodi coniunctos, ſecundum jam deducta licita ſit Copula; Quod autem fit jure permittente, pœnam non meretur *l. Gracchus C. ad l. Iul. de adult. l. 3. §. fin. ff. de concubin.*

Juris Canonici pœna inceſtum Committen-
52 tium

tium mortis quidem nulla est, Cum Ecclesia neminem ad mortem condemnet *c. iura sanguinis. extr. ne Cleric. vel Monach.* Tiber. Decian. *cons.* 115. *an sit. num.* 13. *vol.* 3.

53 Sed ea præcipue hoc jure incestuoso irrogatur ut quod supereſt vitæ, sine ulla spe coniugii in perpetuo luctu & squalore perpetuaq; pœnitentia trãsigat *c.* 2. *& 8. de eo, qui cognov. consangu. uxor. suæ vel sponſ. c. de incestis.* 35. *q.* 13. Cui adduntur & aliæ, quas ad longum recenset Menoch. *6. A. I. Q. cas.* 502. *num.* 9. *& seqq.* Quibus nostro casu locum dari non est quod dubitetur. Cum vero de ea, ut Ecclesiasticum forum spectante, in præsenti potissimum non quæratur,

54 An nihilominus pœna quæ jure civili nuptiis incestuosis præstituta est, etiam hodie locũ habeat in iis, quæ incestæ saltem sunt, secundum juris Canonici dispositionem? id inprimis in nostra hypothesi inquirendum erit, quo sciri possit, an Reus noster ex juris Canonici Regulis incestuosus, pœna legibus Civilibus incestuosis dicta à civili magistratu affici debeat?

55 Affirmativam sententiam quoad pœnam Juris civilis videlicet infligendam, ita incestas Nuptias intelligendas esse, ut eas quoque gradibus jure Canonico prohibitis contrahuntur, licet jure civili prohibiti non sint, comprehendamus, legemque civilem in hac re omnino ad Canones referendam esse, tenet Abb. *in c. & si necesse. de donat. inter vir. & uxor.* Dec. *cons.* 158. ubi hanc communem dicit, quam sequitur etiam & defendit Covarruv. *de matrim. 2. p. §. 8. de incest. nupt. num.* 30. & alii relati à Nicolao Bellano *cons.* 84. *num.* 5. cum quibus & ipse Bellonus convenit in nuptiis iure Canonico incestis, licet in simpliciter prohibitis secus obtinere existimet *ibid. num.* 6.

56 Et hæc opinio verior & probabilior visa est Menoch. *centur. 6. cas.* 502. *n.* 66. *& seqq.* ubi ultra Decium duabus rationibus eandẽ confirmat & contrariis respondere nititur. Idemq; sentire videtur Gomez. *ad l. Tauri in l.* 80. *& duab. seqq. n.* 15.

57 *vers. Et hæc eadem.* ubi plane in terminis nostris pœnam incestus locum habere dixit, quando quis scienter habet accessum ad uxorem consanguinei sui infra quartum gradum, quod ultra

58 adulterium committat crimen Incestus. Contrariæ tamen opinionis fuit Anchoran. *cons.* 392 *videtur* Calderin. *cons.* 2. *contraxit. tit. de consanguin. & affin.* Joan. Faber. *in §. si adversus. Instit. de nupt.* Bertrand. *cons.* 217. *Punctus vol.* 3. Decius sibi parum constans. *cons.* 268. *num.* 5. Angusola *cons.* 7. *lib.* 1. Alexand. *d. cons.* 229. *n.* 6. *vol.* 6. *ubi ex-*

59 *presse ait*, Iura civilia imponentia pœnas pro incestu intelligi solum quoad personas, inter quas prohibitæ erant Nuptiæ de jure civili ratione consanguinitatis vel Adfinitatis, non autẽ quoad personas, inter quas ex dispositione juris Canonici tantum essent prohibitæ nuptiæ.

60 Quod etiam sequitur Follerius *in practic. crimin. n.* 95. ubi hanc opinionem communiorem, probabiliorẽ & magis veritati consentaneam, & Decium, qui contrariam communem pronunciavit deceptum esse dixit. Eandem in puncto juris veriorem, cui etiam libentius, si casus contingeret, adhæreret, cum mitior & benignior sit,

ait Clar. *lib. 5. sentent. §. Incestus n.* 3. Huic quoq; 61
adstipulatur Sonsbec. *de feud. p.* 12. *vers. undecima. concl. n.* 13. *& part.* 13. *n.* 34. Modest. Pistor. *cons.* 35. *n.* 23. *& seqq. vol.* 2. Gabriel. Palæott. *de Notis & spuriis c.* 42. *n.* 8. *& seqq.* Angust. *in addit. ad Decium d. cons.* 159. *lit. A.* plures congessit Vincent. de Franchis *decis.* 240. *n.* 15. Et ab hac po- 62
steriore opinione iudicando recedi non debet, cum in tanta Dd. varietate mitiorem potius, quã duriorem sequi sententiã expediat. In ambiguis 63
enim pœnæ molliendæ sunt *l. si præsertim. l. interpretatio ff. de pan. l. factum cuique. §. in pœnalibus. de R. I.* Barthol. Bertazz. *cons.* 271. *n.* 12. *vol.* 2.

Idq; eo magis, quod in iis licita non videatur extẽsio Constitutionis pœnalis ad Constitutionem alterius authoris, Ex quo in pœnalibus pro- 64
hibetur extensio gloss. *in c.* 1. *verb. Italia de temp. ordin. in 6. gl. in §. Item mista verb. Iudicium. Instit. de act.* Nisi forte secundum priorem affirmativam 65
in foro delicti iam ante iudicatum vel consuetudo loci esset; Tunc sane tute iuxta eam pronunciari, & Reus tanquam incestuosus condemnari, pœnaq; legum civilium affici posset, quemadmodum etiam sentit Clar. *d. §. Incestus. n.* 3. *in fin.* in imponendis quippe pœnis iudex impune ser- 66
vat loci consuetudinem *l. si quis reum. ff. de custod. Reorum infinitos congerens.* Farinac. *lib.* 1. *titul.* 3. *q.* 17. *n.* 18.

De qua tamen cum in specie mihi nihil con- 67
stet, nec desuper in præsenti hypothesi fundamentum ponere possum, sed ex iure communi priori adhæreo sententiæ. Reũ videlicet quoad hanc cum uxore filii fratris sui carnalem copulã Incestum non commisisse, neque pœna Incestus iuris civilis ob iuris Canonici determinationem affici posse.

Idem omnino de secunda Vxore, videlicet 68
Gangolfii, sentio cum & hæc ipsi inquisito per uxorem affinitate saltem, & quidem tertio gradu coniuncta sit. Et eo gradu de iure civili, si in linea æquali transversalium fuit, omnino inter ipsius uxorem eiusq; cognatos permittatur matrimonium *argum. §. duorum. 4. Instit. de nupt. l.* 19 *C. de nupt. l.* 3. *ff. de ritu nupt. l.* 23. *cum leg. seq. ff. de condit. instit. l.* 78. *§.* 8. *ad SC. Trebell. l.* 2. *C. de Instit. & substitut.* Graviusq; facinus perpetrat, qui 69
proprii consanguinei, ut in casu præcedenti, quã qui uxoris consanguineæ, ut hoc casu, thorum maculet Hieronym. de Cævallos *pract. quæst. commun. contra commun. q.* 737. *num.* 3. *in fin.*

De coitu cum tertia uxoris suæ sororis filia 70
Christina, maior dubitandi ratio esse potest, sed nec casu hoc incestum iure civili committi, nec pœnam Incestus locum habere expresse in terminis nostris late demonstravit Alexand. *d. cons.* 229. *n.* 4. *vol.* 6. *& seqq.* Quemadmodum & uxo- 71
ris defunctæ fratris filiam licite jure Cæsareo in uxorem duci posse, respondit Fichard. *consil.* 68. *per tot. vol.* 2. Sed fortiter nihilominus contra hanc coniunctionem illud stringit quod adoptivam hanc fuisse inquisiti filiam in transmissis allegatur: Quod sane si ita esset, & adoptio debi- 72
to modo facta foret, nefariã & incestuosam dicere hanc coniunctionem non vereremur: per adoptionem enim vinculum civile filię loco ipsi esse cœpit, text. express. *in §. 1. Instit. de Nupt.*

verb.

verb. & hæc adeo l.14. l.17. §.2. de rit. nupt. quam in uxorem ducere nefas exiſtimatur, quemadmodum in filia adoptiva expreſſe loquitur Cai 73 *in l.55. de Rit. nupt.* Et ex hoc vel ſolo capite ipſum tanquam iuris civilis inceſtus reū omnino damnari poſſe cenſeo. Quo præſuppoſito, quæ pœna inceſtui jure civili dicta ſit, videamus.

74 Iacobus quidē Novellus *in practic. ſua crimin. §. non invtiliter fol.103. n.11.* inceſtum non poſſe puniri corporaliter, niſi lege municipali caveatur, ſtatuit. Idem tenet Alexand. *conſil. 229. n.4. & 5. vol.6.* Vincent. de Franchis *deciſ.378. per tot.* & alii adducti à Iacobo Thomingio *deciſ.* 75 42. *n.6.* Alij tamen ſimpliciter, quando non in figura matrimonij inceſtus ſit, huic pœnā mortis eſſe dicunt, quos refert Teſſaur. *deciſ.* 100. *n.3.* Thoming. *deciſ.42. n.3.* quibus addo Fichard. *conſil.63. n.10. volum.2.* Thom. Treviſan. *deciſ. 59. n.4. libr.2.* Gomez. *ad l.80. Tauri. nu.* 15. Muſcatellus *in praxi crimin. Rubric. de Adult. c. de director. crimin. privileg. & pœn. n.50.* Et hanc communem teſtatur Clarus *d. libr.5. ſentent. §. Inceſtus. n.* 2. Et veriorem de jure Codicis dixit Menoch. *de* 76 *A.I.Q. cent.6. caſ.502. n.* 34. Sic & Baldus *conſil. 429. ſuper eo. libr.5.* putat, pro inceſtu poſſe imponi pœnam gladij, eo quod pœna hæc de jure Codicis hodierno imponatur adultero, cui in pœna æquiparatur Inceſtus ſecundum *gl. in l. ſi adulterium cum inceſtu ff. ad l. Iul. de adult.* quam dicit communiter approbatam Treviſan. *d. loc.* Covarruv. *de matrimon. part.2. §.8. n.2.* Sequitur Ægid. Boſſ. *in pract. crimin. tit. de coitu damnato. n. 4.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſtat. libr.6. c. 49. nu. 6.* Hotoman. *conſil.96. n.5. & ſeq.*

77 Et licet ad hanc æquiparationem, vti ſolum autoritate gloſſæ, non alicuius legis innitentem, pro cōtraria ſententia abunde reſpondeat Vincent. de Franchis. *d. loco nu.2. & ſeq.* Modeſt. Piſt. *in Illuſtr. quæſt. jur. Civil. & Saxonic. part. 1. quæſt.* 78 92. *n.9. & ſeq.* Tamen Vincent. de Franchis, *in d. loco.* de Collateralibus ſaltem loquitur, & Modeſt. Piſtoris ipſemet à priore ſententia recedit *n.16. & ſeq.* Vt in præſenti caſu quo inter aſcendentem & deſcendentem, patrem nempe & filiam adoptivam interceſſit coitus, non immerito poſteriori ſententiæ, qua inceſtum morte mulctandum diximus, inhærere poſſimus; Cū 79 in aſcendentibus & deſcendentibus gravius ſit puniendus concubitus, quam in tranſverſalibus 80 *d. l. fin. de rit. nupt.* Qua de cauſa pœnam mortis indubitato inferendam perſonis, in linea inferiori & ſuperiori inceſtum committentibus, late demonſtravit Boer. *deciſ.* 318. Damhouder. *in pract. crimin. c.94. n.4.* Thoming. *d. quæſt.42. nu. 7. & ſeqq.* Teſſavr. *deciſ.* 100. *n.4.* Modeſt. Piſtoris *d. quæſt.42. n.16. & ſeqq.* Weſembec. *in parat.* 81 *ff. ad l. Iul. de adulter. n.23.* Jn tantum, ut parentes propter coitum cum eorum filiabus fuerint igne combuſti, vel furca ſuſpenſi, juſſu Senatus Mediolanenſis teſte Boſſio *d. tit. n.6. & 7.* Et pœnā ignis iſtis irrogari ſe vidiſſe teſtatur Muſcatellus *d. loc. n.52.* pœnamque gladii hoc caſu in marito in foro Saxonico receptam traditur à Scabinis Wittenbergenſibus *in cōſultat. Saxonicis nuper impreſſis p.4. de delict. quæſt.3. n.8. & 15.*

82 Etſi vero non ignorem, hos quidem non omnes in parentibus & filiis naturalibus loqui, nihilominus tamen id ipſum de liberis, qui per civile adoptionis vinculum nobis quæſiti ſunt quicquam accipiamus, nihil, quod magnopere obſtare poſſit, video, maxime cum quo ad irrogationem pœnæ potiſſimum de civili Inceſtu quærendum ſit. Quando autem inter parentes 83 & liberos adoptivos non minus eodem, quam inter ipſos naturales legibus civilibus damnatus coitus ſit *d. §.1. Inſtitut. de nupt.* Et in adoptione parentes liberis cognati ſint *l.4. §. in adoptionem* 10. *ff. de gradib.*

Naturam enim adoptio imitatur, & vtcunq; non adferat jus ſangvinis, adfert tamen jus agnationis *l.23. de adopt.* Idq; nec jure Canonico immutatum repertatur. Sed & hoc jure Cognatio legalis, quæ matrimonium impediat, appelletur *tot. tit. extr. de cognat. legal.* Secundumq; magis communem opinionem Dd. & matrimonium jam cōtractum dirimat Hieronym. de Cævallos *in ſpecul. aur. commun. contra com. q.* 250. Merito hæc coniunctio pro inceſtuoſa, & quæ inceſtuoſis juris civilis luenda pœnis ſit, habebitur, Cum & alias par coitus condemnati & inceſtus habeatur ratio, vt tradidit Cravetta *conſi. 687. Quoperſpicuā n.5. vol.4.* Jnceſtus quippe eſt quævis illicita jure civili viri & vxoris coniunctio juxta *l. 38. §. Inceſtu. 7. ad l. Iul. de adult.*

Confirmantur autem hæc omnia etiam eo, 84 quod cum inceſtu & aliæ hoc caſu concurrant qualitates iſtam coniunctionem aggravantes, verum nempe adulterium inde commiſſum, quod alter ex coeuntibus, Iliquiſitus videlicet, tempore coitus in matrimonio ſteterit. Cōcurrente autem adulterio cum inceſtu, tunc pœnam capitalem eſſe inceſtuoſo irrogandam tradunt Iacob. de Belviſo *in pract. crimin. c. de leonibus. in fin.* Clar. *libr.5. §. Inceſtus. n.2.* Quam ſenten- 85 tiam eſſe communiter receptam ex Paulo Grillando Lancellot. Conrad. ſcripſit Thomingius *quæſt.42. n.3. in fin.* Matth. Colerus. *deciſ.174. n.* 5. vbi inſuper allegat Damhoud. *in pr. crimin. tit. de inceſt. nupt. c.94. n.5.* Sacid. *tit. de Nupt. rubric. de Illicitis. n.12.* Et ſine controverſia hodie eſſe pœ- 86 nam mortis, ait Menoch. *centur. 6. caſ. 502. num.* 40. qui tamen *ibidem n.31. jure civili ff.* ſive ſolus inceſtus ſive ei coniunctum fuerit adulterium ſecus fuiſſe & tantum pœnam deportationis, nō mortis habere locum probat. Et ſine dubio ſi 87 inceſtus fornicationem concomitaretur qualitatem adulterii, ſtupri, & alicrum, tunc pœnam eſſe mortis naturalis ait Muſcatellus *d. loc. n.52.*

Obſtare autem hiſce videtur, quod ipſa filia adoptiva tempore coitus coniugata non fuerit. Iure autē civili adulterij nomē nō finitur in viro 88 tem habente cum virgine vel vidua, ſed ſtupri duntaxat *l.6. §.1. l. ſtuprū ff. ad l. Iul. de adulter. l. interſtuprum. de V.S. l.1. vbi gl. C. ad l. Iul. de adult. ibid.* Cuiac. *in parat. tit.* Clarus *in §. Adulterium n.2.* vbi ex Rolando hanc indubitatam Dd. ſententiā dicit Alvar. Valaſc. *conſultat. de rer. judicat. tom.1. conſult.29. n.6.* vbi ſimul aſſerit, coitum vxorati 89 cum muliere ſoluta, non concubina, nō eſſe punibilem lege aliqua civili Covarruv. *de ſponſal. p.2. c.8. §.5. n.1.* Everhard. à Middelb. *conſil.179. n.2. & 4.* Mandell. *conſil.37. n.1. & ſeq.* Anton.

Sola

Sola. *in constitut. Sabaud. Rubric. de concubinatu Laicorum gloss. un. nu. 6.* late Petr. Heig. *quæst. jur. civ. & Saxon. p. 2. q. 29. n. 5. & seqq.* Coler. *in decis 176. n. 1. & n. 21. & seq.*

90 Et quamvis contrarium singulariter astruere conetur Menoch. *lib. 2. arb. cas. 420. num. 106. & seqq.* Cujus quidem opinio de jure canonico ejusq; pœna excommunicationis videlicet *c. intelleximus de adult.* minus habet dubii, cum eo jure ubicunq; maritus vel uxor habet rem carnalē cum quovis alio, quam cum proprio conjuge dicatur adulterasse text. *in c. puto. 35. q. 5. d. c. nemo. 32. q. 4.* & sensim Christianorum institutis propter legis divinæ Sanctimoniam & veterum Ecclesiæ primitivæ Dd. auctoritatem re-
91 ceptum sit, ut adulterium dicatur indistincte in eo vel ea, qui, quæve suum vel alienum conjugium contaminavit Hotoman. *cons. 96. n. 1.* quod etiam tenet Guid. Papa *consil. 153. in curia n. 1.*

Non tamen continuo idem de jure civili inductum, sed in eo jus canonicum à civili differre dicendum est, ut hanc distinctionem juris Cæsarei probat Clarus *d. §. adulterium. p. 2. &* Dd. communiter quorum immensum numerum cumulavit Flamin. de Rubeis *tr. de Adult. t. 5. n. 3.*

Verum tamen quicquid sit, etsi ponatur hoc casu adulterium commissum dici proprie non posse (prout de juris civilis veritate omnino statuendum est, quicquid dicat Menoch. cujus argumenta, nisi superfluum esset, sigillatim non foret refutare difficile) tamen vel sola indubitatō hic concurrens stupri qualitas efficeret, ut ad
92 pœnam mortis naturalis deveniretur, quemadmodum explicavit expresse Muscatell. *d. loc.* ubi clare dixit, si incestum fornicationem concomitaretur qualitas adulterii, stupri, &c. sine dubio esset pœna mors naturalis.

93 Et ita quoad pœnam incestus vel solum haberi respectum ad matrimonium matris statuisse JCtos & Scabinos Wittenbergenses refertur *consultat. Saxon. p. 4. q. 3. num. 15.* ubi expresse ajunt: Jn dieser Widerwertigkeit halten wir juxta Grillandi doctrinam, das sicherste seyn / wo incestus inter descendentes & ascendentes & collaterales in secundo gradu lineæ inæqualis begangen wird / daß dann der Mannsperson mit dem Schwerd / die ledige Weibsperson aber mit dem Staubschlag zustraffen / deßgleichen wo eines ehelich / solches soll am Leben / das ander mit Staubschlagen / da sie aber sambtlich ehelich / beyde mit dem Schwerd gestrafft werden.

Unus saltem mihi in hoc ipso remanet nodus;
94 responsum videlicet Marciani *in l. 5. ff. de quæst.* ubi quidem, si quis viduam vel alii nupram cognatam, cum qua nuptias contrahere non potest, corruperit, ob duplex crimen, incestum nempe dum cognatam violat contra fas, & stuprum virgini vel viduæ honestæ viventi illatum, non pœna mortis naturalis afficiendum, sed deportandum esse statuitur. In qua l. & similib. omnino terminis (nisi ꝙ vir viduus & solut⁹ nec filia adoptata fuerit) in primis se fundat Alex. *il. cons. 229. n. 13. vol. 6.* Cum eum, qui cognovit
95 carnaliter filiam sororis uxoris suæ præmortuæ, tantū deportatione, & cum hæc hodie ab usu recesserit, arbitrio judicis saltē puniendū respōdit.

Glossa quidē pœnā deportationis quandoq; ex dignitate & nobilitate sufficere in annotationib. *ad d. l. si quis viduam, &c.* dixit: atq; ita innuit aliis majorem pœnā imponenda esse, quæ etiam est sententia Corasii *2. misc. c. 1. n. 7. & 8.* Tamē text. ipse, neq; in nobilitate, neq; in dignitate se fundat, sed generaliter loquitur, & tamē nō imponit majorē pœnam deportatione; Idcoq; sine lege loqui non immerito erubesco, maxime in causa criminali, Jus enim profitentib. sine lege quemquā interficere nō licet, ut eleganter & sancte loquitur Modestin. Pistor. *d. q. 92. n. 4. part. 1.* In simili religiose Tessaur. *decis. 12. n. 7.* quando non habemus textus claros & apertos, tunc quamvis omnes fere Dd. Reum morte dignum 97
judicent, se nihilominus pro absolutione sententiam dicere non dubitare ait.

Nec tamē inficias ibo, cū res pessimi exempli sit, & admodū hisce nostris temporib. scandalosum, ideo judicē hoc casu suo arbitrio ob supradictas adoptionis & juris Canonici, tam quoad grad⁹ prohibitionē, quā adulterii definitionem, concurrentes delictumq; aggravantes circumstantias, pœnā, quam ei Alexand. *d. consil. 229. n.* 98
13. tribuit arbitrariā, licite ad mortē naturalem extendere posse) Idq; eo magis, quod sæpe vel
99 soli de stupro cum puella cōmisso ea pœna dicatur, juxta text. ab ipso Alexād. allegatū *in l. 1. §. fin. de extraordin. crimin.* Utcunq; stupri pœna ordi- 100
naria ex L. Julia non sit capitalis *§. Item lex Julia Instit. depublic. judic.* tamen non extraordinaria (quales hodie omnes pœnæ esse cœpere *l. hodie 13. ff. de pœn. l. ordo 8. de public. judic. l. 7. §. fin. ad l.* 101
Jul. repet. Mynsi. *2. observat. 30.* Cujac. *8. observat. 33.* Martin. Delrio *disquisit. Magicar. lib. 5. sect. 1. versic.* Secundo sciendum est. Farinac. *inpr. crimin. lib. 1. tit. 3. q. 17. num. septimo.*) secus obtinet. 102
Quemadmodum eam capitis esse expresse docet *d. l. 1. §. fin. ff. de extraord. cognit.* juxta intellectum Alciati *5. paradox. c. 10. & in l. transigere nu. 10. C. de transact.* quem sequitur Caldas *in l. si Curatorem. verb. adversus dolo. num. 57. C. de integr. restitut. minor* & cum iis sentit Menoch. *lib. 2. cent. 3. cas. 288. n. 11.*

Et hactenus de trib. inquisiti incestuosis con- 103
junctionibus. Deinceps de cæteris videbimus. Miscuisse autem se inquisitum non conjugatis, utpote Wältin Webers Frawen von Uberach (quam semel antequam alteri juncta fuerat carnaliter cognovisse fassus est) & Anna Simon Bergers Tochter von Elsasszabern jetzt in der Walcken ex transmissa ejusdem confessione deprehenditur. Quarum sane conjunctionum causa ultra stupri pœnam in ipsum animadverti jure Cæsareo non potest. Cum, ut jam dictū est, hoc jure ad personam patientem, non agentem habeatur respectus, ut si parens alieno thoro sociata non sit, non adulterium, sed stuprū saltem cōmissum intelligatur. Adulterū enim est pro- 104
prie alienæ matrisfamilias corruptio *l. suppositivus. 225. de verbor. signif.* Malcard. *de probat. concl. 58. n. 2.* Boss. *tit. de coit. damn. & punibili. n. 23.*

Hujus autem delicti, quando videlicet mari- 105
tus stuprat solutam non simplex pœna stupri est, sed alia corporalis, fustigatio videlicet, qua delinquens eo casu coercetur Wesemb. *in paratit.*

ff. ad L. Iul. de adult. num. 21. Prout & in judiciis
106 Saxonicis eo caſu pronunciari conſuevit. Quęſt. Saxon. *p. 4. quæſt. 2. num. 2. & quæſt. 45. num. 1.* facit text. *in §. Item Lex Iulia Inſtitut. de public. judic.* Coler. *deciſ. 176. n. 7.*

107 Hodie tamen in Saxonia, ſi maritus vel uxor habeat conſuetudinem cum ſoluta vel ſoluto, conjugatum gladio & ſolutam cum relegatione virgis cædi, teſtis eſt Beuſt. *de matr. cap. 18. verſic.*
108 Sed hodie: Quamvis & huncadeoque ſtupri etiam ſimplicis pœna ob vilitatem perſonæ, cum qua vircoivit, puta ſi ea ancilla vel jam ante corrupta foret, maritum conjugatum liberum pronunciet. Boſſ. *tit. de coit. damnat. n. 25.*

109 In cujus tamen opinionem pedem non facile poſuerim, præcipue cum de ſtupratarum perſonarum vilitate & corruptione mihi non conſtet, & in dubio nequaquam ſtupratam, ſed virginem eſſe ſtatuendum ſit, Maſcard. *de probat. concluſ. 1410. num. 1. & ſeqq. volum. 3.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 2. numer. 4. & ſeqq.* Thomas Treviſanus *lib. 2. deciſ. 26. num. 16.*

110 Quin etiam aggravatur ſtuprum hoc caſu in perſona ſupradictæ Annæ commiſſum, quod huic poculis abortionis partum abigere & necare author fuerit. Dans autem cauſam abortui, cũ jã fœtus animatus eſt in utero, pœna homicidii ordinaria tenetur *l. ſi mulierem. ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. pen. C. eod. l. Cicero 39. de pœn. l. Divus Severus. ff. de extraordin. crimin.* juxta intellectũ communem, de quo teſtantur Dd. Decian. *in pr. crimin. lib. 9. cap. 8. num. 13.* Gomez. *3. variar. reſol. cap. 3. de homicid. num. 31.* Teſſaur. *deciſ. 12. num. 2. in fin. & ſeq.* Et in praxi ab hac ſententia recedere, difficile eſſe fatetur Menoch. *de arbit. judic. quæſt. lib. caſ. 357. n. 5.*

Licet ipſe pœnam extraordinariam indiſtinctẽ, ſive fœtus animatus vel non eſſet, eſſe illi infligendam, qui abortui cauſam dedit, exiſtimet.
111 In cujus ſingularis opinionis veritate inquirenda non multum laborandum, cum in terris Imperii à priori ſententia ob expreſſam Caroli V. conſtitutionem criminalem artic. 133. (quo textu eum, qui mulieri partum vivum, ein lebendig Kind/quovis modo abigit, tanquam homicidam, gladio feriendum, mulierem vero per ſe hoc facinus procurantem aquæ ſubmergendam, vel alio ultimo ſupplicio ſubjiciendam fœtum vero inanimatum abigentem pœna arbitrio juris Conſultorum ſtatuenda puniendos eſſe expreſſe diſponitur) judicibus diſcedere fas non ſit.

Et hac quidem de cauſa inquiſitum noſtrum pœna capitis dignum ſine hæſitatione judicarem, ſi effectus ſuum conſilium inſecutus, & d. Anna poculo abortionis ex ejuſdem authoritate & ſuaſione ſumpto partum abegiſſet.

Cum vero de illo non adpareat, imo illa expreſſe ipſius mandatum & conſilium ſequi recuſarit, partumque virum ediderit, ut ex Baptiſmo inſecuto adparet, neque ipſe inquiſitus ad opus aliquod exterius eruperit, ideo ob ſolũ illud de
112 abigendo partu conſilium ipſum capite mulctari neutiquam probare queo. Quamvis enim in atrocioribus conatus & mandatum pro ipſa delicti conſummatione ſufficiat, ut eſt communis Dd. ſententia, teſte Covar. §. *in relect. Clem. ſi furioſus. de homicid. part. 2. num. 6.* Tamen id tunc demum obtinet, ſi ad opus aliquod exterius eſſet 113
deventũ alias enim affectui nulla pœna humanæ legis nocet. Volũtates enim nec legib. nec pœnis fieri obnoxias, eleganter declaravit Covar. *d. loc.*

Deinde poſito, nos hic neutiquam verſari in ſolo conatu, ſed ad opus & actũ aliquem externũ deventũ fuiſſe, tamẽ cum nullus actꝰ proximior, puta præparati aut propinati poculi abortionis allegatus nec deductꝰ ſit, vix eſt, ut quid gravius ex ſola illa ſui animi ſententia & affectu ſeu conſilio contra ipſum ſtatui queat. Utcunque enim is, qui tentavit alterum veneno necare, ob hunc 114
ſolum conatum puniatur *l. 3. pr. ad L. Cornel. de ſicar.* tamen illud haud aliter intelligitur, quam ſi ultra conſilium & affectum ad actum & effectum extrinſecum, non remotiorem tantum, ſed propinquiorem quoque proventum eſſet; Alias enim conatus ad effectum minime pro- 115
ductus ordinarie non punitur *l. cogitationis 18. de pœn. l. 22. §. Et ſi 4. ad L. Corn. de falſ.* Menoch. *li. 2. cent. 4. caſ. 380. n. 47.* ubi nec eum, qui venenum emit, & non propinavit, vel impeditus aut pœnitentia ductus ordinaria homicidii pœna affici neutiquam debere, cùm is ad actum remotum tantum proceſſerit probarit.

Quo facit, quod de conſuetudine generali non ſervari, ut is, qui venenandi affectũ habet, tamen non ſecuto affectu pœna mortis afficiatur ſcribit Decian. *in pract. crim. lib. 9. c. 23. n. 3.* Et in abortionis confecto poculo idem reſpondit Andr. Barbat. *conſil. 23. in hac n. 16. & ſeq. vol. 2.* Quin ſi 116
maxime abortionis poculum revera datũ vel ſuſceptũ foret, cum tamen conſtet, non eſſe ſecutã 117
mortẽ partus, neutiquam dantẽ vel ſuſcipientẽ ideo capite plecti poſſe recte demonſtravit And. Barb. *conſi. 23. in hac quæſtione, n. 15. in fin. & ſeqq. vol. 2.* Decian. *in prax. criminal. lib. 9. c. 12. nu. 6. & 8. n. 16.* plures adduxit Teſſaur. *deciſ. 12. n. 12.* Eſt enim generalis regula conatum in graviorib. criminibus etiã deductũ ad proximum ipſius conſummati ſceleris actũ, quamvis non ſtet per co- 118
nantẽ, quando facinꝰ peregerit, ſed aliquo exteriori impedimẽto vel facto fuerit impeditus, tamen pœna ordinaria delicti neutiquam afficiendus eſt, quam communem ex Hyppolito & aliis dixit Covar. *p. 2. Relect. clem. ſi furioſus de homicid. n. 6. verſic. verum circa illationem.* Generalis quippe totius orbis Chriſtiani conſuetudo obtinuit 119
etiam leges ex juris civilis vigore conatum punientes abrogatas eſſe teſte Speculat. *tit. de accuſat. §. 1.* Clar. *§. ſententi. jur. §. fin. q. 92. n. 1.* Gomez. *3. variar. reſolut. c. 3. de homicid. nu. 30.* Ludovic. à Peguera *in quæſt. criminal. q. 4 nu. 13.* Cacheran. *deciſ. 19. n. 3. ubi vide plures.* Tiraq. *de pœn. temp. aut remitt. conſil. 38. n. 1.* Fichard. *conſil. 64. n. 5. vol. 1.* poſt Cœpoll. & Grammattic. Andr. Barbat. *conſ. 23. n. 16. vol. 2.* Idq; quoad pœnam ordinariam, quam jus commune illis caſibus ſanxit, minus dubii recipere poteſt.

Extraordinarie quidem, quando conatus eſt 120
ad exteriorem actum deductus, nec ſtetit per conantem quin delictum conſummaretur tunc

non

120 non obſtante dicta generali conſuetudine conatum puniendum fore pœna extraordinaria arbitrio judicantis, juxtà ipſius qualitatem nervoſe oſtendit Covarruv. *d. loc. verſic. Tertiò eſt omnino.* Simul ibi docens, hanc extraordinariam & arbitrariam pœnam non eſſe per ſupra dictam generalem conſuetudinem abrogatam. Quem ſecutus eſt, plures in hanc ſententiam adducendo Menoch. *de A. I. Q. 360. numer. 45. & 95.*

Quo etiam modo hanc quæſtionem reſolvere videtur Hieronym. de Cævallos *in ſpec. pr. quæſtion. commun. contra commun. quæſt. 540. num.*
121 *14. & ſeq.* Sed cum nec hoc caſu eam judex ad mortem naturalem extendere poſſit, ſed in humilioribus fuſtigatio, in honeſtioribus pecuniaria tantum ſit ſecundum Menoch. *d. caſ. 360. num. 46.* & Barbat. *d. conſil. 23. num. 28. volum. 2.* (qui in abortionis poculo, qui obſtitit fœtui, ut tempore perfecto naſceretur, loquitur) Cœpoll. *conſil. 80. num. 2. & ſeqq. vol. 5.*

122 Quemadmodum etiam in longe difficilioribus terminis, quando videlicet poculum abortionis revera ſumptum & fœtus abactus eſt, pœnam arbitrariam judicis non deberead mortem extendi, ſed relegationis, exilii perpetui, triennium, &c. ſaltem indici probat Teſſaur. *deciſ. 12. nu. 8.* Multo certe minus noſtro in caſu, ubi ultra primum tractatum non progreſſum, ſed conſilium ſaltem de abigendo partu datum fuit; ad pœnam mortis naturalis deveniri poſſet.

Hoc porro de cæteris conjugatis, cum quibus ſe durante matrimonio adulteraſſe Inquiſitus faſſus eſt, videbimus. Ex his unam nempe Waldburg Mary Krämers deß Schumachers
123 Fraw auß der Walcken / ei ſpirituali cognatione conjunctam invenio, ut cui duos ex S. Baptiſmate levaverit infantes; quo ipſo jure Cano-
124 nico ſpiritualem contrahi cognationem extra dubium eſt; adeo ut inceſtus dicatur committi abeo, qui ſtuprat matrem; (quam commatrem appellant) cujus filiam è ſacro fonte levavit *c. ſi Sacerdos. & c. omnes. c. fin. 30. quæſt. 1. poſt alios* Menoch. *lib. 2. cent. 6. caſ. 502. num. 27. & ſeq.*

Vix tamen eſt, ut ex hoc capite; tanquam in-
125 ceſtuoſus pœnis juris civilis affici poſſit, cum, ut jam, ante dictum eſt, hæ non in nupttis jure canonico; ſed civili jure inter ſuſceptorem & ipſam, quæ ex fonte baptiſmatis ſuſcipitur duntaxat, non autem ejus parentes nuptiæ prohibitæ reperiuntur *l. 26. in fin. C. de nupt.* Hotoman. *conſil. 79. 4.*

126 Deinde utcunque Canones ejuſmodi conjunctiones prohibeant, non tamen ut plane inceſtuoſas execrantur, ut merito pœna juris Cæſarei ad has non extendatur, quemadmodum in terminis reſpondit Bellonus *conſil. 84. n. 6.* quam ex Boerio *deciſ. 264. num. 13.* communem dixit Clarus *in §. Inceſtus, num. 4.* rationem hanc ſubjungens, quod pœnæ ſint molliendæ, non autem acerbius exalperandæ.

127 Et judicem laicum non poſſe pœnam in conſanguinitate ſpirituali, utin commatre, imponere dixit Teſſaur. *deciſ. 106. num. 5. in fin.* Quin tamen aggraventur hoc ipſo cætera Inquiſiti delicta, nequaquam eo inficias, ſic enim ſi con-
128 currat adulterium vel ſtuprum delictum aggravari compaternitate ex Paris de Puteo *tract. de Syndic. §. adulterium num. 8.* probarit etiam Teſſaur. *d. deciſ. 100. num. 5. in fin.* In præſenti autem hypotheſi ubique non minus cum hac ipſa, quam decem cæteris, de quibus Reus confeſſus eſt, vere adulterium commiſiſſe in aperto eſt. Eo enim, quod ipſæ cum quibus rem habuit alterius matrimonio junctæ fuerint adulterium commiſſum nemo negare poteſt. Quin etiam cum hic conjugatus cum aliorum conjugibus rem habuerit improbius. Imo duplicatum adul-
129 terium, ubi duplex thorus violatur, recte dicetur, juxta Clarum *d. §. adulterium lib. 5. num. 2.*

Quæ autem pœna ob varia iſta adulteria ipſum maneat; ſtatim deducetur, ubi id ſaltem primo viderimus, an ſufficienter, nec ne, hoc delictum probatum ſit?

In tranſmiſſa facti ſerie narratur, ipſas mulieres, cũ quibus adulterium commiſſum, Magiſtratui Inquiſitum detuliſſe, earumque tres cum ipſo confirmatas fuiſſe. Quæ ſane delatio commiſſi delicti prima facie vix videtur ad probandum delictum ſufficiens eſſe. Non enim eſſe credendum mulieri aſſerenti ſe à quopiam ſtupratam vel de ſtupro tentatam & adulteratam tan-
130 quam ſociam criminis & contra adulterum prorſus nullam fidem facere, neduin ad condemnationem, ſed nec ad torturam aperte reſpondit Jaſon. *conſilio vigeſimo ſecundo; Accuſator per tot. lib. 1.* Menoch. *libro ſecundo, caſ. 474. num. 23.* Maſcard. *concluſ. 1311. num. 8.* Pariſ. *conſil. 54. num. 8. volum. 4.* Bertazzol. *conſil. crimin. 228. Ex proceſſu num. 9. lib. 1.* alios inſuper in hanc ſententiam adduxit Farinac. *in pr. crimin. lib. 1. tit. 5. q. 43. n. 82.*

Verum enimvero cum Magiſtratus ex hac
131 querela ſtupratarum recte ad Inquiſitionem contra Reum proceſſerit, non eſt dubitandum. Ut enim quoad probationem in ſpecie torturam ſeu condemnationem ſola confeſſio mulieris carnaliter cognitæ non ſufficiat, attamen ad probationem in genere, quo formari Inquiſitio contra ipſum poſſit; utique hujus dicto creditur & ſtabilitur. Quemadmodum elegantiſſime noviter declaravit Muſcatellus in praxi criminali *Rubric. de adult. ſtupro, Inceſtu, &c. nume. 11.*
132 Quo pertinet, quod crimen adulterii probari per juramentum adulteri dicentis, ſe cum uxore alicujus concubuiſſe; ex Alex. Cœpolla, Grammat. Boſſ. Natta, Bertazzol. reſponderit Peregrin. *conſil. 87. num. 19. vol. 1.* Maſcard. *concl. 65. num. 14. & concluſ. 158. num. 4. & concl. 1063. num. 38. juncto. num. 26. & 27.* ubi commixtionem carnalem probari per eos, qui cum muliere vel meretrice rem haberent, pluribus firmavit
133 Idque procedere, ſi adſint & alia indicia ſeu adminicula contra delatum participem criminis ut ad torturam procedi poſſit, fatetur Farinac. *d. loc. numero ſexageſimo octavo & numer. 146. & ſeq.* ubi concurrente aliqua alia ſuſpicione poſſe Reum ob ejuſmodi ſocii confeſſionem tormentis ſubiici, ex communi Dd. ſententia demonſtravit.

Cujuſmodi in præſenti hypotheſi dominos judices habuiſſe ut ad torturam recte progreſſus factus ſit, non dubito. Præſuppono igitur, quoad torturam Reo inferendam ſufficienter eſſe probatum, ut hactenus recte contra ipſum proceſſum veritaſque per torturam inveſtigata fuerit. In tormentis autem cum Inquiſitus plurima & quidem in tranſmiſſa facti ſpecie deſi-
134 gnata varia ſæpiuſque iterata adulteria ipſemet faſſus ſit, ſuamque confeſſionem aliquoties & quidem coram Notario & teſtibus ratificavit (quam tamen ratificationem legitimo modo & ſecundum formam à Claro §. *fin. quæſt. 64. num. 40. & ſeqq.* & Tranquill. Ambroſino *tractat. de mod. formand. proceſſum in form. lib. 4. cap. 5. per tot.* traditam factam & ubique contra Inquiſitum ex juris præſcripto proceſſum eſſe) in facto præſuppono, cum ex tranſmiſſa facti ſerie mihi de ea circumſtantionabiliter conſtare non poſſit) Imo quædam etiam de plano abſque metu
135 tormentorum confeſſus fuerit, ut quoad ea ratificatione nulla opus ſit, ſecundum ea, quæ poſt Covarruv. tradidit Tranquill. Ambroſ. *d. tract. de mod. form. proceſſ. informat. lib. 4. cap. 5. num. 11.* non tam teſtibus, quam propria ipſius Rei confeſſione adulteria probantur. Ut promeritæ pœnæ non immerito locus dari poſſit, ſicuti quando
136 adeſt indicium delicti, ut ad inquiſitionem & ad torturam recte procedatur, ſi ſequatur deinde inquiſiti confeſſio, eum damnandum pœna ordinaria delicti tradidit Muſcatell. *in d. prax. cri-*
137 *min. in proœm. num. 47.* In confeſſum enim nullæ ſunt judicis partes, præterquam in condemnando & exequendo *l. perinde. §. fin. ff. ad L. Aquil. l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reorum.* Fichard. *d. conſil. 65. n. 1. vol. 1.*

138 Adeoque in hoc delicti genere ob difficultatem probationis obtinuit, ut ad confeſſionem utriuſque partis ad pœnam procedatur, quamvis aliter de delicto non conſtet, ut probat poſt alios Daniel Mollet. *2. ſemeſt. cap. 37.*

Supereſt itaque, ut hiſce ita in facto & proceſſu præſuppoſitis deinceps in pœnam adulte-
139 rii confeſſi inquiramus. Eamque quidem ex L. Julia ab Auguſto lata non capitalem *l. 20. §. mulier. 6. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 12. de rit. nupt.* nec ultra Relegationem fuiſſe probat *l. 5. ff. de quæſt.* Et confirmatur à Covarruv. *de matrimon. p. 2. cap. 7. §. 7. numer. 24. & ſeq.* Cujac. *6. obſervat. 11. & 20. obſervat. 18. & 21. obſervat. 17.* Delrio *ad l. Tranſigere. C. de Tranſact. n. 97. & ſeqq.* Connan. *5. comm. jur. civil. cap. 7.* Briſſon. *de adult. cap. 2.* Gomez *ad l. Tauri 80. numer. 47.* ubi communem dicit Me-
140 noch. *libr. 2. cent. 5. caſ. 419. num. 31.* Poſt Auguſtum à poſteriorum videlicet Imperatorum Conſtitutionibus ſive id Alexandri, ut indicare videtur *l. Caſtitat. 9. §. 1. C. ad L. Iul. de adult.* ſive divorum fratrum Diocletiani & Maximiani, ut argumento eſt *d. l. tranſigere. C. de tranſact.* & pluribus contendit *in ejus l. repetitione ICtus*, nunc vero ſocietatis Jeſu Theologus Delrio *in d. l. Tranſigere numer. 17. & 103.* ſive Conſtantini tempore juxta *l. 30. C. ad L. Iul. de adult.* quæ eſt ſententia Cujacii *d. loc.* quam etiam pluribus noviter propugnavit Matth. Kloete *in repet. d. l. tranſigere. p. 2. cap. 3.* Cui etiam ipſe Juſtin. *in Novell. 134. cap. 10. pr.* hoc tribuiſſe videtur & omnes pene Interpp. hanc pœnam ultimi ſupplicii accepto ferunt teſte Menoch. *d. caſ. 419. num. 55.* id primo inductum ſit, capitale factum gladioque in maſculo puniendum eſſe extra dubium eſt text. *in d. l. 30. §. 1. & auth. ſeq. C. ad l. Iul. de adult. §. Item Lex Iulia. Inſtit. de public. judic.* Cujus conſtitutionis juſtitiam defendit Covar. *d. loc. n. 26.*

Deque ejus delicti apud omnes Chriſtianos 141
fœditate fuſe Maſcard. *concluſ. 57. numer. 1. & ſeqq.* Hotoman. *conſil. 95. num. 17.* Annæ Robertus *libr. 1. rerum judicat. cap. 13. fol. 153.* Hieronym. à Laurent. *deciſ. Avenionenſ. 145. num. 3.* & varia punitione Menoch. *lib. 2. cent. 5. caſ. 419. num. 1.* 142
& ſeqq. & noviter Flamin. de Rubeis *tract. de adult. cap. 7. per tot.* Qui eodem *tract. cap. 10.* pœnam mortis naturalis adulterio; & adulterum 143
maſculum ſecuri feriendum infinitas congetens Dd. authoritates *num. 5. fol. 143. & ſeq.* tradidit. Quam etiam communem dicit Eman. Soarez. *theſ. recept. ſentent. in verb. adulterium numer. 38.* Clar. *in §. adulterium. num. 7.* Menoch. *d. loc. num. 57.* Gomez. *ad L. Tauri 80. numer. 47.* & fatetur Vincent. de Franchis *deciſ. 240. num. 5.* Et hæc quidem de jure ſcripto certiſſima ſunt.

Hodie contrarium paſſim uſu receptum eſt. 144
Ut enim adulterii pœna mors ſit; in praxi tamen citra mortem puniri teſtatur Thomas Treviſanus *deciſ. 591. num. 4. libr. 2.* Et in omnibus fere provinciis pœnam mortis pro adulterio immutatam in ejuſque locum ut plurimum pe- 145
cuniarias pœnas ſubrogatas eſſe aſſerit Clar. *in d. §. adulterium. num. 8.* Oddus *tractat. de reſtitut. p. 2. quæſt. 81. art. 1. nu. 7.* Quod multorum locorum ſtatutis comprobat Menoch. *libr. 2. caſ.* 146
419. num. 74. & ſeq. Et hanc conſuetudinem generalem & notoriam eſſe, quæ non indiget probatione, reſpondit Cravetta *conſilio centeſimo tri-* 147
geſimo ſeptimo, à num 6. uſque ad fin. & tractat. ſuo de antiquitat. tempor. p. 4. §. Videamus. num. 25. in fin. Hotoman. *conſilio nonageſimo ſexto, numer. 4.* 148
ubi tantam eſſe inter Chriſtianos morum corruptelam; ut jus Imperatorum hoc adulterii caſu non de vigore ſervetur & frequentiſſime pœna adulterii ſit arbitraria & ſecundum perſonarum & facti circumſtantias varietur, dixit, & Anton. Sola *in Conſtitution. Sabaud. tit. de concubinatu laicorum gl. un. numero ſeptimo*, ubi facete dixit, ſi lex Julia ſervaretur, multi homines ſine capite ambularent. Deque conſuetudine Germaniæ in ſpecie; excepta ſola Saxonia; 149
idem probavit Fichard. *conſilio centeſimo decimo quinto, numer. 7. & 8. volumine ſecundo, & conſilio ſexageſimo quinto, numero ſecundo, volumine primo.* Et de pleriſque Germaniæ locis id retulit 150
noviſſime Petrus Heigius *part. 2. quæſtione vigeſima nona, numero ſeptuageſimo quarto*, ubi hoc parum antiquis Germanorum moribus convenire dixit.

Sed hæc omnia ita intelligenda ſunt; ut 151
quoad acculationem maritorum, quibus hodie turpe videtur accuſare adulteras, quas ſua manu

virili-

viriliter punire possunt pœnæ adulterii quidem in desuetudinem, alias autem minime abierint, existimat Menoch. *lib. 2. cent. 4. cas. 398. num. 24. & seq.* quod & voluisse videtur Marc. Anton. de Amatis *decis. 123. num. 1.* ubi male dicere eos ait, qui dicunt adulterium non esse punibile propter nimiam delicti consuetudinem, quasi magnatum ludum.

152 Imo nec procedere, nisi in specie desuetudo istius Provinciæ, in qua adulter comprehensus est, per contrarium factum implicitum, ut quia adulteri alia pœna ibidem puniti sint, deducatur ex Johan. Fabro *in §. Ex non scripto. & in §. Item L. Iulia. num. 3. & in l. 2. in fin. C. quæst long. Consuet.* probavit Martin. Monterus *decis. Arragon. 15. n. 21. & seqq.*

Cujusmodi contraria facta utcunque Haganoæ contigisse inquisiti consanguinei in supplicatione 10. Maji An. 602. exhibita allegent, tamen nulla in specie deducunt. Nec constat, an difformis consuetudo fuerit, poterit enim qui-

153 busdam, non omnibus esse remissa pœna capitalis, quæ difformis consuetudo non efficit abrogationem pœnæ juris communis, ut in his terminis abrogatæ pœnæ adulterii decisum est in S. Neapolitano consilio referente Vincent. de Franchis *decis. 240. num. 11. & seqq.* De cujus tamen justitia dubitat Monter. *decis. Arragon. 15.*

154 *n. 27.* Similiter nec constat de justo istius provinciæ desuetudinis tempore, quod tamen utique requiritur, cum alias per solum non usum haud tollatur legis vigor Gail. *2. observ. 60. nu. 3. Sola in proœm. decretorum. gl. 4. nu. 45. in constitut. antiq. Sabaud. & nu. 31. & seqq.* ibidem communem dicit Burs. *consil. 121. nu. 22. libr. 2.* Vivius *decis. 338. n. 7. lib. 2.*

155 Nec enim valet argumentū à non usu legum ad earum derogationem, cum leges semper loquantur Petrus Heig. *2. quæst. 23. n. 23. & 26.* ubi eleganter subjungit, non valere allegationem

156 imperitorum Advocatorum. Nunquam hoc factum fuit, ergo fieri non debet, eo quod fiendum solo temporis cursu non tollatur *c. cum ex officii. extr. depræscript.* Nicol. Everhardi, *in topicis loco à solitis n. 14.* Ut sanc his consequens sit, non simpliciter ob supradictam à Dd. nude allegatam desuetudinem à pœna juris communis adulteros immunes pronunciari posse.

Quin etiam posito eam quam dixi à Dd. allegatam generalem juris communis desuetudinem etiam Haganoæ receptam esse, tamen nec hæc in nostra hypothesi seqq. de causis attendenda foret. Primo quod numero 10. allegentur mulieres cum quibus verum adulterium & quidem aliquot centum vicibus, ut in specie de Catharina Jacob Agenhawers Frawen zu der Walcken / ipsemet inquisitus una cum adultera fatlus est, perpetrarit.

Hæc enim assuefactio & consuetudo nimia tale crimen committentis pœnam regularem omnino adaugeat, cum eo gravius quis coercendus sit, quando diutius infelicem animam alli-

157 gatam detinuit, ut in iterabili & quidem adulterii delicto tradidit Tiraquell. *de pœnis caus. 29. numer. 3.* Tessaur. *decis. 76. numer. 6.* Farinac. *in practic. crimin. tit. de inquisitione quæst. 10. numer. 86.*

Non secus ut eo casu, quo ex forma legis vel statuti pro aliquo crimine esset imponenda pœ- 158
na pecuniaria, & accusatus de hujusmodi delicto convinceretur, quod illud etiam alias patrarit, idque sæpe (quod ipsum tamen vel in duobus actibus seu vicibus verificari docet Mascard. 159
infra dicendo loco num. 11. & seqq. cui addo Burs. *consil. 142. num. 7.* Grammaticum *decis. 16. & decis. 48. num. 8.*) tunc hunc reum capitaliter pœna ultimi supplicii puniendum, scripsere uno consensu Doctores omnes *in l. 1. per illum text. C. de superin. lib. 10.* quos refert Mascard. *concl. 838. num. 2. & seq.* ubi ex Angelo subjungit, quod quando Assessores velint aliquem facere reum mori, ponunt in Inquisitione, quam formant contra eum, quod illud seu illa omnia crimina, de quibus inquiritur pluribus vicibus commise- 160
rit, & eum convincunt de tali perseverantia, quo facto dicit, quod secure eum ad mortem condemnare possint: Et ita in propriis terminis 161
iterati adulterii concludere Lucam de Penna, Grammaticum & alios retulit Martinus Monterus *decis. Arragon. 15. num. 74.* ubi ex perseverantia pœnam pecuniariam in capitalem verti docuit.

Haud aliter ut in furto dicitur, pro quo regulariter pœna mortis quidem non imponitur se- 162
cundum magis communem teste Gomez. *de delict. tit. de furtis. n. 7.* ubi Soarez. *in addit. lit. D.* Et tamen si certa vice reiteretur potest pro tribus furtis quamvis minimis fur morte mulctari, quemadmodum de generali & communi consuetudine testatur Gomez. *d. loc. n. 6.* Matth. de Afflict. *de pac. juram. firman. §. Injuria versic. 3. notā n. 9.* Covarruv. *2. variar. resol. c. 9. num. 7.* Sic delictum non capitale ob reiterationem fieri capi- 163
tale, tradit Joseph. Ludov. *decis. Lucens. 17. n. 22.* maxime in majoribus *n. 81. & seq. ibid.* Schurff. *consil. 99. n. 6. cent. 3.* Menoch. *de arb. judic. quæst. cent. 6. cas. 591. n. 2.* ubi ait, ob delicti reiterationem puniri delinquentem ultra pœnam ordinariam pro judicis arbitrio etiam usq; ad mortem. Licet Fulv. Pacian. *consil. 115. per tot.* statuat iterationem delicti per se non capitalis augere quidem pœnam, sed non usque ad mortem naturalem, nisi in casibus à jure expressis.

Nec obstat, quod pluries unam personam cognoscens non plura, sed unum saltem adulte- 164
rium commisisse dicatur secundum Emanuel. Soarez. *thes. recept. sentent. lit. A. n. 84.* Farinac. *de delict. & pœnis lib. 1. tit. 3. q. 22. nu. 18.* qui plures adducunt. Id enim nostro casu vel ideo proce- 165
dere nequit, q̄ non cum una persona, sed plurib. diversis mulieribus & quidem non eodem loco, nec continuato proposito Inquisitum adulterasse appareat, quo casu prædicta non militare tradidit August. *in addit. ad Angelum ad verbache hai adulterato, num. 61.*

Deinde istud, quod Soarez. & Farinac. pro- 166
bant, nō procedere quantum ad puniendi modum, eleganter adstruit Monterus *d. decis. num. 75.* ubi ait, quod quoad hunc utique differentia constitui debeat. Etiamsi enim non punia-

tur niſi pro uno adulterio, quoniam tamen conſuetudo illud delictum aggravat, pœna quoque illius adulterii ſeverior eſſe debebit, talique caſu modica pœna pecuniaria, quæ ex ſimplici delicto committitur, ex perſeverantia in capitalem
167 vertitur. Ita formaliter Monterus *dicto loco.* Quæ ſententia eo ipſo aperte corroboratur quod ſimplicis ſtupri ex hodierna conſuetudine pœna mortis non ſit, ſecundum Mattheſilan. *notabili* 100. Et tamen quando ſæpius tale delictum cum diverſis puellis fuiſſet commiſſum, tunc etiam pro ſimplici ſtupro, non obſtante dicta conſuetudine pœna mortis infligenda veniret, quemadmodum ex Grammatic. *vot.* 17. *num.* 2. dixit Teſſaur. *deciſ.* 3. *num.* 4. *verſic. Quinta eſt,* quod etiam in adulterii pœna loquendo non obſcure indicat Petr. Joan. Anchor. *lib.* 1. *quæſt.* 27. *n.* 8. *& 13.*

168 Ita quoque non refragatur, quod utcunque ea, quæ ſupra de effectu iterati adulterii diximus, de jure vera ſint, tamen de generali conſuetudine pro delictis ſui natura non capitalibus, quamvis geminatis & iteratis, pœna capitalis imponi non ſoleat, ut teſtatur Clarus *in pract. crimin. §. fin. quæſt.* 54, *numer.* 6. quem ſequitur Farinac. *d. delict. libr.* 1. *titul.* 3. *quæſt.* 23. *numer.* 7.

169 Cum hoc quidem procedere poſſit, quando delictum per ſe capitale non eſſet, in quo caſu Farinacius & Clarus loquuntur, noſtro autem in caſu cum hoc non ſit, ſed eo ſolum deſuetu-
170 dine adulterium non capitale factum prætendatur, & alias ſui natura tam de jure divino, quam Cæſareo & omnium gentium moribus capitale ſit, ut poſt alios probavit Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 57. *num.* 1. Annæ. Robertus *rer. judicat. lib.* 1. *cap.* 13. *fol. mihi* 253. latiſſime Flamin. de Rubeis *tract. de adult. cap.* 7. *per tot.*

171 Illud ſane ad noſtram hypotheſin haud quaquam, & quidem eo minus trahendum, quod hoc modo ad terminos juris antiqui potius reducamur, cujuſmodi favorabilis & amplianda ſit reductio ſecundum Curt. Jun. *conſil.* 60. *num.* 14. Monter. *d. deciſ.* 15. *num.* 51. E contrario conſuetudo juri communi derogans, qua adulterium ſimplex non capitale effectum, eſt odioſa, ideoque ſtrictiſſime interpretanda & ad ſæpius geminatum & iteratum, in quo ſpecialiter nulla deducitur præſcriptio, extendenda neutiquam ſit, certum quippe eſt, quod conſuetudo juri communi derogans ſtricte intelligi, neque ullo modo, neque de caſu ad caſum, neque de re ad
172 rem, neque de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum extendi debeat, quod infinitis adductis authoritatibus confirmavit Ludolph. Schrader. *tract. feud. p.* 10. *ſect.* 20. *num.* 165. &
173 *ſeq.* Ideoque conſuetudinem non in genere, ſed in ſpecie & in caſu vel puncto, de quo agitur, probandum eſſe docet Natta *conſil.* 435. *num.* 22. Roland. à Valle *conſil.* 53. *num.* 39. *lib.* 2. quos in hanc ſententiam adduxit Petrus Heig. *p.* 2. *quæſt.* 23. *n.* 4.

Secunda ex tranſmiſſa confeſſione inquiſiti & depoſitione earum, cum quibus rem habuit, conſtat, pleraque adulteria aperta vi contra voluntatem cum ipſo cocuntium perpetrata 174
fuiſſe, quemadmodum confeſſa Waldburg Marx Krämer deß Schumachers Fraw auß der Walcken / daß er ſie im Hauß beſchloſſen / in ſeiner alten Stuben niedergeriſſen vnnd genöthiget / alſo / daß ſie ein Meſſer außgezogen / aber nichts helffen wollen / ꝛc. habe ſich ſeiner nicht entwehren können / ꝛc. De ſimili violentia illata conqueſta eſt Agnes die Schäfferin von Kindweiler / Item Magdalena Laurentz Wiltmans zu Vberach Fraw. Item Gangels Fraw auß der Walcken / Item Anna Schneder Jacobs Fraw / Item Catharina Grien Jacobs Frawen & vel in primis Barbara Adolffs Hanſen von Vberach Fraw / quam in via publica invitam & acclamantem invaſit, proſtravit & carnaliter cognovit, ad cujus delicti enormitatem demonſtrandum faciunt ea, quæ dixit Daniel. Moller. 3. *ſemeſtr. cap.* 27. *num.* 3. *& ſeq.* Hæc autem vis non dicam adulterando ſed vel ſolum ſtuprando commiſſa efficit, ut ſtuprator pœna
mortis omnino afficiendus ſit, *l.* 1. *§. fin. ff. de extra-* 175
ord. crimin. §. item l. Iulia. 4 *Inſtit. §. item l. Iulia.* 5. *Inſtit. de public. judic.* quem intelligunt Dd. communiter Jul. Clarus *in §. ſtuprum. num.* 3. *in fin. & in §. fornicatio numer.* 32. Boſſius *tit. de coitu damnato & punibili num.* 19. Angelus *in d. rubric. Che hai adulterato. num.* 53. Ludov. à Peguera *in quæſt. crimin.* 7. *nu.* 6. Petr. Joes Anchor. *in quæſt. ſuis libr.* 2. *quæſt.* 30. *num.* 2. plurimos adducendo Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 288. *num.* 12. ubi hoc caſu pœnam mortis naturalis ſine controverſia ſtupratorem manere dixit. Et hanc ſententiam propugnat Anton. Gomez *ad d. l.* 80. *Tauri num.* 41. ubi non requiri raptum, ſed ſufficere ſolam violentiam hoc caſu probavit. Quod etiam communiter teneri aſſerit Bernhard. Muſcatellus *in praxi criminal. tit. de Adulter. §. procedamus noſtro. n.* 32. *& ſeqq.*

Et manifeſta eſt in hoc ipſo Caroli V. Conſtitutio pœnalis artic. 119. ibi: So jemand einer 176
vnverleumbden Ehefrawen / Wittwen / oder Jungfrawen mit Gewalt vnd wider jhren Willē jhr Jungfräwlich oder fräwlich Ehre nehmen / derſelbige Vbelthäter hat das Leben verwürcket / vnnd ſoll auff Beklagung der Benöthigten in Außführung der Miſſethat einem Räuber gleich mit dem Schwerd vom Leben zum Todt gerichtet werden.

Nec requirimus hoc caſu præciſe vim armatam, cum per interpellationem, blanda videlicet 177
verba & allectamenta ac dololas promiſiones, mulierem à ſtupratore ad ſtuprum inductam abunde ſit juxta Bernhard. Muſcatell. *d. loc. num.* 36. *& ſeqq.* Corroboratur per ea, quæ tradidit Maſcard. *de probat. concl.* 1409. *numer.* 28. *& ſeqq. vol.* 3.

Quemadmodum non eſſe neceſſariam to- 178
tam omnino vim, ſed ſufficere aliquam violentiam etiam per ſolam interpellationem & ſuaſionem, tradidit Boſſ. *d. tit. de coitu damnato numer.* 66. & eleganter Auguſtinus *in addit. ad Angel. in d. tit. che hai adulterato num.* 55. *& ſeq.* ubi dixit, quod quidem, ſi mulier in ſua ſimplici voluntate, non vi, non verbis viri, non aliquo dolo

seducta non precio, non promissionibus stupro consenserit, non esse quidem pœnam capitalem, sed ubi vir præcesserit mulierem vel cum lenocinio vel cum promissionib⁹, tunc mulierem utique fuisse seductam ad stuprum committendum, & hoc casu esse pœnam capitis.

Hujusmodi autem lenociniis nostrum inquisitum usum vel inde constat, quod pleræque omnes mulieres contra voluntatem se ab ipso stupratas expresse asserant. Nec ipse, ut ex ejusdem inquisiti confessione mihi transmissa videre est, negarit, Imo Catharinen Clausen/ Hans Henſels Fraw se poculo amatorio ad coeundum cum ipso compulsam fuisse, deposuit, cui etiam ulterius comminatus sit, wann sie plarren werde/ wolte er sie mit dem Kopff in Bronnen stossen.

Eo minus autem de violentia à parte inquisiti mulieribus initialiter illata ambigendum, quod etiam in dubio, ubi non apparet, an vis præcesserit, in stupratione voluntatem masculi præcessisse censendum sit ex Bald. Johan. Petr.
179 Anchar. *quæst. libr. 2. quæst. 30. num. 3.* & contra adulterum præsumptio stet, quod provocarit, eo quod robustior sit Monter. *decis. 15. num. 68.* Cum igitur hic de violento non solum stupro,
180 sed etiam adulterio inquisiti appareat, consequens est, ut etiam in casum desuetudinis pœnæ adulterii nihilominus ex alio capite violentiæ videlicet, qua in adulterando & stuprando Reus usus est, pœna capitis condemnandus sit.

His denique tertio accedit, quod supradicta,
181 generalis consuetudo, qua adulteros morte naturali hodie neutiquam plecti introductum dicitur, non obtineat, imo non valeat, sed omnino nulla sit, si adulterium invita muliere & violenter commissum esset, hoc enim casu non cessare pœnam juris communis adulteris dictas, eo quod violentum adulterium consuetudo excusare nequeat, expresse respondit Cravetta *supradicto consil. 137. num. 10. versic. idem præsupponit* Rom. Postquam itaque ex proxime deductis manifestum in præsenti hypothesi una cum adulterio violentiam à parte adulterantis con-
182 curriſſe, omnia quæ supra de contraria inducta consuetudine deduximus ob ejusmodi delictum aggravantem circumstantiam haud quaquam commode ad præsentem facti speciem trahi posse, sed in terminis pœnarum juris communis, quibus secundum supradicta adulterium ultore ferro vindicatur, manendum & consequenter, Reum ex hoc capite de jure plectendum esse concludo.

Secundum principale præsentis accusationis caput consistit circa Rei minas, tum de comburendis suis propriis ædibus, tum capiendis iis, qui ex mandato Magistratus bona sua vendiderant, & de his minis, plus quam quatuor testes ab ipso Reo approbati, qui ab eodem Reo ea audiverunt, mediante jutamento deposuere, ita ut ea sufficienter probata esse dubitari nequeat.
183 Probantur enim minæ concludenter per duos testes etiam singulares, nec contestes esse requiritur dummodo sint concordes in qualitate minarum ex Grammattic. *decis. 5. num. 14. in fin. & seq.* Petr. Anton. de Petra *tractat. de fideicommiss. quæst. 12 num. 542.* Prosper. Farinac. *de Indiciis & tort. lib. 1. tit. 5. q. 50. n. 4. & seq.*

Quibus accedit de posteriori ipsius Rei con- 184
fessio: Er gestehe/ dz er gered habe von Schwartz Michel Geld empfangen / sey aber doch nicht waar gewesen/ item/ er habe im Sinn gehabt/ sich in Krieg zubegeben vnd sein Gut wider zuholen/ nominando socios, die mit jhme ziehen wolten/ deren theils die Leute wol auß dem Nest holen könten.

Quæ vero pœna ipsum propter has commi- 185
nationes hostiles maneat, paulo obscuri⁹ esse videtur. Constitutio criminalis Caroli V. hos quasi violatores pacis publicæ vnd rechte Landzwinger esse censet, iisque pœnam gladii & mortis naturalis indicit, licet nondum quicquam facto ipso hostiliter effecerint *art. 128.* dummodo duo ista concurrant, die Betrawung vnd darauff erfolgtes Außtretten; ibi: Wo dieselbe an verdächtliche End außtretten/ die Leute bey ziemblichen Rechten vnd Billichkeit nicht bleiben lassen/ sondern mit bemelten außtretten von den Rechten vnd Billichkeit zubedrawen oder zuschrecken vnterstehen.

Unde si appareret præter minas has hostiles
Reum nostrum domicilium suum reliquisse & 186
ad Capitaneum Dachstenensem jam tum abiisse, consortioque ut allegatur Freibuterorum se addixisse, ei etiam hujus delicti nomine mortis pœnam infligendam esse, quin recte asseveraretur neutiquam hæsitarem, sed cum de eo mihi non constet & Reus inquisitus animum ad ipsos abeundi saltem confessus sit, hab in rei veritate kein Geld empfangen/ sondern im Sinn gehabt/ in Krieg zuziehen/ nos in terminis adducti art. d. Constitutionis Carolinæ versari affirmare non audeo, potius autem suaderem, ut desuper ulterior legitima haberetur indagatio.

Solum vero ipsius malignum & confessatum propositum ac delinquendi deprædandique affectus hab im Sinn gehabt in Krieg zuziehen vnd sein Gut wider zuholen/ Item comburendi ædes suas, qua pœna puniendus sit, cum Constitutio Caroli V. non definiat, id ex jure communi decidendū erit, quæ quidem regula, quod in delictis puniatur affectus, licet non sequatur effectus *l. si quis non dicam 1. ipse C. de SS. Eccles.* 187
Huic vero cum ut supra diximus generali totius mundi consuetudine derogatum sit, ita, ut conatus etiam in gravioribus, in quibus lex non expresse solum conatum punit, non nisi secuto 188
effectu pœna delicti ordinaria, sed saltem extraordinaria, & quidem intra pœnam mortis puniatur Clar. §. *fin. quæst. 92. num. 2.* Hieronym. de Cæval. *in specul. aur. com. opin. contra communes quæst. 540. num. 14. & seqq.* & alii supra citati.

Non est, quod maximopere in hac extraordinaria minarum istarum pœna laboremus, ut quæ per majorem mortis scilicet naturalis ex supra deductis delictis Reo imponendam absorbeatur, minora enim delicta confunduntur cum majori Clar. §. *fin. quæst. 84. num. 4.* & con- 189
currentibus pluribus delictis singulas pœnas re-

quirentibus major pœna abſorbet minores Farinac. *q.22.n.31.*

Illud nihilominus, inquiſitum ex hoc quoque capite pœna capitis affici poſſe, quam maxime urget, quod in tranſmiſſa ſua confeſſione deductum, daß er zu Schwindelsheimb vor
190 gantzer Gemein / als er eines ſein Roß / welches dahin verkaufft worden / widerhaben wolle / geſagt / wann man es jhm nicht geben werde / wolle er es ſeinem Obriſten zu Dachſtein verkauffen / der werde mit 50. Freybeuter kommen / diß vnnd noch beſſere Roß holen / dadurch die Bawren erſchreckt / daß ſie es jhme folgen laſſen. Quod ſane oſtendit factum non ſolum in interiori animi deprædandi propoſito præſtitiſſe, ſed etiam effectu exteriori eundem declaraſſe, dum terrorem rapinæ ulterioris injiciendo per concuſſionem equum emptoribus extorſit, eoque pertinere omnino videtur *d.artic.108. Conſtitut. Carol. ibi*: Deßgleichen ſoll es auch gehalten werden gegen den jenigen / die ſich ſonſt durch etliche Werck mit der That zuhandlen vnterſtehen / ubi eos quoque, qui alio modo aliquos actus de facto exercere conatur æque ac ſuperiore caſu, ubi ſe Rei in conſortium ſceleratorum expreſſe recepiſſent, pœna mortis naturalis afficiendos conſtitutum eſt.

Mallem tamen in priori Conſtitutionis Ca-
191 rolinæ dicti articuli parte me fundare & diligenter omnimodo inquirere, ob er bereit Geld genommen vnd außgetretten (cum id valde veriſimile inde reddatur, quod Argentinam locumque raptoribus deſignatis admodum vicinum abierit, ibique aliquandiu verſatus ſit) de quo cum appareret ipſum, als einen Landzwinger juxta antedicta, pœna mortis tuto condemnarem.

Tertium principale, quod Reo objicitur eſt
192 Hans Kehlen in der Ober-Mühlen zu Vberach hæreditatis expilatæ delictum, ex iſtius enim hæreditate partim nummoſi ipſius fidei, & quo filiis eos aſſervaret, à matre commiſſos ſibi retinuiſſe dicitur, partim & defuncta matre habe er jren Strohſack außgelehrt / vnd das jenige Geld / ſo ein gut Theil geweſen / auch genommen vnd behalten.

193 Hujus autem expilatæ hæreditatis pœna digeſtorum, Codicis & Novellarum jure extraordinaria eſt, judiciſque arbitrio imponitur, *l.1.& 3.ff expilat.hæred.* Menoch. *de arbitr.caſ.300. numer 1.* Joes Bonefac. *tract.de furt.§. alienarei numer.13.*

194 Et vix eſt, ut capite plecti potuerit, cum nec ipſum furtum, cujus ſpecies eſt, eo jure morte mulctetur §. *pœna 5. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc. Nov.134. cap.ult. verſ. profurto.* Et ita expreſ-
195 ſe pœnam hanc expilatæ hæreditatis non poſſe excedere relegationem reſpondit Cœpoll. *conſil.71.num. 6. & ſeqq. volum. 3.* Menoch. *d. loc. num.5.* Idque eo magis hoc noſtro caſu ut dicamus, inde ſuaderi videtur, quod tutelam liberorum d. Hans Kehlen ſuſceperit & bona eorundem adminiſtrarit, quando autem quis delictum committit, circa officium adminiſtratio-
196 nis ſibi commiſſum, mitius cum eo agendum eſt *l.tres tutores 55.§.1. ibi.* Sed tutores propter admiſſam adminiſtrationem non tam invito domino contrectare, quam perfide agere *ff. de adminiſtrat. & perit.tut.* ubi gloſſ. dicit, quod velamen adminiſtrationis furtum temperet, per quam gloſſ. tenet. Bald. *in cap.1. §. injuria verſic. ſive furtum. column.2. de pace tenend.* quod adminiſtratio mitiget delictum.

Hiſce tamen non attentis ex noviſſima Conſtitutione Caroli V. crimen quo Reus noſter in-197 ſimulatur ut verum furtum omnino capitale eſſe exiſtimo. Non enim agitur ſaltem de bonis maternis ipſius adminiſtrationi commiſſis, ſed quæ partim extra adminiſtrationem nunquam ſibi tradita clanculum, remotis omnibus, ex hæreditate defunctæ matris, ut fur ſubtraxerat, partim ut depoſitum à matre vivente acceperat, quemadmodum non obſcure in ſua depoſitione indicat Niclaß Hans von Vberach / der habe der Kinder Mutter Geld / ſo ſie jhme zubehalten
198 geben / vorgehalten. Conſtitutio autem Carolina expreſſe in hujuſmodi caſibus æquiparat doloſam adminiſtrationem rerum diſpoſitarum ſeu fidei alicujus commiſſarum cum vero furto. *art.* 170. Welcher mit eines andern Gütern / die jhme in guten Glauben zubehalten vnd verwahren gegeben ſind / muthwilliger weiſe dem Glaubiger zu Schaden handelt / ſolche Miſſethat iſt einem Diebſtal gleich zuſtraffen.

Electionis natura eſt, vt ſit inter plura & æqualia 182.229.

Electio mala eſt culpa, & eligenti imputanda 135.n. 84.& 85.

Electores Palatini ſunt conſervatores ptivilegiorum Iohannitici ordinis 151.5.

Electus ante confirmationem adminiſtrare non poteſt 153.121.

Ex ſola electione non confertur ius Epiſcopatus ſeu Prælaturæ ſed ex confirmatione. num 122.

Emancipatio Comitis Leonſteny interpoſitione Decreti & authoritatis imperialis obtenta conſ.102. num.110 eſt actus voluntariæ iuriſdictionis ibid. num.111.

INDEX

Emphyteuſis *poteſt meliori mutata forma ſuperficiaria* 149. *num.* 1.

Emptor *tenetur precium ſolvere cum vſuris, quas perceptorum fructuum ratio, licet nulla mora interveneri, generavit* 130. 59. *tenetur ad vſuras precii non ſolutis quamvis non fuerit in mora, puta, quia venditor aliquid fecerit, quod facere debebat ibid. num.* 62. & 63. *Nec poteſt hoc caſu obiicere defectum impedimenti num.* 64.

V. Venditor.

In emptione *vnus præfertur alii, præfertur Subditus extraneo* 149. 199.

Emptionis & precii *mentio, conſtitutioni ſubfeudi adhibita, ſimulationis præſumptionem inducit conſ.* 133. *num.* 11. & *n.* 80. & *ſeqq. vide quoque num.* 165.

Emptor *denuncians litem motam non liberatur ob id ab eius proſecutione* 180. 7.

Emptor *non committit furtum cui res tradita eſt* 189. 3. *ſi antequam pecuniam ſolveret rem ſubtraxit, furti actione tenetur n.* 5. *ſi fugam præcogitavit, non fit dominus num.* 6. *ibid.*

Equi, boves, *ſues, &c. nomen ſeparati generis ſunt, nec ſub legato ſuppellectilis domus intelligi poſſunt conſ.* 125. *num.* 7. 8. 9. *vbi deciſio in terminis adducitur.*

Epiſcopi *olim audientiam ſive notionem, non etiam iuriſdictionem habuerunt* 149. 25.

Ad Epiſcopum *ſpectat facere, quod Eccleſiæ & Capellæ reparentur, & non ad patronos conſ.* 166. *n.* 16.

Erb *quid ſignificet? conſ.* 157. *n.* 15.

Error *& falſa cauſa omnem actum vitiat* 150. *nu.* 108. & 109.

Errans *nec conſentit, nec obligatur n.* 120.

Error *in feudi recognitione quando præſumatur? conſ.* 157. *num.* 76.

Errorem communem *ſequens non eſt indolo* 199. 70.

Error *potius præſumitur, quam donatio* 182. 48. *per errorem geſtum non præiudicat, ſed ipſo iure nullum eſt ibid. n.* 49.

Errore *demonſtrato etiam confeſſio ſæpius repetita non probat num.* 51.

Error *præſumitur, cum quis facit alio modo, quam quo tenebatur num,* 109. *Ampliatur ibid.*

Ex euictione *obligatus, in caſu violentæ occupationis non tenetur* 135. 227.

Pro evictione *contra promiſſoris heredes datur actio* 154 98.

Quem de evictione *tenet actio, eundem agentem repellit exceptio ibid. num.* 99.

Evincentis *adverſarij condicio in nullo poteſt fieri deterior ex perſona defenſoris ad cauſam venientis* 180. *num.* 8.

Exceptio tranſactionis *omne ius præcedens extinxit, & litis finitæ eſſe dicitur conſ.* 164. *num.* 3. & *conſ.* 119. 48.

Exceptio *firmat regulam in caſibus non exceptis* 149. 174. & *conſ.* 150. *num.* 133. & *conſ.* 155. *num.* 149.

Exceptio *generalis non relevat d. conſ.* 149. *numero* 326.

Exceptioni *implementi non ſecuti non præſcribitur* 150. 62.

Exceptio *quæ oritur ex eodem inſtrumento ſemper opponi poteſt, licet omnibus exceptionibus renunciatum ſit ibid. num.* 67.

Exceptio litis pendentiæ *locum habet, quando exceptio rei iudicatæ in vna parit exceptionem rei iudicatæ in altera* 140. 3.

Exceptio dominii notorii *abſorbet caſum & cauſam poſſeſſionis* 142. 73.

Exceptio præſcriptionis *tamante, quam poſt litem conteſtatam ad impediendum litis ingreſſum opponi poteſt* 146. 79. & *conſ.* 149. 267.

Exceptio inobſervantiæ *non competit ei, qui prius non implevit* 150. 92.

Exceptio inhabilitatis *odioſa, & Evangelicis ab Evangelicis vix opponenda eſt* 153. *num.* 257.

Exceptio *vel limitatio non debet tollere vel abſorbere regulam* 182. 361. *nec poteſt æque late patere n.* 365.

Exceptio *& regula contraria non cenſentur ibid. num.* 362. *ſed diverſa à regula eſt exceptio num.* 364 *ſtricte intelligenda, vt regulæ quam minimum detrahatur* 366.

Exceptio *in non exceptis firmat regulam* 182. 600. & *conſ.* 181. *num.* 23.

Exceptio fori declinatoria & incompetentiæ *differunt* 181. *num.* 179. & 180.

Exceptio declinatoria *vel potius incompetentiæ iudicium retro nullum reddens, poteſt etiam in cauſa appellationis opponi, etiamſi fuerit oppoſita in cauſa principali, & per interlocutoriam reiecta ibid. num.* 199. & 200.

Exceptio iudicis ſuſpecti *quando locum habeat? 187. 17.*

Exceptio præſcriptionis annalis *iniuriarum, ob neglectam intra annum litis conteſtationem peremptoria eſt* 187. *num.* 23. 25. & *ſeqq.*

Exceptio doli *poteſt ei opponi, qui petit, quod mox reſtituturus eſt* 148. 42. *An in omnibus poſſeſſoriis locum habeat? n.* 43. *etiam in executione ſententiæ ad eam impediendam obiici poteſt conſ.* 177. *num.* 9.

Exceptio *præſupponit regulam, eamque confirmat in non exceptis* 104. 52.

Exceptio incapacitatis *ſive inhabilitatis perſonæ an agentem a poſſeſſorio excludat? Aff. & ampliatur conſ.* 107. *num.* 34. *Contrarium aſſeritur num.* 52. & *ſeq.*

Exceptio doli *eſt altioris indaginis, & in ſummario proceſſu non attenditur d. conſ.* 107. *n.* 50. *vti nec exceptio Nullitatis, falſitatis, & ſimiles. n.* 51.

Exceptio incapacitatis *immiſcendi nemem ex d. l. fin. C. de edict. D. Hadr. &c. non remoratur d. conſ.* 107. *n.* 52. *ſed ad petitorium reijci debet* 53.

Exceptio iuris tertii, *cum ipſi cedenti obſtat, etiam ceſſionarium repellere debet conſ.* 108. *num.* 54.

Exceptio fatuitatis *an publicationem teſtamenti impediat? conſ.* 113. *n.* 45. 46. & *ſeqq.* & *n.* 49. 50. 51. 52. & *ſeqq.* & *n.* 55. 56. & 57.

Exceptio, *quod exſtet proximior, cenſetur ipſo iure excluſiva intentionis agentis* 114. 93. *ideoque commode allegari poteſt n.* 94.

INDEX.

Exceptio tranſactionis *ſeu* vnionis prolium *opponitur actioni petitionis hæreditatis conſ.*115. *n.* 8. *ſed refellitur num.*16.17.18.19.20.

Exceptio nullitatis actus *perpetuo opponi poteſt conſ.*124. *num.*111.

Exceptio *Retentionis & Melioramentorum in Executione ſententiæ multoque magis ante ſententiam opponi poteſt d. conſ.*124. *num.*140.141.

Exceptiones *altiorem indaginem requirentes in cauſis ſummariis & executivis non admittuntur conſ.*131. *num.*51.

Exceptionem præſcriptionis *iudex ex officio attendere tenetur* 184.21. *Contra n.*41.

Exceptiones peremptoriæ *in continenti liquidabiles ante litis cõteſtationẽ opponi poſſunt* 132.32.

Exceptio, *Tua non intereſt, repellit tam agentem, quam intervenientem conſ.*133. *num.* 13.14.

Exceptio ſimulationis *etiam à Tertio pro intereſſe allegari poteſt* 136.38. *& quidem contra paratam Executionem* 39.

Exceptio compenſationis *altiorem indaginem requirens in ſummario & executivo iudicio non admittitur ibid. num.*72. *&* 74.

Excluſio *quorundam, reliquorum eſt incluſio conſ.* 102. *num.*34.35.

Exceptio, *intus habes, quod petis, etiam poſt ſententiam in Executione opponi poteſt conſ.*150. *num.* 155.

Excluſio *vnius eſt alterius incluſio* 153. *n.*200.201. 202.203. *præſupponit incluſionem conſ.*182. *n.* 189.

Excluſiones *hæreditarias paſſim exhæredationes Dd. appellant conſ.*101. *n.*9. *ſunt odioſæ* 182. 395.

Excluſus *à tota hæreditate, cenſetur etiam excluſus à parte d. conſ.*101. *n.*338.

Excluſus *à ſucceſſione cenſetur etiam excluſus à legitima* 124.159. *Removetur hæc obiectio numero* 189.190.191.192.193.

Excuſatus *haut eſt, qui iuſſu alicuius deiecit* 140. 37.

Excuſatio *iuſta eſt, quod adverſarius prior moram contraxerit* 150.90.

*Executores teſtamentarii ſunt & mandatarii & tutores conſ.*123. *n.*21.22.23.

Executor *merus & commiſſarius quis dicatur? conſ.*123. *num.*43.

Executor teſtamenti vniverſalis *remedio l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. vti poteſt. d. conſ.*123. *n.* 44. particularis *iure civili vel etiam Canonico adverſus hæredem vel detentatores bonorum defuncti nulla datur actio ibid. n.* 45.46. *Reſpondetur ad hoc motivum n.*94.95.

Executoris *officium durat duntaxat per annum, & anno tranſacto finitur d. conſ.*123. *n.* 50. *&* 98.99.100.101.102.103.104. *eſt mere perſonale nec adhæredes tranſit, & mortuo executore expirat, nec alium ſubſtituere poteſt n.*52. *Ampliatur hæc traditio num.*53.54. *Refutatur num.*105. 106.107.108.109.110.

Executore *nullo in teſtamento deſignato, hæredi hoc onus iniunctum cenſetur d. conſ.*123. *n.*44.45.

Executio iuris *nullam iniuriam infert conſ.*135. *n.* 242.243.244. *& conſ.*168. *num.*1.

Executio liquidi *propter illiquidum retardari non debet conſ.*136. *num.*73. *&* 88.

Executoriales *ob rem iudicatam cõtra defuncti hæredes in camera decernuntur conſ.* 139. *An vero hoc per præceptum fieri poſſit? vid. n.*5.6. *&* 7.

Executiones *diverſarum à diverſis iudicibus fieri poſſunt* 199.26.

Executio *in pœnis ante declarationem attentari non poteſt d. conſ.*199. *n.*112.

Executio feſtinata *maximam inducit fraudis ſuſpicionem* 195.104.

Executio *contra hæredem ex beneficio inventarii vltra vires hæreditarias fieri nequit* 178.4.

Executio *liquidi propter illiquidum retardari non debet* 115.22.

Executio ſententiæ *in bonis ante liquidationem & declarationem ferri non poteſt* 177.5. *Extenditur n.*6.

Exhæredatio *à ſtatuto facta nominatim fieri debet* 101.358.

Exempla *declarant regulam* 125. 27. *& conſ.*150. *n.*143.

Exemplo *homines putant ſe levius peccare* 199. 66.

Exempti *ab alio, qui non ſunt in poſſeſſione libertatis, vel ipſi, vel pro iis eximentes citra iuris præiudicium ſolvunto* 153.14.

Exemptionem *ſufficienter probare debet, qui ſe exemptum aſſerit* 149.26.

Exemptionis conceſſio *tertio non præiudicat* 149.126. *& ab eo probanda eſt, qui in ea ſe fundat* 161.17.

Eximens *quædam nominatim cenſetur omnia conceſſiſſe* 160.40.

Expectantiæ *à prædeceſſore facta ſucceſſor ſtare debet* 154.29.

Expenſæ *ob probabilem litigandi cauſam & ſententiam in prima inſtantia pro appellante latam compenſantur* 101.386.

Expenſæ *in nuptiis filiarum, & donationes filiis in caſtra vel Regis palatium euntibus an in collationem veniant? conſ.*104. *num.*178. *&* 179.

Expenſæ *facta à patre in feſtivitatibus, conviviis & veſtimentis filij non imputantur ei in ſuam portionem* 115.24.

Ab expenſis *excuſatus non protinus excuſatur à fructibus* 130.56.

Explicatio *l.*1. *C. de vet. num. poteſt* 156.16.

Explicatio *l. eleganter. ff. qui reprobos. ff. depign. act.* 156.21.

Explicatur *ratio c. ſalubriter. de vſur. conſ.*130. *numero* 61.

Expreſſa dicuntur, *quæ ſpecialiter vel ſingulariter, vel in genere expreſſa ſunt* 134.150.

Expreſſio *quorundam, reliquorum derogationem induxit* 101.334. *& conſ.*157. *n.*34.

Expreſſio *eius, quod rei natura ſua vel ex diſpoſitione iuris ineſt, nil operatur* 182. *num.*297.298. 299. *&* 305. *eius, quod tacite ineſt, ſemper aliquid operatur num.*305.

Pro expreſſo *habetur, quod teſtator, ſi de eo fuiſſet interrogatus, veroſimiliter reſpondiſſet* 109. 71

Expreſſum *cenſetur, quod eſt de natura actus* 182. 157.

INDEX.

Pro expreſſis *habentur ea, quæ lex diſponit, ibid. num.* 159. *& quæ ſunt ſolita & conſueta fieri num* 296.

Expreſſio *qualibet cenſetur facta demonſtrationis, non taxationis gratia num.* 338.

Extenſio *in correctoriis ex identitate rationis non admittitur* 149.250.

Extenſio *inter ſpecies ſeparatas non datur* 153.98. *in pœnalibus prohibetur* 194.64.

Extenſio *in ſubſtitutionibus admittitur ex præſumpta mente teſtatoris in aliqua veroſimili ratione fundata* 102.12.

Extenſio *in oneribus de perſona ad perſonam non admittitur* 161.27.

Extravag. Ambitioſæ. *de reb. Eccl. non alien. quando locum habeat?* 131.131.

F.

FAcile *concedendum eſt, quod mihi non nocet, alteri prodeſt conſ.* 149. *num.* 274.

Faciens, *quod ſibi licere credit, nō punitur* 199.69.

Facta *etiam prudentiſſimos quoſque non raro ſolent fallere* 152.22.

Factum *defuncti ab hærede præſtandum* 124. 34.

Contra factum proprium *nemo venire debet* 114. 31. *& conſ.* 198. *n.* 5. 6. *&* 7.

Factum alienum *qui indagare tenetur, ignorare præſumitur* 131.105.

Facta *præſentis temporis coniecturam faciunt ad præterita conſ.* 135. *num.* 193.

Factum permanens *quoquo die factum intelligitur* 141.40.

Factum Principis *non poteſt in dubium revocari* 143.92.

Factum *quando eſt enorme & exorbitans Mandata ſine clauſula in Camera decernuntur* 149.235.

De facto quæ fiunt, rurſum de facto tollenda 149. 331. *& conſ.* 168. *n.* 4.

Pro facto habetur in quo per alium mora fit, quo minus fiat 150.98.

Facta *facilius tolerantur, quam futura permittuntur* 159. *num.* 1. *contra n.* 10.

In facto notorio offenſus non tam iudex, quam iuris executor dicitur conſ. 164. *n.* 15.

Factum *Franciſci* 1. *Galliæ Regis Nobilem quendam ob ſolam ſceleratam cogitationem & voluntatem quaſi per duellionis convictum capitali ſupplicio damnantis taxatur à Bodino & Scipione Gentili* 192. *num.* 80. *&* 81.

Pro facto habetur in eius præiudicium, per quem ſtetit, quo minus id fieret, quod fieri debebat 187. 112.

Factum *vel dictum licet per ſe ſit bonum & vtile, ſi tamen malo modo & animo fiat, punitur* 184. 76.

Facta & verba *ſequentia præſtant evidentiſſimum intellectum præcedentibus* 182.33.

Facta *fortius declarāt mentē, quā verba ibid. n.* 34.

Factum *à Principe ex certa ſcientia, non poteſt in dubium revocari num.* 623.

De facto quod fit, attendi non debet, ſed id, quod de iure fieri debebat ibid. n. 629.

Fahrnuß vnd bewegliche Güter *an ex vſu Germaniæ differant? conſ.* 125 *n.* 36. 37. 38.

Falcidiæ *prohibitio expreſſe fieri debet conſ.* 118. *n.* 48. *& per ſchedam fieri poteſt* 49.

Falcidia *Trebellianicæ appellatione venit, non contra d. conſ.* 118. *n.* 50. *in codicillis prohiberi poteſt n.* 51.

Falcidiæ & Trebellianicæ *detractio prohibita cenſetur ob clauſulam,* omni meliori modo, *teſtamento inſertam, ibid. n.* 52.

Falſum *quid? ſine dolo non committitur conſ.* 198. *num.* 1. *&* 2.

Falſi *pœnæ quando locus ſit? ibid. n.* 3.

Falſo *alium inducens perdit actionem.* 150. 127.

Falſum *non committit, qui mutat ſcripturam alicuius cum eiuſdem approbatione* 198.8.

Falſi crimine *vt quis inculpari poſſit, quænam requirantur num* 11.

Falſitatis præſumptio. *Vide* præſumptio Falſitatis.

Fama *& rumor communis excuſant à dolo & pœna* 135.81. *& conſ.* 199. *num.* 68.

Fama *an in crimine ſortilegii indicium faciat ad torturam? conſ.* 195. *num.* 25. *&* 27. *& quid, ſi concurrat nominatio Rei confeſſi? n.* 26.

Fama *ex cauſis frivolis & à perſonis non fide dignis orta nihil probat n.* 164.

An mala fama *in ſpecie probata evertat bonam famam in genere demonſtratam? ibid. num.* 165. 166. 167. *Depoſitio de fama maleficij & de fama futuræ proclamationis longe diverſa ſunt, à quibus male infertur n.* 163.

Famam *qui negligit, crudelis eſt* 185. *n.* 5. *&* 6. *Vide tamen num.* 46. *&* 47.

Familiæ interitus *cuique lugubris eſt* 182. 556.

Familiarum *ſplendor paupertate obſcuratur conſ.* 182. 146.

Familias nobiles *conſervari Reipub. intereſt ibid. num.* 148.

Familiæ *nomen & appellatio non ſolum Nobilibus, ſed & ignobilibus & plebeis competit conſ.* 101. *n.* 103.

Familiæ, *verbum contentive & effective ſumitur conſ.* 103. *n.* 28.

Familiæ, agnationis & poſterioritatis *nomine veniunt duntaxat deſcendentes, & perſonæ, quas teſtator expreſſe nominavit ibid. num.* 33.

Familiæ *cognatio diverſas deſcendentes lineas & derivationes habere poteſt num.* 34.

Familiæ *appellatione veniunt omnes deſcendentes & tranſverſales d. conſ.* 103. *num.* 128. *limitatur n.* 129.

Familiæ *etiam conſervantur per legitimatos conſ.* 143. *n.* 85. *Extenditur & declaratur n.* 86.

Famoſum libellum *ſpargens pœna capitis afficitur conſ.* 194. *n.* 210.

Fatalibus *per culpam nunci ante inſinuationem proceſſuum efflixis, appellatio deſerta eſt, ſed appellans in integrum reſtituitur* 187.10.

Fatalia *non currunt impedito facto & mora adverſarij, quando impeditus fecit; quod potuit ibidem n.* 88. *&* 89.

Fatalia *non currunt, vbi per iudicem ſtetit, quo minus in cauſa principali procedi, litiſque conteſtatio intra annum interponi queat n.* 217.

Quod in fauorem *alicuius introductum eſt, non debet in odium eius detorqueri* 153.234.

Favori *ſuo quilibet renunciare poteſt* 185.26.

INDEX.

Ferias *de iure negligere licet* 149.90.
Feriæ meſſium *à deſertione non excuſant* 187. *nu.* 222.223.
Feudi refutatio *fieri poteſt invito Domino* 150.32.
Feudum *præſumitur eſſe antiquum n.39. ex ſucceſſione proveniens non dicitur novum n.42.*
Feudi *antiqui etiam fœminæ capaces ſunt n.44.*
Feudum *alienandi poteſtatem habens non poteſt alienare in fœminam d.conſ.*150.152.
Feuda *regulariter potius maſculis, quam fœminis conceduntur ibid.num.*149.*&* 151.
Feloniæ *exceptio deſiderans altiorem indaginem, non poteſt impedire cõceſſionẽ inveſtituræ* 170.3.
Feudum *non eſt pars hæreditatis conſ.*145.*n. 6.*
Feudorum *oppignoratio ſub pœna privationis eſt prohibita ibid.num.*15.
Feudis regalibus *centum annorum ſpacio præſcribitur num.*52.
Feudum *cum conſenſu Domini licet alienare in ſolutum dare oppignorare ibid.num.*101.*&* 106. *ſive conſenſus ſive poſt oppignorationem impetretur num.*102.*& ſive tacite ſive expreſſe comprobet Dominus n.*103.
Feudum *pro ſolutione facienda & vendi & adiudicari à Domino poteſt ibid.n.*105.*&*105.
Feudum oppignorationes *prohibitæ* 155. 43. *Limitatur n.*128.*& declaratur n.*165.
Feudorum alienatio *principaliter favore Domini interdicta ibid.nu.*46.
Feuda ex pacto & providentia *non poſſunt in præiudicium agnatorum alienari, niſi Dominus & agnati conſentiant d.conſ.*155.*num.*52.
Feudatarij *morte ius eius intercidit ibid. d. nu.* 49. 50.*&* 51.
Feudo *cum conſenſu Domini & agnatorum oppignorato ſucceſſores feudi as alienum à defuncto contractum diſſolvunt d.conſ.*155.*n.*168.*&* 169.
Feudi onera *à Vaſallo præſtanda num.* 82. 82. *&* n. 85.86.
Feudi onus *quodnam vere dicatur? ibid.num.* 87. *&* 88.
Feudi *propria natura quæ ſit?* 157.4.
Feudum hæreditarium, *ſive*, Erblehen / *an de conſuetudine Germaniæ tranſeat ad fœminas? ibid. num.*14.
Feudum *eſt ſpecies ſervitutis num.*25.*&* 40.
Feudo individuo *conſortibus conceſſo, delictum ab vno ex vaſallis commiſſum reliquis non obeſt, ſed totum feudum apud ipſos, ratione iuris non decreſcendi remanet* 170.18.
Feudum fœmineum *eſt, in quo etiam fœminæ ſuccedunt* 182.1.
Feudi *origine fœminei natura ibid. numer.2.* feudi *ex ſpeciali pacto fœminei natura n.3. conſuetudine induci poteſt, tolerante Domino, vt feudum fiat fœmineum n.4. talis conſuetudo eſt favorabilis n. 5. introducitur per duos actus nu. 6. Præſumptus conſenſus Domini probatur per inveſtituram. num.7.*
Feudum *ſemel tranſeundo ad fœminam, fit fœmineum n.8. ibid. per obſervantiam quoque fit fœmineum n.9.10.12.& n.*42.
Vide *plura in verb.* Obſervantia.
Feudum *præſumitur ex errore vel ignorantia tranſlatum in perſonam in inveſtitura non comprehenſam* 182.47.
Feudum *rectum, ad quod fœmina ſemel admiſſa eſt, nihilominus rectum manet n.*53.
In vno Feudo *ad probandam conſuetudinem requiruntur duo actus, & quales, n.*54.
Feudum *in dubio præſumitur antiquum n.*71. *novum procedit à pacto novo n.*73.
In feudo fœmineo *ex eius natura ſine ſpeciali pacto ſuccedunt fœminæ num.*86. *ſuper feudo fœmineo contrahentes, cenſentur tale voluiſſe propagare ibid.n.*89.
Feudi *primævus ſtatus non eſt immutandus d. conſ.* 182.*num.*111.*&* 112.
Feuda regalia *ſunt individua n.*124.125.126. *vide quoque n.*206.*& quamplurimis ſeqq.*
Feudum novum *eſſe Dominus probare tenetur numero.*117.
Feudi innovatio *quali probatione opus habeat? n.* 118.*&* n. 121. *Qualitas, ſoma clauſula, vel quæcunque pacta poſteriori inveſtituræ inſerta non reddunt feudum novum, ſi fiat relatio ad inveſtituram antiquam num.*122.
Feudum *quodnam dicatur novum? Quodnam vetus? n.* 173. Feudum vetus *aliud rectilineum eſt, aliud collaterale ſive extraneum n.*174.
Feuda regalia *an notoria conſuetudine ſint diviſibilia? ibidem, num.* 211. *&* n. 312. *Negatur hanc conſuetudinem eſſe vniverſalem n.ſeq.*
Feuda regalia *hodie ſæpe dividuntur contra conſtitutionem Friderici Imp. nu.* 206. *Modi diviſionum num.*208.*&* 209.
Feudi aperti reinfeudatio *debetur proximis agnatis mortui vaſalli ſecundum quoſdam* 182.651.
Feudum *probatur per inſtrumenta inveſtiturarum* 145.73.
Feudum *per decretum Imperatoris conſtituitur* 145.48.
Feudum *in agnatos alienari & refutari poteſt conſ.* 102.*n.*189.
Feudum *in re mobili conſtitui nequit conſ.*103.*numero* 49.
Feudum *vt in pecunia ſit pacto fieri nequit ibid. n.* 50. *niſi ſupremi Territorii Principe aſſentiente n.* 56.57.58.
Feudum *in immobilibus conſiſtit, nec in pecunia aliave re mobili quæ cottidie conſumitur, conſtitui poteſt conſ.*124.*num.*50.
Feuda *in legitimam non imputantur* 126.12. *Secus in feudis mere hæreditariis. ibid. n.* 13.*&* 14.
Feudum *veniens ad Eccleſiam, dicitur venire ad manus mortuas conſ.*133.*num.*19.
Feudum *proprie & plane francum quid? d. conſ.* 133.*n.*71.*&* n.75.76.77.78. *eius effectus quinam? n.*72. *an tranſeat in Eccleſiam? num.*73.
Feudum francum *varie accipitur ibid. num.* 74.
Feudalis quæſtio (1) *ex tenore inveſtiturâ*, (2) *iuxta loci ſtatuta & conſuetudinem*, (3) *ſecundum. ius commune feudiſticum decidendæ ſunt d. conſ* 133.*num.*79.
Feudum *an pecunia conſtitui & à Domino emi poſſit? ibid.n.*84.
Feudi *alienationi prohibitæ cur vaſallo feudum ſubinfeudare liceat? ibid.num.*83.

INDEX

Feudum *tunc demum committitur, quando res, vt allodialis, alienetur ibid. num. 94.*

Feuda franca & libera *admodum vſitata ſunt in Germania ibid. n. 146. 147. 148.*

In feudis hæreditariis *vltimo defuncto ſucceditur conſ. 145. num. 73. & 99.*

In feudiſticis *computatio graduum ex iure ciuili facienda d. conſ. 145. n. 70. & num. 100.*

In feudis ex pacto providentia *ſucceditur non per viam tranſmiſſionis ſed ex iure proprio 142. 46.*

In feudis *primo acquirenti ſucceditur, prout ex tunc non prout ex nunc conſ. 145. n. 14.*

In feudiſticis cõtroverſiis *lex loci ſeruãda 145. 20*

Fictio *tranſlativa nihil immutat, vel aufert de iure alijs quæſito 143. 8.*

Fideicommiſſum *in dubio iniunctum præſumitur, quando nihil fuit expreſſum in teſtamento, ſed tamen aliunde probari poteſt teſtatoris voluntas conſ. 102. num. 13. poteſt fieri in caſum, quo decedat hæres inteſtatus d. conſ. 102. num. 196. ratio num. 197. viribus ſubſiſtit, quando non fuit facta alienatio ab hærede, licet illi data fuerit poteſtas alienandi ibid. num. 198.*

Contra fideicommiſſum *in dubio interpretatio facienda eſt d. conſ. 102. num. 155.*

Fideicommiſſum *inducitur ex ratione conſeruandæ agnationis conſ. 103. num. 1. quam remotiores æque ac proximiores conſeruare poſſunt num. 2. Removetur hoc dubium num. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. & ſeqq. & num. 78. 79. 80.*

Fideicommiſſarius *an poſſit cogere hæredem hæredis gravati ad ſibi exhibendum ſcripturas & inſtrumenta pro fundanda intentione ſubſtituti in actione fideicommiſſaria d. conſ. 103. num. 3. & 4. vide tamen num. 81. 82. 83.*

Fideicommiſſarius, *præter cautionem de fideicommiſſis præſtandis inventarium ab hærede exigere poteſt ibid. num. 5.*

Fideicommiſſa *& ſubſtitutiones ad tranſverſales agnatos non extenduntur d. conſ. 103. n. 16.*

Pro fideicommiſſi validitate *in dubio pronunciandum ibid. n. 18.*

Fideicommiſſum condicionale *evaneſcit propter conditionis defectum d. conſ. 103. n. 38.*

Fideicommiſſarius *poteſt petere ab hærede teſtatoris gravati, vt ſibi fideicommiſſum reſtituat ibid. num. 54.*

In fideicommiſſis *generalis & perpetua regula eſt, nunquam debere eſſe meliorem condicionem eius perſonæ, quæ minus dilecta fuit num. 109.*

Fideicommiſſum *in ſolo caſu expreſſo locum habet, nec extendi debet ad perſonas non ſpecificatas num. 110.*

Ex fideicommiſſaria *ſubſtitutione ſe vocatum aſſerens, id probare debet n. 122. 123. 124. ibid.*

Ad fideicommiſſum *agens quænam probare debeat? d. conſ. 103. num. 31.*

Fideicommiſſa *non debentur ex cauſa præteritionis filiarum conſ. 104. num. 90.*

In fideicommiſſis particularibus *ius repræſentationis non, ſed duntaxat in ſucceſſione vniverſali aſcendentium locum habet d. conſ. 104. n. 137.*

Fideicommiſſarius *nondum natus an habeat ius quæſitum vel quærendum ſpe? conſ. 110. n. 38.*

Fideicommiſſum vniverſale *neutri relinqui poteſt conſ. 111. num. 3.*

Fideicommiſſarius *condicionalis pendente condicione agere non poteſt ad hoc, vt Reus condemnetur ad ſibi reſtituendum eveniente condicione vel caſu, in quem vocatus eſt conſ. 114. num. 95.*

Fideicommiſſum *ex contractu tranſmittitur ad hæredem ante eventum condicionis n. 100. ibidem.*

Fideicommiſſarius *qui de iure tenetur facere inventarium, non eſt in mora, niſi ſequuta interpellatione conſ. 118. num. 28. Vide tamen cautelam ad tollendam omnem cavillationem ſeq. n. 29.*

Fideicommiſſa *& ſubſtitutiones etiam per contractus fieri poſſunt 250. 21.*

Fideicommiſſi *condicione deficiente, ipſum fideicommiſſum deficit 178. 10.*

Fideicommiſſo *familiæ relicto, & perſonis aliquibus expreſsim nominatis, nominatio iſta nominatis ſolum tribuit ius prælationis ſive præcedentiam ſucceſſionis conſ. 182. num. 420.*

In fideicommiſſo *vocato aliquo, eiuſque hæredibus deſcendentibus non requiritur, quod etiam deſcendentes ſint hæredes n. 467. Ampliatur 468.*

In fideicommiſſis *ſtricte loquendo ſucceditur teſtatori, large gravato num. 469.*

Fideicommiſſum *extenditur de perſona ad perſonam, quæ ſub verbis late ſumptis poteſt contineri num. 470. & 471.*

In fideicommiſſis *& ſubſtitutionibus quando ſuppletio ſit permiſſa n. 473. & num. 498.*

Fideicommiſſa *ſublatis hodie formulis quibuscunque verbis & probabilibus coniecturis inducuntur num. 483. etiamſi verba deficiant, vel fideicommiſſo inducendo non conveniant 484. etiam ex mente teſtatoris fideicommiſſum inducitur nu. 485. ampliatur ibid.*

In fideicommiſſis *mens & voluntas maxime dominatur ibid. n. 518. 511.*

Fideicommiſſum *inducitur ex eiuſmodi verbis, quorumvis citra fideicommiſſi conſtitutionem evaneſceret n. 489.*

Fideicommiſſarius *vel legatarius is cenſetur, cuius contemplatione relictum eſt n. 486.*

In fideicommiſſis *extenſio ex legitimis coniecturis fit ad perſonam non expreſſam num. 487. & num. 491. 525. etiam in inſtitutionibus n. 537.*

Fideicommiſſum, *quod ſemel habuit principium, multo facilius, ne intercidat, durare præſumitur num. 488.*

Fideicommiſſum *iniunctum primis cenſetur repetitum in ſequentibus n. 492.*

Fideicommiſſum *præſumitur, quãdo bona illuſtria & in familia conſervari ſolita alienari prohibentur ibid. n. 459. 460. 461. & 462.*

Fideicommiſſum *magis dilecto iniunctum cenſetur repetitum in minus dilectis num. 513.*

Fideicommiſſum perpetuum ex perpetua prohibitione deductionis Trebellianicæ inducitur n. 553.

Fideicommiſſa *deducenda, conſervanda & interpretanda ſunt ex voluntate, dignitate & condicione eius, qui fideicommiſit num. 563.*

Fideicommiſſi extenſio *fit de perſona etiam improprio nomine vocata ad proximos agnatos pro conſervanda familia n. 528. imo non eſt hæc extenſio, ſed interpretatio intellectiva n. 529.*

INDEX.

Fideicommiſſa *favore familiæ introducta in excellenti gradu favorabilia cenſentur n.* 571.

Fideicommiſſum, *quod ex verbis vel ex mente, ſive ex identitate rationis colligitur, expreſſum dicitur n.* 581.

Fideicommiſſa *ad certas perſonas reſtricta, ad alias non extenduntur d. conſ.* 182. *num.* 578. *non habeat locum in manifeſta teſtatoris diſpoſitione n.* 579. *Aliæ limitationes iſtius regulæ num.* 582. 583. 584. *& num.* 588. 589. *& num.* 592. 593. 594. *& num.* 596. *&* 597.

In fideicommiſſo *vt agnatio & familia conſervetur, maſculi reliqui per interpretationem intellectivam includuntur n.* 580.

Fideicommiſſum reale *tranſit ad omnes, ad quos res ipſa extenditur num.* 595.

Fideicommiſſa *& alienandi prohibitiones vltra quartum gradum non extenduntur num.* 598. *Non procedit in fideicommiſſo inter deſcendentes vel in familia, quod eſt perpetuum num.* 599.

Fidelitatem *iurare quis non cogitur, qui poſſidet bona in alieno territorio* 161. *numer.* 41. 42. *&* 43.

Fides *publica à pœna tutum præſtat* 199. *numero* 15.

Fides *non eſt ſervanda ei, qui contra pacta conventionis venit, conſ.* 149. *num.* 17.

Fides, *quæ adhibetur ſcripturæ, indivisa eſt conſil.* 101. *num.* 210. 211.

Fidei *interpoſitio iuramento æquipollet conſ.* 114. *num.* 24. 25. *Reſpondetur ad hoc dubium num.* 230. 231. 232. 233. 234. 235. *Vide quoque conſ.* 136. *num.* 41.

Fiendum *curſu temporis non tollitur: ideoque nec valet conſequentia, Nunquam hoc factum eſt Ergo fieri non debet* 144. 57. *& conſ.* 194. 156.

Filia, *quæ nupſit ſine conſenſu patris, eſt alenda à patre conſ.* 129. *num.* 46.

Filius *ingratus deſinit eſſe filius; Quod quomodo intelligendum? conſ.* 129. *num.* 38. *&* 39.

Filia *quando in poſſeſſionem bonorum feudalium immittenda? conſ.* 157. *n.* 19.

Filia *ſemel dotata à ſucceſſione parentum excludi poteſt conſil.* 101. *numero.* 325. 326. 327. 328. 329.

Filia *dotata à patre non excluditur à ſucceſſione aviæ, matris & aliorum num.* 356. *Sed contra n.* 359. 360. 361. 362. 363.

Filiæ *in feudo emptitio ſuccedunt conſ.* 103. *num.* 131. *Ampliatur n.* 132.

Filius primogenitus *ſuccedens in feudo non tenetur ex eo alios fratribus ſuis ſolvere legitimam conſ.* 104. *num.* 59.

Filiorum *appellatione an contineantur nepotes? d. conſ.* 104. *num.* 131. 132. 133. 134. *& numero.* 149.

Filiorum *appellatio ſtrictior eſt, quam liberorum ibid. num.* 147. *Declaratur num.* 148.

Filia *dotata hactenus tenetur conferre, quatenus de hæreditate patris participat conſ.* 104. *num.* 176. *dotem vel realiter conferre, vel, quia matrimonium ducat, tanto minus accipere debet numero* 177.

Contra filios *bona dilapidantes, cæteris hæredibus remedio compenſationis vel retentionis conſulitur ibid. num.* 180.

Filij *tacita inſtitutio pro validitate teſtamenti aliquando fingitur à lege* 104. 82.

Filius *legitimatus à patre in teſtamento præteritus per fictionem iuris retrotrans lativam rumpit & annullat paternum teſtamentum, & ius ſucceſſionis, aut ſaltem legitimæ conſequitur conſ.* 143. *n.* 97.

Filiæ *ex matrimonio cum perſona vilioris conditionis contracto ſuſceptæ quoad honores & dignitates, non autem quoad effectum ſucceſſionis bonorum habilitantur conſ.* 106. *num.* 4.

Filij *poſiti in condicione vocati non cenſentur d. conſ.* 106. *num.* 11. *vide tamen num.* 59. 60. 61. 62. *&* 63.

Filii, *qui per* 30. *annos ſe non immiſcuerunt hæreditati paternæ excluduntur num.* 15.

Filia *excluſa, donec exſtant maſculi, etiamſi poſt* 40. *annos deficiant, admittitur, ibid. n.* 65.

Filii *ad hoc, vt ſint legitimi, ſufficit parentes vocari & haberi pro conjugibus num.* 72. *vide tamen n.* 95. 96. 97.

Filiationis *tractatus quomodo probetur? d. conſ.* 106. *n.* 95. 96. 97.

Filia *ſicut à matre inſtitui vel exhæredari debet, ita etiam eadem prædefuncta nepotes ex eadem, alias teſtamentum rumpitur* 118. 33.

Filio *vivente, nepotes vel neptes inſtitui non eſt neceſſe, ne quidem in legitima d. conſ.* 118. *n.* 44. *vide tamen n.* 45.

Filiæ *excluſæ à ſucceſſione paterna, ob exiſtentiam maſculorum, nulla legitima debetur* 124. 160.

Filiabus *an ex feudis nove pecunia comparatis legitima portio debeatur? ibid. n.* 225. *& an illis hoc caſu ius retentionis competat? num.* 226.

Filia *ſi inducta ſit ad renunciandum iurato bonis paternis, eo, quod ipſi legata ſint à patre aliquot millia & legatum deinde non adpareat, renunciatio non valet conſ.* 126. *n.* 8.

Filia *dotata renuncians ob enormem læſionem in integrum reſtituitur, etiam ſine abſolutione à iuramento d. conſ.* 126. *num.* 16.

Filiæ *quando ex feudis dotentur?* 132. 59. *& quando dos ſuccedat loco alimentorum? ibid. nu.* 60. 61.

Filius *eſt portio corporis paterni* 142. 49.

Fine conceſſo *media quoque ad finem ducentia conceſſa intelliguntur* 149. *nu.* 121. *&* 264. *& conſ* 153 *num* 228. 249.

Fine *habito non curamus de modo & mediis ad eam ducentibus* 182. *num.* 402.

Ad vnum finem *inducta non operantur contrarium* 182. 100.

Ex finibus *arguuntur media* 161. 29.

Fiſcus *lieni ſimilis* 185. 76. *eius cauſa nunquam mala eſt, niſi ſub bono Principe ibid. num.* 77.

Contra Fiſcum *de lucro certantem in dubio iudicandum ibid. n.* 75.

Fiſco *ſimul & parti in pœnam quis condemnari poteſt, nec vna pœna abſorbet alteram* 184. 77. *Præiudicium Camerale num.* 78. *Limitatur* 79.

Fiſcus *diſtringitur ad ſolutionem onerum & debitorum hæreditariorum* 149. 15.

Flore-

INDEX

Florenus *vnde dicatur? conſ.135.num. 38. omnes cantractus olim ad florenos reducti ibid.*

Flumina *in territorio alicuius, ſunt ipſius domini conſ.149.n.257.*

Fluminis *conſuetus, non accidentalis & extraordinarius ſtatus ob improviſam exundationem cauſatus, conſiderandus eſt ibid. num. 259.*

Fœminæ *collaterales, quibus nulla debetur legitima per Statutum vel Conſuetudinem excludi poſſunt conſ. 101.num.64. Idque iuri diuino congruit 65.*

Fœmina *ad ſucceſſionem fœminæ ob ſexus cognationem & paritatem, etiam ſtante ſtatuto fœminarum excluſivo facilius admittitur, quam ad ſucceſſionem maſculi d.conſ.101.n.304*

Fœmina *in Maioratu ſuccedit, ſi is non à maſculo, ſed fœminâ ſit inſtitutus ibid.n.309.*

Fœmina *ſemel dotata ab omnium collateralium agnatorum ſucceſſione in totum per ſtatutum excludi poteſt num.324. per ſtatutum excluſa perinde habetur, ac ſi mortua eſſet 352.*

Fœminis *ſi ex bonis maternis legitima non debetur, vtique nec dos, quæ loco legitimæ ſucceſſit, debetur num.351.*

Fœminam *ſemel dotatam & elocatam eſſe ſufficit, vt ab omnium aliorum ſucceſſione excludatur nu. 354. Declaratur n.355.*

Fœminæ *non faciunt deficere condicionem eo caſu, quando dictum eſt, ſi ſine filiis maſculis deceſſerit conſ.104.num.122. Secus ſi qualitatis maſculinitatis mentio facta non foret; tunc enim condicio, ſi ſine liberis deceſſerit, etiam in fœminis quoad excluſionem ſubſtituti verificari poſſet nu. 128.*

Fœmina *ſemel excluſa perpetuo manet excluſa conſ. 106.n.5.*

Fœmina *temporaliter & quouſque maſculi exſtabunt, adveniente contrario tempore & deficiente linea maſculina ad priſtinam ſucceſſionem redintegranda eſt num. 26.*

Fœminæ *temporaliter ſuſpenſæ ad ſucceſſionem tam feudalium, quam allodialium admittuntur, quandocunque continget maſculos deficere numero 47.*

Fœminæ *duodecimo ætatis anno completo teſtari poſſunt conſ.107.num.11.*

Fœminæ *pudorem quænam ſigna ſugillent & ſuſpectum reddant conſ 109.num.66 67.68.*

Fœminæ *an in feudo empto ſuccedant? conſ. 124. num.222.223.224. & conſ.157.num.5.*

Fœminarum *ius in feudis dicitur, quod in illis nihil iuris habeant 132.58.*

Fœminæ *in criminalibus teſtimonium perhibere prohibentur 200.4. Contra num.5. & 6.*

Fœmina *ex cauſa neceſſaria, vel ex conſuetudine præſumitur inveſtita conſ.182.num.69.*

Fœmina *vna vocata, primogenitæ ſucceſſio defertur num.169.*

Fœmina *eſt finis familiæ ſuæ d. conſ. 182. numero 410.*

Fœminarum *imperium eſt inſupportabile ibid. nu. 546.*

Fœminæ *regulariter arcentur ab imperio, & iis præferuntur maſculi num.547.*

Fœminæ *ſi excluduntur, multo magis quilibet extraneus num.552.*

Fœmina *vel alio ſucceſſore feudum eſſe negante, vel ſe eius capacem prætendente, Domini aſſertio de dominio ad petitorium pertinet num.648.*

Forenſes *ab ingreſſu territorij arceri poſſunt, ſemel tamen recepti non ſunt expellendi 147.26.*

Forma *dat eſſe rei 131.n.67. & 68. eſt de ſubſtantia actus, adeoque ſpecifice adimplenda 153. nu. 164. & n.265.266.*

Forma *ſubſtantiali non obſervata actus nullus eſt 114.65.*

Forma novæ Politiæ *à nonnullis obſcurata 134.6. quinam de præcellentia matricum inferioris Saxoniæ Rerumpubb. ſcripſerint? ibid.numer. 1. 4. & 5.*

Proforma *veræ legitimationis requiritur cauſæ expreſſio, quæ ex proœmio reſcripti Imperialis clareſcit conſ.143.n.27. & 28.*

Forma *ſublata ceſſat formatum 153.271.*

Forma purgandi *vulgaris & legalis 193. num. 10. 11. & 12.*

Forum *ſortiri aliud eſt, & aliud ſubditum eſſe 161. 86.*

Franciſci *Galliæ Regis dictum 155.num.67.*

Fratres *dividentes feudum Dominus tenetur ſimultanee inveſtire conſ.145.num.10.*

Fratriam *levir ducere non poteſt conſ. 106. nu. 77. nec iure divino n.78. nec iure Canonico 79. nec civili n.80. adeo, vt nulla diſpenſatio eiuſmodi matrimonium convalidet num.82.*

Fratriæ *cum leviro coniugium æque, ac fratris filiæ aut ſororis ſceleſtum contubernium numero 81. ibid.*

Fratrum *liberi vna cum ſororum liberis in capita ſuccedunt vigore conſtitutionis Carolinæ de Anno 1521. & 1529. conſil. 101. num. 13. vide tamen num.83.84.85.86.87.*

Fratrum *& ſororum liberi in teſtamento præteriri poſſunt conſ.162.num.48.*

Fratrum *filios qui includit, filias excluſiſſe cenſetur conſ.104.n.50.*

Fraus *non præſumitur 182.375.*

Fraudibus *& malitiis obvianum conſ. 102. num. 29.*

Fraus *quando præſumatur? 119.20.*

Frevel: Rauff: vnd Balghändel *non ſemper criminaliter, ſed & civiliter intentata actione L. Aquiliæ vindicantur conſ.149.num.193.*

Fructus *rerum legatarum à quo tempore debeantur? conſ.104.n.41.*

V. augmentum.

Fructus legitimæ *à tempore mortis teſtatoris, etiam ante moram debentur conſ.110.num.6.*

Fructus *à matre iure vſusfructus percepti an imputentur in legitimam? conſ.114. numero 79. & 80.*

Fructus *à ſolo ſeparati, pecuniaque parata aurum & argentum in generali legato mobilium veniunt 125.33.*

Fructus *debentur officio iudicis mercenario conſ. 130.num. 6. veniunt à die moræ in actionibus ſtricti iuris, quando agitur de re propria vel actori debita ibid.num.72. & 73.*

Fructuum *condemnatio & liquidatio, vti connexa cauſæ principali, apud eundem iudicem cognoſci debet ibid. num. 55.*

Fructibus *conſumptis vel deperditis ſuccedit æſtimatio redituum ſive fructuum certi alicuius anni, quanti fuerint die natæ obligationis conſ. 155. num. 160. & 161.*

Fructus percepti *quandoque iuramento probantur 169. 6.*

Fructus rei pignoratæ *ſi magnos labores & ſumptus, curam & periculum requirant, creditor illos lucratur, nec imputare cogitur in creditum d. conſ. 169. num. 36.*

Fruſtra *ab Imperatore conceditur, quod iure communi licet 134. num. 134.*

Fruſtra *precibus impetratur, quod iure communi vel conſuetudine competit conſ. 149. num. 164. & 173. & conſ. 150. num. 50. & conſ. 250. n. 50. & conſ. 253. n. 47.*

Fuga *an, & quando faciat indicium ad Torturam & condemnationem conſ. 200. num. 7. 8. 9. & 14.*

Fuga *admiſſi ſceleris argumentum & ſuſpicandi anſam iudicibus præbet. 197. 18.*

Furioſi *habentur pro conſentientibus conſ. 122. nu. 6. ſuorum bonorum poſſeſſionem non amittunt ibid. num. 23.*

Furioſi *nullus eſt conſenſus ibid. num. 42. pro abſente & ignorante habetur n. 43. nec poteſt dici ratum quid habuiſſe, quia animus ipſi deeſt num. 44.*

Vide in verb. Demens.

Furtum *morte non mulctatur 194. num. 194.*

Furtum *quis committere dicatur? 189. 1. non committitur, niſi res ſubtracta ſit alterius quoad dominium & poſſeſſionem num. 2.*

Furtum *non contrahit, qui pecuniam numeratam in hoc accepit, vt alii redderet, ſi ſuam in rem vertit ibid. n. 4.*

Ad furem *indicandum an quis cogi, & indicij pretium petipoſſit? conſ. 185. num. 55. & 56.*

Furum, *aliorumque delinquentium propalatio iure Canonico ob periculum animæ facienda ibid. numero 57.*

Furem *an quis teneatur revelare, ſi iudex ex officio procedat ibid. num. 58.*

G.

GEminatio *verborum enixam teſtatoris voluntatem declarat conſ. 102. n. 36.*

Geminata *maſculinæ qualitatis expreſſio præciſam & enixam teſtatoris voluntatem declarat 104. 121.*

Geminatio *plus operatur, quam ſimplex diſpoſitio 115. num. 11. etiam in pactis nudis olim efficiebat vt ex illis daretur actio conſ. 133. n. 27.*

Geminatio *enixam paciſcentium voluntatem oſtendit 149. 216. & conſ. 182. num. 329. & numero. 356.*

Generalia *& brocardica iuris practicum ſenſum non ſatis illuminant conſil. 135. 1.*

Generi *per ſpeciem derogatur 145. num. 42. & 107. & conſ. 246. num. 58. & ſpecialis probatio prævalet generali conſil. 157. n. 74.*

Generalis locutio *nihil relinquit intactum conſ. 153. num. 19. & 20.*

In generali ſermone *perſona loquentis nunquam comprehenditur 131. 38. maxime, vbi eiuſdem præiudicium vertitur n. 39.*

Genus *proprie de qualibet ſua ſpecie prædicatur 134. 29.*

Germani, *Romanis florentibus, alterum tenuere imperium 134. 34.*

Germanicus Imp. *petenti ſe Veneno nullam aliam indixit pœnam, quam quod amicitiam ei renunciaret 192. 60.*

Gradus *ſequens vt admitti poſſit, neceſſe eſt gradum præcedentem ſucceſſionis eſſe capacem 182. 413.*

Graduum interruptio *neque vulgarem, neque fideicommiſſariam ſubſtitutionem perimit, ſed vno vel altero gradu deficiente ſubintrat vlterior, ibid. num. 434.*

Gratia *& liberalitas non præſumitur 182. 65.*

Grâtis *quod fit, ad neceſſitatem trahi non debet 153. 48.*

Quod gratioſe *conceditur, in conſequentiam vel odium trahendum non eſt 149. 272.*

Gravamen *ex omiſſione iudicis illatum, licet appellatio interponatur, non tranſit in iudicatum 30. 52.*

Ex gravamine *iniuncto cenſetur inducta honoratio ſive vocatio 182. 480. maxime, ſi alia coniectura concurrat n. 481. & n. 482.*

Grave *& indignum eſt, quem id, quod ſemel palam confeſſus eſt, in eundem caſum infirmare, proprioque teſtimonio reſiſtere velle conſ. 101. num. 229. & conſ. 168. n. 15.*

H.

HAbilitas *terminorum præſupponenda 149. 114.*

Habitatio *quatenus ſit meræ facultatis? 149. 246.*

Harminius *tres Romanorum legiones cecidit, duas Aquilas iiſdem abſtulit 134. 40.*

Hæres *agens petitione hæreditatis, an neceſſario petere debeat, ſe declarari hæredem & rei hæreditarias ad ſe pertinere 115. 6.*

Hæres *hæredis primi defuncti hæres eſt ibid. n. 7.*

Hæres *fundamentum intentionis indivitiis collocans, hoc probare tenetur conſ. 119. n. 6.*

Hæres *factum defuncti de iure invalidum ſervare non tenetur conſ. 122. numer. 37. 38. 39. 40. & conſ. 124. num. 70.*

Hæres *factum defuncti impugnare nequit 123. num. 36. 37. 38.*

Hæres *cenſetur eadem perſona cum defuncto 182. 477.*

Hæredes extranei *qui dicantur? conſ. 102. num. 163 & conſil. 103. num. 61.*

Hæredes *ex pacto pecuniæ in feudum redigendæ tenentur ad intereſſe d. conſ. 103. num. 48. Ratio n. 51. 52. & conſ. 124. num. 62.*

Hæredes *facta & pacta defuncti præſtare, & in obligatione facti defuncti ad intereſſe tenentur d. conſ. 124. num. 64. & 66.*

INDEX.

Hæreditas *fratris iure divino ad solos fratres, sororibus in totum exclusis, devolvebatur conf.* 101. *num.* 321.

Hæreditas iacens *primum decretum patitur sine curatore* 167.6.

Hæreditatis expilatæ crimen *furto improbius* 194. *num.* 199. *& n.* 100. *& num.* 201.

Hæres *non constituitur in mala fide, quamdiu non adparet legatarium legatum non acceptasse* 104.7.

Hæreditas *restitutioni subiecta nunquam perdit nomen ante factam restitutionem d. conf.* 104. *nu.* 27.28.

Hæres *ob interpellationem factam ratione legatorum constituitur in mora ibid. n.* 39.

Hæredis institutio *est basis testamenti ibid. nu.* 68. *& conf* 107. *num.* 26.

Hæres *facto defuncti contraire nequit, sed ad eius observantiam præcise obligatur conf.* 106. *n.* 103. *& conf.* 122. *nu.* 5.

Hæreditas *dicitur spoliari, quatenus is, qui non est scriptus hæres, illam occupat conf.* 107. *numero* 109.

Hæres ab intestato *pro legitimo contradictore non potest considerari in iudicio l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll. conf.* 107. *num.* 59.

Hæres, *qui habet consensum & veram testatoris voluntatem, licet careat solennitatibus iuris, & sit nulla voluntas ipsa licite tamen potest rem retinere conf.* 112. *num.* 53.

Hæredibus, *adiecta clausula codicillari, ea portiones, in quibus substituti sunt, ex causa fideicommissi ab intestato debentur conf.* 118. *n.* 35.

Hæreditas *non fert pacta, sed certos iuris modos, testamenti nempe, vel ab intestato defertur conf.* 122. *num.* 14. *adeo, vt eiusmodi pacta nec stipulatione firmentur ibid. num.* 15. *neque naturalem inducant obligationem* 16. 17.

Hæreditas *viventis adiri nequit d. conf.* 122. *num.* 20.

Hæres *institutus à vasallo, etsi feudi capax sit; tamen, si petat se mitti in possessionem bonorum ex edicto D. Hadr. mittitur etiã in feudalium possessionem conf.* 123. *num.* 10. *Eaque sententia præiudiciis Cameralibus confirmata est num.* 11. *& rationibus suffulta num.* 12.

Hæreditates *conventione hodie dantur conf.* 124. *num.* 16, *vnde tertia hæredum species, qui* conventionales *appellantur num.* 17. *Limitatur numero* 102.

Hæres *quando generaliter in omnibus bonis, mobilibus & immobilibus, seque moventibus, institutus est, tunc in prælegato speciali non veniunt animalia conf.* 125. *num.* 31.

Vid. Animalia.

Hæredes *ad liquidationem hæreditariæ qualitatis citandi conf.* 139. *num.* 8. *Quæ quomodo probanda? num.* 9.

Hæreditatis aditio *ex quibus actibus probetur? d. conf.* 139. *num.* 14. 15. 16.

Vide Aditio hæreditatis.

Hæres *habilis est, per quem alius hæreditatem capit* 145. 98.

Hæreditas *solvendo, & magis lucrosa, quam damnosa, præsumitur* 178. 1. *& an hæredum nude assertioni credatur? ibid. n.* 2.

Hæreditatem *extenuat as alienum d. conf.* 178. *numero* 9.

Hæres *non vindicans necem defuncti privatur successione* 185. 7. *contra num.* 45.

Hæres *possessionem hæreditatis propria authoritate ingredi & occupare potest* 182. 243.

V. Successor feudalis.

Homagium *actum vniversalem iurisdictionis inducit conf.* 134. *num.* 58. *Ampliatur num.* 59. 60. 61. *Restringitur & diluitur num.* 239. 240. 241. 242. *& n.* 244. 245. 246. 247. *& 248.*

Homagium *vnde dicatur?* 253. 259. *& nu.* 260. *quando Episcopis aliisque Prælatis præstetur? num.* 262.

Ante præstitum homagium *nemo recte Subditus dici vel haberi potest ibid. num.* 258.

Homagio *cuipiam Principi præstito an eius effectus ad successorem extendatur?* 192. 188.

Homicida *vt quis dicatur, sufficit quod mors contingat ex causa remota* 193. *num.* 8. *Quod quomodo intelligendum? Vid. n.* 9. *&* 11.

Homicidæ *cum iuramento asserenti, se fecisse homicidium pro necessaria defensione, creditur, concurrentibus aliis assertionibus pro eius assertione ibid. num.* 26.

Homo *à capite & facie potissimum agnoscitur* 195. 139.

Homo *hominis mei, non dicitur homo meus* 153. 81.

Homo *si tam diu abest, quod ignoratur, an vivat, ex quo determinatum non est, quod præsumatur mortuus, erit arbitrarium iudici an præsumatur mortuus* 117. 12.

Honor *est virtutis præmium conf.* 144. *numer.* 2. *est honorantis, non honorati ibid. num.* 65.

Honorem *negligere indecorum est, & crudelitati æquiparatur d. conf.* 144. *num.* 59.

Hospes *gratiose receptus dominum recipientem ab hospitio non debet expellere conf.* 149. *numero* 230.

Hospites *de leviſsima culpa tenentur, & arctius obligantur, quam cæteri locatores conf.* 135. *numero* 13.

Hospitatio militum, *realibus, non personalibus oneribus annumeratur* 161. 8.

Hostes *& inimicos qui habent, apud magistratum sibi prospicere debent, ne damnum sua culpa datum argui recte possit conf.* 135. *num.* 21.

Hostis *dicitur de omni gente conf.* 192. *n.* 71.

Hostis *& quilibet extraneus, si solus occidendi animo cum telo ambulaverit, ex l. Cornelia de sicariis puniendus venit ibid. num.* 72.

Huldigung *ab homagio denominatur* 153. 261.

Hypotheca specialis *impedit rei, eiusdemque dominii translationem conf.* 159. *num.* 2. *&* 3. *Diluitur n.* 12.

Hypothecæ constitutio *pro securitate creditorum ad facilitandam executionem introducta est ibid. num.* 6.

Hypothecæ constitutio *non impedit alienationem vel translationem dominij conf.* 116. *num.* 29. *&* 30. *Nisi sit adiecta clausula prohibitionis alienationis ibid. n.* 31.

INDEX

Per hypothecam *ius reale in re acquiritur* 154. 45. *& conſ.* 155. *num.* 177.

Hypothecaria *non exſtingvitur confuſione, quæ fit per additionem hæreditatis conſ.* 104. *numero* 25. 26.

Hypothecaria actio *cui datur, eidem multo magis retentio competit conſil.* 124. *num.* 128. 129. *&* 130.

I.

IActatio *indicium ad capturam facit* 197. 8.

Ignorantia facti *excuſat à pœnis & exſtinctionibus iurium conſ.* 104. *num.* 9. *nec præſcriptio locum habet contra eum, qui ignorat, ius ſibi competere num.* 10. *Niſi reſtitutio in integrum petatur num.* 11.

Ignorantia *craſſa & ſupina pro ſcientia habetur* 131. 107.

Ignorantia & error *facilius præſumitur, quam donatio* 150. 129 *in facto alieno præſumitur numero* 128.

V. Error.

Ignorantia *præſumitur in eo, qui abfuit à loco, in quo ſcire potuit d. conſ.* 150. *num.* 119. *& conſ.* 182. *n.* 670.

Ignorantia *in re aliena tolerabilis & probabilis eſt* 199. 81.

Ob ignorantiam *prohibitionis alienationis alienatur reſtituitur in integrum d. conſ.* 182. *numero* 672.

Immiſſio *in legato ſpeciei admittitur* 105. 3. *& pro re legata intentari poteſt poſſeſſorium num.* 4.

Immiſſio ex l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll. *non impeditur, niſi vitium teſtamenti viſibile adpareat conſ.* 107. *num.* 35. *nec vitium inviſibile & intellectuale ſufficit n.* 36. 37.

Immiſſio, *pluribus hæredibus exiſtentibus, pro Rata facienda eſt conſ.* 107. *n.* 63.

Regula: *vnius incluſio eſt alterius excluſio in quibus caſibus fallat? ibid. n.* 412.

Regulæ *tamdiu inhærendum, donec exceptio probetur* 149.147.

Regula: *pares gradu pariter admittuntur* 150. 41.

Regulares *licentia Superiorum ex iuſta cauſa conceſſa retinere, & de ijs diſponere poſſunt* 108.59.

Rei turpis *& illicitæ nullum mandatum, nulla ſocietas eſt* 135.52 *ideoque neque obligatio, neque actio inde oriri poteſt n.* 53. *&* *conſ.* 199. *num.* 18. *&* 19 *&* *conſ.* 186. *n.* 31.

Reipublicæ *intereſt, rerum iudicatarum authoritatem ſartam tectam manere* 149.81.

Reipublicæ *intereſt, ne delicta maneant impunita* 185.1. *Reſtringitur & declaratur n.* 40. 41. 42. 43

Reipublicæ *Chriſtianæ intereſt, lites ſuper iniuriis breviſſimo temporis ſpacio ſopiri* 187. *n.* 84. *&* *n.* 269. 270. 271. 272. 273.

Regalia *non ſunt ad lucrũ vel quæſtũ inventa* 135.41

Regalia *quibus competant?* 153. *n.* 254. *&* 255. *etiam præſcriptione legitime acquiruntur ibid. n.* 245.

An quoad Regalia, *vocationem ad Comitia, ſeſſionem & vota in Comitiis requiratur inveſtitura ſive confirmatio vel indultum? Neg. conſ.* 182. *n.* 245.

Relatio *& repetitio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus* 182.250.

Relato, *non referenti, ſtandum, quoties aliter in relato ſcriptum, quam in referente invenitur conſ* 102. *n.* 5. *&* 6. *Declaratur nu.* 24. *&* 25.

Relatio *non debet fieri ad id per quod correctio induceretur voluntatis, vel ſi præcedens diſpoſitio per illam relationem redderetur inefficax & invtilis* 153. *n.* 176. 177.

Relatum *ineſt referenti* 145.46.

Relegationis *pœna hodie ceſſante, ſucceſſit arbitraria* 192.175.

Relictum *in compenſationem alicuius debiti non debetur, ſi hoc non debeatur* 150.74.

Religio *ſecundum communem loquendi vſum intelligitur de ea, in qua quis profitetur vota paupertatis, Caſtitatis & obedientiæ conſ.* 108. *n.* 34. *vide tamen n.* 64.

Religioſi *nil habent in proprio ibid. n.* 35. *& ideo teſtari nequeunt n.* 36. 37. *Vide tamen nu.* 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. *&* 54.

Religioſi *pactum de ſuccedendo abſque diſpenſatione Summi Pontificis non valet n.* 41.

Religionis *mutatio & introductio Superioritati annexa conſ.* 194. *n.* 85.

INDEX

Rem *meliorem facere licet etiam cum damno vicini* 149.n.260.261.& n.265.266.

Rem *alienam pignori nectens pro possessore possidet* 154.14.& num.62.63.

Rem *onere hypothecæ semel affectam alii obligans crimen stellionatus committit* 139.5.

Remedium l.diffamari *ad quid proponatur?* 195. n.13.& 14.

Remedium l.fin.C.de Edict.D.Hadr.toll. *ad adipiscendam, non vero retinendam possessionem datur conf.*107.n.4.& 5. *an in testamento nuncupativo locum habeat? num.* 6. & 10. *conceditur etiam missio in possessionem, vt in ea confirmetur n.*8. *est potius facti, quam iuris, celeriterque & de plano expediendum numer.* 12.13. *nec in eo admittuntur Exceptiones altiorē indaginem desiderantes n.*14. *defectus legitimi numeri testium huic remedio regulariter obesse solet* 15.

De remedio d.l.fin.C.de edict.D.Hadr.*toll. vide conf.*123.*n.*6. *in eo non admittuntur pro legitimis contradictoribus venientes ex alia causa & titulo dissimili à voluntate testatoris n.*8.& 9.

Remedium nullitatis & Restitutionis *in integrū successive & alernative cumulari possunt conf.* 124.*nu.*127.

Remedium l.si quis in tantam C.vnde vi. *an detur Creditori pro pignore sibi à debitore violenter ablato? conf.* 139.*n.* 21. *an detur contra Regem ex iusta causa vasallum spoliantem? conf.*157.*n.*18

Remedium Can. Redintegranda *quo casu competat? conf.*140.*n.*18. *Huius requisita n.*20.

Remedia, *quibus ad refectionem ruinosæ domus quis compelli possit conf.*166.*n.*29.

Rempublicam *salvam fore promittens, non tenetur de damno personæ particularis* 153.92.

Renunciatio *filiæ super hæreditate paternâ non extenditur ad hæreditatem matris vel fratris* 178.8.

Renunciatio *gratuita stricti iuris est conf.* 145. *n.* 95.& 97.& *conf.*182.*n.*220.

Renunciatio *stante enormissima læsione præsumitur facta propter metū vel aliā speciem doli* 126.9.

Renunciationes *metu extortæ non obligant ibid. num.*10. *fœminarum odiosæ num.* 19. & *stricti iuris n.*20. *ad favorem renunciantium interpretandæ n.*21.

In renunciationibus *subauditur clausula,* REBVS SIC STANTIBVS, *vel in eodem statu permanentibus, ita, vt iis mutatis etiā renunciatio mutetur d.conf.*126.*n.*6.

Renunciatio *iuris futuri admittitur* 249.181.

Renunciantibus *ad ius suum non amplius datur regressus conf.*108.*n.*57.& *conf.*114.*num.* 33.& *conf.*178.*n.*7.& *conf.*187.*n.*9.

Renunciatio & *pactum de renunciando differunt* 123.144.

Renunciatio *valida est, licet filia renuncians in legitima læsa fuerit d conf.*125.*n.*139.

Renunciatione *sub condicione facta, si condicio deficiat, perinde est, ac si ab initio renunciatio facta non esset conf.*106.*num.*19.& 20.

Renunciationes *fœminarum favore masculorum factæ præsumuntur ibid.n.*29. *in Germania vsitatæ sunt* 178.11.

Renunciatio *à filia favore agnationis facta, deficientibus masculis, deficit,* & *pro non facta habetur d.conf.*106.*n.*34.35. *Præiudicia Cameralia hanc in rem n.*36.37.38.& 39.

Repræsentationem *in collateralibus Ius Saxonicum non agnoscit, sed proximitatem graduū considerat* 125.13. *iuris repræsentationis vltra fratrum filios non est locus conf.*145.69.

Res *subiectæ restitutioni per hæredem alienari non possunt conf.*103.*n.*10.11. *limitatur num.*90. & *seqq. in primis num.*93.& *seqq.*

Res *inter alios acta Tertio non præiudicat* 114.70. & 249.163

Res *alienæ pignori dari, & in feudum concedi potest conf.*122.*n.*2.& 3.

Res restitutioni subiectæ *alienari, seu in alios, quam quibus restituendæ sunt, transferri nequeunt conf.*123.*num.*65.66.67. 68.69.70.& 71. *Diluitur hæc obiectio num.* 120.121.122.123. 124.125.

Res per violentiam *amisse probantur iuramento damnum passi conf.*135.*num.*98. *Ratio n.*99. *Diluitur n.*110.111.112.

Res *semel facta alienabilis, semper manet alienabilis* 249.198.

Res *in alieno territorio possessa, subdita dicitur nu.* 232. *transit cum suo onere n.*233. *ibid.*

Res *quando libera præsumatur ibidem n.*275.

Rescriptum *impetrans eiusdem narrata verificare tenetur* 152.24.

Reservatio *certorum bonorum necessaria est, vt pacta de futura successione sustineantur conf.*102.*n.* 137. *Idem de* donatione omnium bonorum *iudicium esto n.*138.139. *ibid.*

Reservatio *specialis similis est exceptioni, quæ in cæteris firmat regulam in contrarium* 104.80.

Reservatio *alicuius rei seu iuris ostendit, omnia alia non reservata esse concessa* 155.16. *nihil de novo, vel plus iuris tribuit, quam invenit ibid. nu.*171. *continet tacitam condicionem, si videlicet ius aliquod competat n.*172.

Restaurans *vel reædificans Ecclesiam vetustate collapsam vel ruinosā acquirit illis patronatus conf.* 166.*n.*27.

Per restaurationem *iuris pristini vel amissi sæpe idem ius restitui dicitur* 149.197.

Res hypothecata *cum causa anterioritatis transit* 159.7.

Res *vni obligata etiam alii potest obligari in id, quod excedit priorem obligationem ibid. n.*9.

Resoluto *iure datoris, resolvitur ius acceptoris* 139. 13.& *conf.*154.*n.*2.

Ex responsione *colligitur, quid in interrogatione dictum aut cogitatum fuit* 182.496.

Restitutionis *beneficium non datur, nisi quem læsum esse notorie constet conf.*168.*n.*12. *Extenditur n.*13.

Restitutionis *beneficium imploranti fumum boni iuris in causa principali vt adparere faciat, necesse est ibid.n.*14.

Restitutioni in integrum *post quadriennium continuum locus non est;* & *restitutio post hoc tempus concessa ipso iure nulla est d conf.* 168.*n.*18.& 19.

Restitutio *præsertim ex generali clausula, tum demū maioribus datur, si iusta causa probata sit ibid. n.*94. *non admittitur contra sententiam, quando dolus intervenit num.*50. *non conceditur, quando ludex*

do iudex cauſa cognitæ actionem Reo denegavit, & quando Reus decreto Prætoris non paruit, eaq; vel alia iuſta de cauſa ei iuriſdictio denegata eſt n.53.

Reſtitutio in integrum *calumnioſe petita non remoratur executionem num.61.*

Reſtitui *quis non debet cum damno alterius etiam ex iuſta cauſa ibid.num.*

Reſtitutio *adverſus omiſſam vel nõ reproductã appellationẽ corã iudice à quo petenda eſt 140. 46. à denegatione reſtitutionis Reviſio peti poteſt n.47.*

Reſtitutio *rei ſub prætextu debiti penſionum denegari non poteſt 155.num. 240. 241. & n. 244. 245. ob impenſas & meliorationes in ea factas detrectari nequit ib.n.260.261.262.263.264.265*

Retentio *exceptione favorabilior eſt 136. 2. & conſ.154. nu. 80. & 81. ius retentionis reſpectu hypothecæ etiam in puncto executionis poteſt opponi num.3.ibid.non datur, quando non adeſt legitima cauſa, aut rei detentio, vel poſſeſſio iniuſta eſt & vitioſa 103.115.*

Retentione *pignoris vtilicet, etiamſi meliorameñta nondum ſint liquidata 154.n.82. & 86.*

Retentio & compenſatio *differunt 154.nu.87. & n.254.*

Retentionis *rei pignoratæ ius, contra ſingulares ſucceſſores locum habet ibid.nu.88.*

Retentionem *ob meliorationes habet, qui ex contractu invalido poſſidet n.89.*

Retentionis ius *an extraneis hæredibus & ſingularibus ſucceſſoribus ratione impenſarum & meliorationum competat? conſ 155.nu.234. & 235. contra executionem ſententiæ opponi poteſt nu. 236.Declaratur n.237.Præiudiciũ Camerale 238*

Retentionis *ius ex hypotheca naſcitur d.conſ.155. num.243.in illiquidis locum non habet nu.249. an in bonis hypothecatis detur contra ſingulares ſucceſſores? ibid.num. 255.competit etiam ei, qui ex contractu invalido poſſeſſionem acquirit n.256.*

Retinendi ius *reſpectu hypothecæ in puncto executionis opponi poteſt 124.131.*

Vide plura in verb. Ius Retẽtionis.

Reticens *tractatum factũ contra ſuum Principem, non incidit in crimen læſæ maieſtatis nec illius pœna ordinaria tenetur 192.n.170. & 171.*

Retorſio *durante ira fieri poteſt 184. n. 8. vide tamen n.31. & 33. ſi ex intervallo fiat, non defenſionis, ſed vindictæ cauſa fieri intelligitur, ib. n.31*

Non revelans, *quod probare non poteſt, non punitur 199.71.*

Non revelans tractatum *contra Principem, cui ſubditus non eſt, crimine ſeu pœna læſæ maieſtatis non tenetur 192.num.183.184.185. 186. 187.*

Reviſiones Ordinationum *& conſtitutionum conſtantem & enixam Principum voluntatem oſtendunt 146.6.Contra n.60.*

Reviſionis *petitio duobus menſibus ante Kalendas Maias Moguntino in ſcriptis eſt denuncianda 168 n.11.*

Reus *convictus & confeſſus non torqueri, ſed damnari debet 191.55.incarceratus ſi de delicto interrogatus clare & præciſe non reſponderit, torqueri debet ibid.n.63.*

Reo *concedenda eſt defenſio & copia indiciorum, licet non alleget cauſam innocentiæ ibid. n.53.*

Reorum *partes ſunt favorabiliores, quam Actorum conſ.136, num.11. & 89.*

Reus *ſimpliciter ſine reſervatione eſt abſolvendus, vbi bene eſt actum male probatum conſ. 117. nu. 23. & 24.*

Contra Reum *in flagranti crimine repertum ordine iuris non ſervato procedi poteſt conſ. 149. nu. 116. & 117.*

Reus *abſolvendus ſi nihil probatum ſit 199.77. Extenditur ad criminalia ibid.*

Reus *actori arma ſubminiſtrare non tenetur 198. 13. & n.14.15.*

Reus *de ſe confeſſus interrogari poteſt de ſociis in criminibus exceptis, vti Magiæ crimen eſt 195.22.*

Rei *confeſſi nominatio de aliquo illum non gravat, niſi in tormentis præſente nominato repetita ſit d. conſ.195.n.100. & 101.*

Vid. Denunciatio, Nominatio, Socius.

Rei *vnius confeſſi nominatio non ſufficit ad inquirendum d.conſ.195.n.154.*

Reus *in loco domicilii conveniendus 195.173.*

Reus *non ſufficienter punitus, denuo, non obſtante compoſitione, moleſtari poteſt 194.11.*

Reus *exceptiones non modo diverſas, ſed & contrarias proponere poteſt 193.13.*

Reus *ſecundo tortus ſi adhuc perſiſtat in non ratificando, non denuo torquendus eſt, ſed relaxandus 192.51.pro ratificanda confeſſione in tormentis emiſſa, & extra eam ſemper rurſus negata, vltra tertiam vicem torqueri non debet ibid.n.52.*

Reus *in tractatibus & ſecretis conſiliis, ex indiciis & præſumptionibus condemnari nequit 192.145.*

Reus, *præſertim malæ famæ, de conſociis interrogari poteſt 190.7.ſuper aliis delictis ſine ſufficientibus indiciis torqueri non debet n. 8. limitatur & declaratur n.9. & 10.*

Reus *plures iudices habens, vnum vel alium eligere poteſt 179.9.*

Reus *pro vero contumace haberi non poteſt, quando citatio ei in perſona non intimata, ſed abſente eo oretenus ad domum denunciatum fuit 187. nu. 146.147.148.*

Rhodiorum legati *Romanis obiecere, facta ſola cenſenda, & in iudicium deducenda, nudas autem inaneſque voluntates & affectus negligendos eſſe 192.106.*

Rex *per ſceptrum & ſcribam, per gubernationem & haſtam, per leges & arma definitur 134. 12. in gratiam populi, non populus regis cauſa creatus conſ. 135.n.119. & 120.*

Ribaldus *ſive Nebulo quidam Mediolani tortura ridicule liberatus 196.22.*

Rolandi *lacertis gloria & felicitas Caroli Magni conſtitit d.conſ.134. num.76. vbi & de Statuis Rolandinis conſ.134.n.76.77. & 78.*

Romzug *antiquiſſimum collecta genus apud Romanos Germanos Cæſares d.conſ.134.n.119.*

Romæ *non tam quid fiat, quam quid fieri debeat, ſpectandum eſt 144.58.*

Romæ *quid fieri dicitur, non tam quod intra muros, ſed etiam extra, tamen intra continentia, fieri ſolet 147.n.45. & 46.*

Rumor *communis excuſationem præbet 184.n.24.*

Ruſtici *& villati an ad teſtimonium de conſuetudine perhibendum admittantur conſ.101.n.159. & n. 254.255.256.257.258.259.*

Ruſtici *& communitates Iuriſdictione carentes non poſſunt ſtatuta contra ius commune ſine Superioris*

rioris authoritate introducere ibid.n.164. & 165. Diluitur hoc dubium n.268.269.270.271.272. 273.274.275.

Rusticitas, *ignobilitas vel etiam simplicitas & imperitia à testimonii dictione neminem repellunt d. conf.101.n.258.*

Rusticum *simplicitas à periurio, eiusque pœna excusat 192.190.*

S.

SAcerdos *in testificando vice duorum laicorum fungitur 112.3.*

Sacrilegium *est, disputare de potestate Principis conf.143.n.74.75.*

Sacrilegus *est, qui locum sibi indebitum vsurpat conf.144 num.64. & 69.70.*

Sævitia *nimia sequestrationi locum facit 170.24. Sævitiæ exceptio eius censetur effectus, vt deiectus ante omnia non restituatur ibid.n.25.*

Salvianum interdictum *quo casu competat? conf. 137.n.10. & 11.*

Saxoniæ *antiquæ & iuris Saxonici qui olim termini 145.21.*

Saxones *olim fuerunt proceræ statura 134.38.*

Scabini *non sunt præponendi iudicibus conf.244. num.37.*

Schaß & Schuß *sunt correlativa 135.num.121. & 125.*

Scientia *præsumitur & probatur ex eo, quod quis instrumentum super re vel iure confectum penes se habet conf.182.n.692.*

Scientia *in eo non præsumitur, qui ratione publici officii tenetur investigare 131.106.*

Scienti *& non revelanti tractatum extraordinaria & mitior, non capitis sev mortis pœna irroganda est 192.num.173. & n.176.177. & n.178.*

Scientia *& patientia hæredis cautionem non petentis nil proficit vsufructuario non possidenti, vt fructus faciat suos conf.118.num.24. & 25.*

Scientia *gradum commendat, non gradus scientiam 144.24.*

Scientia & patientia *eius, qui scit & patitur ita observari longo tempore, tacite declarationem inducit 253.229.*

Ex scientia *partis non arguitur ad scientiam totius 199.72.*

Scientia actus *debet esse certa, specifica & determinata, d.conf.199.n.73. in actibus præiudicialibus exquisitior requiritur scientia, quam in favorabilibus num.74.*

Scientia *regulariter probat malam fidem 181.27.*

Schrifftsassiorum *præ Ambtsassitis prærogativa 181. n.39.40. & 41.*

Scriptura privata *super consuetudine confecta fidem haut meretur conf. 101.n.161. vide tamen n.263.*

Scripturæ *& libro Officialis de publico ad conscribendum deputati plena fides adhibetur ibid. n.173.*

Scripturæ *privatæ in archivo vel publico loco repertæ plena fides tribuitur n.189.maxime, si antiqua sit, & per longissimum tempus custoditan.190.*

Scripturam *iudicialiter exhibens sine exceptione, improbatione & impugnatione, eam approbare censetur n.208.*

Scripturæ *ex archivo Principis desumptæ fides habenda conf.108.num.33. Vide tamen n.60.61.*

Scriptura *vel instrumentum Notarii carens testibus nullam fidem meretur consil.112.n.24.25.*

Scriptura *privata contra tertiũ non probat 148.23.*

Scriptura *ex archivo deprompta extra limites eiusdem territorii non probat, nec aliis præiudicat 149.239. perpetuo loquitur num.240.*

Scripturæ *vnius pars ab alia declaratur 153. 198.*

Scripturæ *publicæ & antiquæ authoritas 182. nu. 499. & 500.*

Scripturæ *sunt concordandæ, & vna ex altera declaranda 182.503.*

Secreta *nunciantes hostibus proditores sunt 192. 96. lex Æyptiorum n.97. ibid.*

Seditiosi *qua pœna afficiendi? 191. numer. 82.83. 84.85.86. & 87.*

Semel absolutus *V.* Absolutus semel.

Semel punitus *iterum puniri non debet 135. 161. Vide tamen num.226.*

Semel inquisitus *& condemnatus non potest amplius inquiri ac molestari ibid.num.247. Restringitur num.248.*

Senatus supremi *exemplum in similibus sequendũ est 154.37.*

Senior *sive* Maior *quis dicatur? conf. 142. nu. 13. & n.16.17.*

Seniore *vocato ratio ætatis semper attendi & considerari potius debet, quam aliæ qualitates ibid. num.14.*

Senior *& proximior is dicendus est qui tempore mortis vltimi possessoris alios antecedit ibid.n.26*

Senior *ætate, vel antiquior de domo quando vocatur, tunc sumus in maioritate facti, & non iuris; & non obstante ingressu vnius lineæ Senior alterius admittitur defuncto altero, & ambulat primogenitura de vna linea ad alteram d. conf.142. num.30. & 31.*

In materia senioratus, *similiumque iurium si de possessione lis sit, iustificatio tituli requiritur ibid. num.69.*

Sententia *in possessorio lata an operetur exceptionem rei iudicatæ in possessorio? 181.169.*

Sententiæ eventus *iniustitiam causæ arguit 167. num.11.*

Sententia *à iudice non habente iurisdictionem lata, ipso iure nulla est ibid.n.181.*

Sententia *ex actis declaranda est, nec ad ea extendi potest, de quibus in actis nil petitum, exceptum vel disceptatum fuit conf.110.n.300.*

A sententia interlocutoria *in iudicio possessorio, ratione inordinati processus, appellare licet consil. 107.n.1.*

Sententia *in causis matrimonii regulariter non transit in iudicatum 117.11.*

Sententia *in mortuum lata nulla est conf.123. n. 56. concipi debet secundum petita d.conf.123.n. 202. & 203. Vide quoque conf.173.n.7.8.9.*

Sententia, *vti stricti iuris, extra terminos condemnationis non est extendenda conf.130.n.1. & 2. Declaratur & restringitur num.41. & 42. Vide quoque conf.177.n.11. & 12.*

Sententia *lata super sorte principali, iudicis officium mercenarium super vsuris sive accessoriis expirat, ita, vt novo iudicio peti nequeat d.conf.130.n.3. Refellitur n.43.44.45.46.47.48. & 49.*

INDEX.

Sententiæ correlativæ *virtus & efficacia d. conſ. 130. n. 29.*

A ſententia *in Salviano Interdicto lata appellare non licet conſ. 137. num. 15. Declaratur n. 16. Reſtringitur n. 17.*

Sententia *vt pariat exceptionem rei iudicatæ in aliquo articulo, neceſſe eſt, vt de eo principaliter fuerit tractatum 149. n. 153. & 144.*

Sententiæ *eventus iniuſtitiam cauſæ arguit 167. 11.*

Sententia *lata ex iuramento ſuppletorio poteſt ex novis documentis retractari 168. 41.*

Sententia abſolutoria *non perimit ius rectius agendi in alio iudicio conſ. 169. num. 9. & 10.*

Sententia *ferenda in vna cauſa vt pariat exceptionem in alia, quænam requirantur? conſ. 179. n. 2. 3. & 6.*

Sententia declaratoria *citata parte & cum cauſæ cognitione facienda eſt 199. 113.*

Sententia *abſolutoria ex falſa cauſa, & ab eo, qui ius abſolvendi habet, lata viribus caret 194. num. 6. & 7.*

Ex ſententia *nulla inquiſito nec ius, nec exceptio rei iudicatæ oriri poteſt ibid. n. 8. Et quid, ſi abſolutio ſit ſecuta per viam diſpenſationis? nu. 9.*

Sententia interlocutoria *revocari poteſt, non tranſit in iudicatum quoad iudicem 191. 50.*

Sententia *experitorum ſeu conſilio ſapientis lata nõ tranſit in judicatum ibid. n. 51. & 52.*

Sententia *an, & quando in Procuratorem, vt dominum litis, ferenda? conſ. 173. n. 11. & 12.*

Sententia ſubiectionis *non præiudicat tertio 149. 138.*

Sequentia *declarant præcedentia, & contra: conſ. 253. 178. Quod quomodo intelligendum? num. 179. & conſ 182. n. 327. & n. 345. & n. 352. & 354 & num 590.*

Ex ſeparatis *male infertur 157. 26.*

Separatio bonorum *officio iudicis peti poteſt 120. 3.*

Separatio *confuſis & vnitis bonis, impetrari nequit ibid. n. 4. Quod quomodo intelligendum? n. 5. & 6. Tit. de Separat. bonor. de quibus creditoribus loquatur? n. 7.*

Separationis *beneficium elapſo quinquennio non datur ibid. n. 8.*

Sepem *diruere licet ad tuendam poſſeßionem 248. 62. & 249. 74.*

Sequeſtratio *nemini aufert poſſeßionem ſuam conſ. 187. n. 7.*

Seſſionis & præcedentiæ *dignitas illi competit, qui eam prior eſt adeptus 144. 50. publica authoritate nititur ibid. num. 59. eſt ſpecies privilegii nu. 66. & 67.*

Vid. Præcedentiæ ius.

Simultanea inveſtitura *Vide* Inveſtitura ſimultanea.

Sigilla *Prælati & Vniverſitatis eorum voluntate cenſentur adpoſita conſ. 131. num. 134.*

Simulationis exceptio *inter legales & graves viros locum non habet 133. 144.*

Singulis *non eſt concedendum, quod à Iudice conſequi licet 142. n. 74. & conſ. 146. num. 15. Declaratur n. 65. ibid.*

Socer *alit nurum, quam filius ipſo invito duxit conſ. 129. n. 45. ad alimenta nurui præſtanda obligatus eſt n. 60. 61. 62. 63. & num. 67. Extenditur num. 68.*

Vide plura in verb. Nurus.

Societas coniugalis *non pro ſocietate omnium bonorum, ſed duntaxat lucri & quæſtus regulariter intelligenda 118. 2. in hæreditatibus obventis vel legatis, ad proprietatem non eſt extendenda ibid. n. 5.*

In ſocietate coniugali *debitum ante omnia detrahendum; & quomodo in diviſione procedendum ſit? d. conſ. 118. n. 18.*

Societas *an ex actib⁹ diſſociativis inferatur? 248. 24*

Socius *rem communem ſocio invito locare poteſt ibid. num. 34. non poteſt æqualem rerum communium vſum ſocio prohibere n. 35.*

Socii delinquentes *an per maiorem partem collegarum limitatam iuriſdictionem habentium, invito ordinario Magiſtratu, privari, & reſpective in integrum reſtitui poßint? conſ. 163. n. 8. & 9.*

Socii *pluribus ſceleribus infecti non probant, neque indicium ad torturam faciunt 199. 96.*

Socius periurus *ne quidem indicium ad inquirendum præſtat ibid. n. 97.*

Socii *plures indicium ad torturam faciunt, ſi deponunt veriſimilia ibid. n. 104.*

Socii denunciatio *vel ſpontanea, vel ad ſpecialem interrogationem facta non valet ibid. n. 102.*

Sociorum denunciatio *indicium tantum facit in criminibus exceptis ibid. num. 94.*

Socii ſeu complicis nominatio *non facit vllum indicium, niſi nominans iurato depoſuiſſet conſ. 195. n. 95. & 96. & pars ad præſtari iuramentum citata fuiſſet num. 97.*

Socius criminis *non facit indicium ad torturam, niſi ſuũ dictũ confirmaverit in tortura ibid. n. 99.*

Socii criminis nominatio *ſponte facta non facit indicium ad torturam n. 107.*

Socii criminis depoſitio *an faciat indicium ad torturam? n. 108. & 109.*

Socius *vt ſiniſtram ſuſpicionem contra ſocium paret, neceſſe eſt, vt veriſimilia proponat ibid. num. 110. 111. 112.*

Socii criminis dictum *an indicium faciat ad torturam 192. num. 114. 115. 116.*

Socius criminis *in ſuis depoſitionibus nedum vllam delicti probationem, ſed nec indicium ad inquirendum facit d. conſ. 192. num. 120.*

Socius criminis *nec pro ſocio, nec contra ſocium probat 190. 1. admittitur in his, quæ ſunt difficilis probationis n. 2. 3. & 4.*

Sodomiæ *crimen in occulto & antris terræ plerunque committitur 200. 1. in eo etiam præſumptiones quoad condemnationem ſufficiunt ibid. num. 2 & 3. quomodo puniatur? n. 27. & 28.*

Sodomiæ *pœna an ſit confiſcatio bonorum? Aff. n. 34. Negativa probatur n. 36. 37. 38. & 39. Præiudicium Camerale n. 40.*

Sodomita *à teſtamenti factione excluditur, ibid. n. 35.*

Solennitates *in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiſita copulative exiguntur conſ. 131. numer. 72. quarum præcipua eſt conſenſus & authoritas Superioris n. 73. vel Epiſcopi 74. Vide inſuper n. 75. 76. & n. 79 80. 81. Vide etiam n. 83. 84. & n. 117. & ſeqq. contrariũ ſtatuitur n. 135. 136. 137. 138.*

INDEX.

Solennitas *inducta in alienatione rei Eccleſiaſticæ debet ſervari, licet fiat in caſu permiſſo & pecunia in Eccleſiæ vtilitatem convertatur d. conſ. 131. n. 93. & 94. attendenda eſt ſecundum cuiuſque loci conſuetudinem d. conſ. 131. n. 125. modo tamen ea non remittat omnem ſolennitatem numero 126.*

Solennitates Canonicæ *vti nimis rigoroſæ, hodierna Germaniæ conſuetudine exacte & ad amuſſim non obſervantur d. conſ. 131. nu. 129. & 130. ob diuturnitatem temporis præſumuntur interveniſſe ibid. n. 139. & 140.*

Solennitates *in l. omnium. C. de teſtament. ideo exiguntur, vt evitentur fraudes conſ. 102. nu. 88. & 89.*

Solvere *qui tenetur, non liberatur dando fideiuſſores conſ. 154. n. 83. & conſ. 155. n. 230.*

Solum *meum dicitur non tantum proprietatis & dominii ſed etiam iuriſdictionis reſpectu 147. n. 54. & 149. n. 237.*

Solum *controverſum, iuriſdictioni loci applicatur, cui magis adiacet ibid. n. 63. Contra n. 96.*

Solutum *ante adventum condicionis vel diei incertæ repeti poteſt 150. 169.*

In ſolutionibus *faciendis tempus contractus, non ſolutionis, attendendum eſt 159. 33.*

Solicitatores *& exhortatores an, quando & qua pœna ſint afficiendi 192. num. 112. & 113.*

Sortiariæ artes *& incantationes quænam ſint? conſ. 196. n. 1. 2. & 3.*

Sortilegia *noctu plerunque exercentur 195. 26.*

Sortilegij *pœna de jure civili eſt vltimi ſupplicij d. conſ. 196. n. 5. 6. & 7.*

Sortilegium *omnium ſcelerum & impietatum maxime eſt abominandum d conſ. 195. n. 27.*

Sortem principalem *abſque proteſtatione recipiens non poteſt poſtmodum exigere intereſſe 130. 18.*

Sorores *defuncti fratris vtrinque coniuncti vna, cum fratribus in pari gradu conſtitutis ſuccedunt 101. 3.*

Sorores *jure civili Iuſtinianeo per teſtamentum excludi, bonaque omnia in fratres ſuperſtites vel etiam extraneum transferri poſſunt d. conſ. 101. n. 42.*

Sorori *nulla legitima, nullave dos à fratre, vel ex fraternis bonis debetur, ſororque (niſi inſtituatur turpis perſona) per teſtamentum à fratre in totum excludi poteſt n. 318. ibid.*

Specialis nota *generis definitioni addita, ſpeciei definitionem ſuggerit 134. 9.*

Species *non derogat ſemper generi 182. num. 336. 337. & n. 339. 340. 341. 342. 343.*

Specialia *non ſunt multiplicanda 182. n. 70.*

Spes *probabilis & res ſive ius quæſitum ad pariæ iudicantur conſ. 103. n. 8. & conſ. 114. nu. 12. & n. 213. 214. & conſ. 123. n. 76.*

Spolii *& turbationum cauſæ coram Auſtregis ventilandæ 148. 31.*

Spoliato *ſua culpa & merito non datur reſtitutio 135. 246.*

Spoliatus *non reſtituitur, quando ius eius finitum eſt aliter, quam tempore 158. 21.*

Sponſa *peccando in legem matrimonii promiſſi potius indigna reputari, quam eius intuitu lucrum percipere debet conſ. 109. num. 70.*

Spurij *naturales & illegitimi in bona paterna ſuccedunt conſ. 106. n. 75. in tantum, vt neglecti querelam in officioſi inſtituere poſſint ibid. n. 76. vide tamen num. 100. 101. & 102.*

Stryges *non ſolent convenire in ſuis conventibus, priuſquam Chriſtum Deum abnegaverint, & ſocietatem cum Diabolo coierint 195. 24.*

Status Imperij *quinam ſint? 134. 8. in ſuis territoriis Principem repræſentant ibid. n. 10. ſi ſolvendo moram fecerint, proſcribuntur, vel Imperij Regalibus Privilegiiſque privantur 153. 16.*

Status Imperij *vt quis dicatur quanam requirantur? d. conſ. 153. n. 113. & 114.*

Statuta *appellationem prohibentia non valent 181. 46. nec in Camera recipiuntur ibid. n. 47.*

Statuta *filias exſtantibus maſculis à ſucceſſione excludentia viribus carent conſ. 101. n. 7.*

Statuta *fœminarum excluſiva iniqua, & impia ac contra naturalem æquitatem, rectum iudiciũ rationis & contra conſcientiam d. conſ. 101. n. 14. 15. 16. 17. in Gallia abrogata n. 18. Contrarium aſſeritur nu. 88. 89. 90. 91. 92. 93.*

Statuta & conſuetudines *fœminarum excluſivæ multis rationabilibus cauſis innituntur d. conſ. 101. num. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. & conſ. 124. n. 198.*

Statuta vel conſuetudines *fratribus vel ſororibus, aliiſve proximioribus agnatis vel cognatis excluſis ſucceſſionem ſuperſtiti coniugi deferentes valida & in Camera approbatæ ſunt d. conſ. 101. n. 47. & 320.*

Statuta & conſuetudines *fœminas, præſertim dotatas, exſtantibus maſculis etiam à ſucceſſione parentum excludentes de jure ſubſiſtunt d. conſ. 101. n. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. Recenſentur præiudicia Cameralia numero 55. 56. 57. aliud præiudicium numero 58. 59. 60. 61. 62. 63.*

Statuta *filias propter maſculos excludentia, an ſint favorabilia, vel odioſa? n. 66. 67. 68.*

Statuta fœminarum excluſiva *an duntaxat in familiis Illuſtribus & Nobilibus, vel etiam in ignobilibus & Ruſticis locum habeant? Pro Negativa rationes adducuntur n. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Argumenta pro Affirmativa proponuntur numer. 101. 102. & num. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. & n. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. Confutatio rationum pro Negativa allatarum n. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142.*

Statutum *quando cenſeatur ſolenniter receptum d. conſ. 101. n. 187.*

Statuta *de fœminarum excluſione per maſculos, an de maſculis in pari gradu conſtitutis exaudienda, & remotioribus fœminæ præferendæ ſint? numero 289.*

Statutum *excludens matrem à ſucceſſione filii, non propterea eam excludit à ſucceſſione ſororis fœminæ n. 310. excludens ſororem à ſucceſſione fratris, non tamen propterea excludit à ſucceſſione ſororis fœminæ n. 311.*

Statuta *vel conſuetudines fœminas collaterales vel ſorores, quibus nulla legitima, nullave dos ex fratris*

fratris aliorumque collateralium ſucceſſione debetur, in totum excludentes ſubſiſtunt n. 323.

Statutum *alicui hæreditatem deferens, totam hæreditatem deferre cenſetur ibid. n.* 337.

Statuta *ſunt interpretanda eo modo, quo ius commune minus lædatur d. conſ.* 101. *n.* 357.

Statutum *de certis perſonis loquens non extenditur ad alias perſonas ibid. numer.* 375. *Ampliatur nu.* 376. 377. 378.

Statuta *loci dominantis non attenduntur, quoties in loco ſubiecto alia viget conſuetudo num.* 379.

Statutum *liberam teſtandi facultatem tollens viribus caret conſ.* 102. *n.* 140.

Statuta *fœminas excludentia publicum ius fovere dicuntur, & ideo, vt favorabilia, interpretatione iuvari debent* 104. 89.

Statutum, conſuetudo *vel* pactum, *quod bona conſtante matrimonio requiſita ſint inter coniuges communia, valet conſ.* 119. *n.* 1. 2. *&* 3.

Statutum *Civitatis Landavvienſis, quo bona mariti & vxoris poſt nuptias commiſcentur, & fiunt communia.*

Statutum Noribergenſe *tit.* 29. *leg.* 3. *& tit.* 34. *leg.* 4. *expenditur conſ.* 121. *n.* 14. 15. *& n.* 17. *vbi de intellectu Reformationis Noricæ tit.* 28. *leg.* 8. *agitur; & ſtatutorum contrarietas conciliatur num.* 18.

Statuta *loquentia in cauſa inteſtati ad cauſam teſtati non trahenda d. conſ.* 121. *num.* 19. *&* 20.

Statutaria diſpoſitio *iuris communis correctoria extra caſum, in quo loquitur, non extendenda, ſed reſtringenda, vt quanto minus fieri poteſt, iuri communi deroget ibid. n.* 21. 22.

Statuta, *aliquem ad emendationem damni arctantia non comprehendunt caſum fortuitum conſ.* 135. *n.* 24.

Statuta, Edicta & Proclamata, *quibus Communitates ad reparationem damnorum in eorum confinibus datorum arctantur, valent d. conſ.* 135. *num.* 162.

Statutum *an valeat quod venditor, emptore preciùm ſolvente, & effecto non ſolvendo, habeat regreſſum ad rem venditam, & in ea omnibus creditoribus præferatur? & an hoc ſtatutum iuri communi ſit contrarium? conſ.* 137. *numero* 12. *&* 18.

Statutum Civitatis, *in qua viget iudicium, edendum non eſt ibid n.* 13. *&* 14.

Statutum de non ædificando, *niſi cum licentia Superioris vel ad certum modum de jure ſubſiſtit conſil.* 147. *num.* 1. 2. *prohibens elevationem ædificij, ſi illud luminibus vicini officiat, ligat forenſem num.* 3. *vide tamen num.* 20. 21. 22. 23. 24. *& conſil.* 149. *num.* 29. 30. *&* 31. *& n.* 218. *& n.* 222. 227. 228. 231.

Statuendi ius *ex iuriſdictione* 149. 88.

Statutum *prohibens res immobiles extraneis vendi, valet num.* 207.

Statutum *poteſt res ipſas in territorio ſitas, quandocunque vult, afficere n.* 217.

Statuto *hæredi beneficium inventarii adimi poteſt* 167. 10.

Stellionatus *crimen committens in opus metalli condemnari poteſt* 189. *num.* 8.

Stellionatus, *deficiente titulo, criminis locum habet, & varias ſpecies ſub ſe comprehendit ibid. numer.* 9.

Stipulatio *vtcunque ſit ſtricti iuris, interpoſita ſuper contractu bonæ fidei, aſſumit naturam bonæ fidei* 130. 79. *hodie etiam per ſcripturam inter abſentes contrahitur* 132. 29.

Stupri *pœna ordinaria ex L. Iulia, non eſt capitalis* 194. 100.

Stylus *Imperii omnibus diſputationibus finem imponit* 145. 78.

Stylus *iudicii ſaltem in ambiguis eſt attendendus* 186. 58.

Subcollectatio *Statibus Imperij in ſubſidium permiſſa conſ.* 134. *num.* 131. *& conſil.* 15. *numero* 4. *&* 5.

Subfeudum *precio non datur* 133. 12. *quod manui mortuæ legitime confertur, perpetuum eſt ibid. n.* 31. *a feudo principali derivatur, ſicut aqua à ſuo fonte, & retinet naturam ſui principalis nu.* 85. *non vitiatur, ſi hoc actum ſit, vt ſubinfeudans ipſi Domino ſerviat num.* 150.

Subfeudi *requiſita conſuetudine tolli poſſunt d. conſ.* 133. *num.* 144.

Subfeudorum *ſubſtantialibus requiſitis per Ducatum Brunſuicenſem & Saxoniam inferiorem eſt derogatum ibid. n.* 145.

Subfeudi *ius præſcriptione longiſſimâ & præſertim immemoriali acquiri poteſt d. conſ.* 133. *numero* 158. 159. *Ratio num.* 160. 161. *ſcientia & patientia adverſarii comprobatur n.* 162.

In ſubfeudis *reſoluto iure datoris reſolvitur ius acceptoris, ſi ille priorem Dominum recognoſcere paratus ſit d. conſ.* 133. *n.* 15.

Subditi *ex legitima cauſa collectari poſſunt, tam ad circulares quam Imperiales collectas* 148. *n.* 3. *&* 152. *n.* 1. *&* 2.

Subditus *Magiſtratui arctius obligatur, quam vaſallus Domino* 191. 47.

Subditi *poſſunt recurrere ad Dominum mediatum pro reparatione gravaminum* 170. 4. *etiam ſimpliciter infeudati non deſinunt vivere ſub vmbrâ Principis infeudantis num.* 5. *ibid.*

Subditi *Dominorum præceptis indiſcretis obedire non tenentur* 185. *n.* 62. *&* 63.

Subſidium charitativum *non infert ius collectandi* 151. 1.

Subditus *quis proprie dicatur? conſ.* 161. *num.* 39. *&* 40.

Subditi *in poſſeſſione iurium ſunt relinquendi, vel cauſa apud ordinarium agitanda* 148. 11. *ad excubias de iure communi non ſunt obligati ibid. n.* 12. *limitatur n.* 13. *& additur temperamentum num.* 14.

Subditi *ſub generalis confirmationis privilegiorum ſpecie, Superiorum iura iniuſte invadunt d. conſ.* 148. *n.* 17. *Ordinationibus provincialibus parere tenentur n.* 68. *ibid.*

Subditi *pingves nervi dicuntur Principis* 149. 318. *& ſubditos locupletes habere intereſt Domini ibid. n.* 316.

Subditis *iura Superiorum vſurpare non licet* 161. 24.

Subditi *partes viriles ſuas moniti ad diem inferunt, aut duplum præſtare coguntur;* 253. 13. *et rei Mandata pœnalia in Camerâ decernuntur n.* 15.

Subditi *ſupracenſus ſui modum gravari non debent* 152.18.
Subditi rebelles *quomodo pro conſervanda poſſeſſione vel quaſi iuriſdictionis compeſcendi conſ.* 158.*num.*12.13.14.*&* 15.
Subrogatum *ſapit naturam eius, cui ſubrogatum eſt* 124.4.*&num.*82.*&* 221.*conſ.*149.*n.* 194.*&* 195.*&conſ.*146.*n.*8 *&conſ.*150.*n.*156.
Subſtantia *Receſſus Imp. de Anno* 1594. *in quibus conſiſtat? conſ.*134.*num.* 271.272.*&* 273.
Subſtitutiones fideicommiſſariæ *ſunt, quas Princeps tales eſſe iubet* 182.435.
Subſtitutio *perſonarum nondum conceptarum eſt fideicommißaria n.*452. *eſt quoque fideicommiſſaria, quando ius quæſitum vni, tranſit in alterum ex certo eventu vel cauſa n.*454.*&n.*457. *facta poſt mortem vel mentione mortis facta, vel cum dictione importante tractum temporis ſucceſſivum, ſemper eſt fideicommiſſaria num.*455. *Tacitus tractus ſufficit, nec eſt neceſſe, fideicommiſſum nominari num.*458.
Subſtitutio *prima quando eſt fideicommiſſaria, etiam ſequens præſumitur talis ibid.num.*506.
Subſtitutio *vulgaris per additionem inſtituti hæredis expirat conſ.*102.*n.*4. *Refellitur n.*24.
Subſtitutio *ſeptem teſtibus probanda d. conſ.* 102. *num.*11. *poteſt fieri in contractu & diſpoſitione inter vivos num.*28.*&* 29. *ob favorem vltimæ voluntatis extenditur de caſu ad caſum per voluntatem teſtatoris ibid.num.*14. *in ſubſtitutione fideicommiſſaria extenſio regulariter non eſt licita ibid.n.*19. *Limitatur n.*20.
Subſtitutionum *gradus non ſunt multiplicandi, & gravamen fideicommiſſi non extenditur de perſona ad perſonam, etiam ex veriſimili mente diſponentis conſ.*103.*n.*23.
Subſtitutio *de te non loquitur, ſemper obiici poteſt agenti ex fideicommiſſo d.conſ.*103.*numer.*30.*&* *n.*97.
Subſtitutio fideicommiſſaria *in codicillis fieri poteſt* 104.118.
Subſtitutionis pupillaris *effectus eſt, vt excludat matrem conſ.*114.*num.*2. *etiam à legitima n.*3. *An & in pactis dotalibus hoc procedat? n.* 4. *Vide quoque num.*202.203.204.205.*&* 206.
Subſtitutiones *per fideicommiſſum in contractu fieri poſſunt d.cõſ.*114.*n.*7.8. *Reſtringitur n.*207.
Subſtitutio *fideicommiſſaria valet, ſi in filii condicione relicta ſit conſ.*118.*n.*37.
Subvrbia *& ædificia pomario proxime adiacentia pro parte civitatis habentur* 147.*num.*54.55.*&* *num.*94.*&* 95.
Succeſſio *prima eſt deſcendentium conſ.*122.*n.*24.
Succeſſio *coniugum de conſuetudine valet conſ.* 108.*num.*25. *Præiudicia Cameræ n.*26.
Succeſſione *iure naturæ debita, nemo ſine culpa & iuſta cauſa privari debet conſ.*101.*nu.*8. *Vide tamen ibid.n.*76.77.*&* 78.
Succeſſionum *ius æquale & reciprocum eſſe debet num.*10.
In ſucceſſionibus *differentia ſexus, & quod maſculi fœminis præferebantur, damnata & improbata eſt. d.conſ.*101.*nu.*12. *Vide tamen.num.*80.81.*&* 82.
In ſucceſſione *feudi novi removentur omnes, qui non deſcendunt ex primo acquirente conſ.*103.*n.*133.
Succedendi ius *omnes habent, & quidam non habent, ſunt propoſitiones contradictoriæ* 182. *numero* 350.
Succedendi cauſa *differt à modo & ordine ſuccedendi ibid.n.*353.
Succedendi ius *non habent iure Saxonico, qui non habent coniunctam manum* 245.34.
Succedens *in ius alterius eo iure vtitur* 254.19.
Succedens in dignitatem *eſt ſucceſſor vniverſalis ibid.num.*48. *tenetur locationem, alioſque contractus ſervare, & debita ſolvere num.*49.
Succedens *venditori rei alienæ cogitur contractum adimplere d.conſ.*254.*n.*70.
Succeſſio *habet nomen ad tempus relationis mortis, & ideo inſpicitur prioritas, quæ nunc in rerum natura verſatur conſ.*142.*n.*27.*&* 28.
In ſucceſſione feudali *attenditur* proximitas gradus *ab vltimo poſſeſſore & vaſallo, non vero reſpectu primi acquirentis d.conſ.*142.*n.*25.
In ſucceſſione feudali *omnes vocantur, ſed primogenitus eligitur ſive admittitur* 182.179.
Succeſſio *& ius ſuccedendi differunt ibid. nu.* 183. *& ſeqq.*
Succeſſiones *deferuntur gradatim non per ſaltus ibid num.*222.
Succeſſio in feudis *olim nulla erat; nunc contra num* 239.
Succeſſio *refertur inter modos ſeu cauſas acquirendi ſive conſtituendi feudum num.*240.
Succeſſio *& electio opponuntur n.*246.
Succeſſio hæreditaria *in regna nonnunquam procerum ſuffragiis approbatur n.*254.
Succeſſores *nomine Eccleſiæ ſine aliqua apprehenſione poſſidere, poſſeßionemque continuare cenſentur conſ.*141.*n.*33.
Succeſſor prælati *prædeceſſoris factum probabiliter ignorare præſumitur* 131.56.
Succeſſor *in præbenda non tenetur ſtare locationi prædeceſſoris* 154.9. *Succeſſores in præbendis & beneficiis quale ius habeant, & quomodo ſuccedant? ibid.num.*10. *contractibus prædeceſſorum non obligantur, nec debita ſolvunt, neque meliorationes refundunt num.*11. *Limitatur nu.*47.
Succeſſor *obligatur ad id, quod prædeceſſor facere debuiſſet* 154.25. *Idque in Imperatore & Rege obtinet num.*26. *in Pontifice, Duce, Marchione n.*27. *in materia feudali n.*28.
Succeſſio vniverſalis, *cuiuſmodi eſt in Territorio, Principatus &c. fit cum omni cauſa ibid. nu.*34. *& n.*44.48.*&* 95.
Succeſſor feudalis *hæreditariis bonis vel minimum ſe immiſcens tenetur obſervare contractus prædeceſſoris d.conſ.*154.38.
Succeſſor *non poteſt venire contra alienationem anteceſſoris etiam in rebus familiæ relictis d. conſ.* 154.*n.*67.*&* 68.
Succeſſor *lucrum ſentiens non poteſt contra factum defuncti venire num.*97. *in feudo antiquo non poteſt contravenire alienationi à prædeceſſore factæ num.*100.
Succeſſor *non poteſt eſſe melioris condicionis, quam author eius conſ.*155.*n.*64.*&* 65.*&conſ.* 181. *num.*128.

INDEX.

Succeſſor feudalis *ad onera antecеſſoris ſolvenda & contractus eius obſervandos indiſtincte obſtringitur, ſi vel in minimo ſe hæreditariis ipſius bonis immiſcuerit d. conſ. 115. n. 122. & 123.*

Succeſſor in dignitate *dicitur vniverſalis, & non particularis ſucceſſor n. 175.*

Succeſſor *non poteſt revocare ſententiam ſui in eodem Tribunali prædeceſſoris 191. 48.*

Succeſſor Eccleſiaſticus *feudum ob bene merita conceſſum retinere non poteſt 182. 204.*

Succeſſor feudalis *ante inveſtituram feudi poſſeſſionem propria authoritate ingredi & occupare poteſt n. 244. & n. 245.*

Vid. Hæres.

In ſummariis *& executivis cauſis primus actus vicem litis conteſtationis ſuſtinet 130. 81.*

Superioritas *regularis & irregularis 134.*

Superior *ex officio tenetur procurare vtilitatem reipublicæ 148. 2. non debet eſſe deterioris conditionis, quam inferior 149. 248.*

Superior *cognoſcere debet inter duos Dominos de Iuriſdictione contendentes 158. 10.*

Superioris *Decretum & authoritas omnem dolum eximit, & conſequenter facit ceſſare pœnam 192. 107.*

Superior *poteſt ſtipulari & acquirere ſuis ſubditis 182. 544.*

Supplementum *velut accidens abſque legitima, tanquam ſubiecto, conſiſtere nequit 124. 162.*

Supplicium *repræſentatum retundit audaciam ſimilimorbo laborantium 185. 3.*

Suſpendere *vel differre, & tollere ſive auferre differunt 182. num. 182.*

Suſpenſionis *& ceſſationis in iure exempla, remiſſive ibid. n. 190.*

In ſymbolum *habentibus facilior eſt tranſitus conſ. 101. n. 306.*

T.

TAbellionis *fides aufert omnem falſitatis ſuſpicionem 111. 7.*

Tabernam *habens ſi in poſſeſſione prohibendi aliis habere tabernam reperiatur, & huiuſmodi prohibitioni paritum fuerit, illa facultas non poteſt amplius exercere 149. 49.*

Taciturnitas *eorum, quæ difficilem redderent cõceſſionem, vitiat reſcriptum gratiæ & iuſtitiæ conſ. 143. num. 11. 12.*

Ex taciturnitate *crimen conijcere promptum eſt 196. 13.*

Tacitus populi conſenſus, *non actus, conſuetudinem inducit conſ. 101. n. 251.*

Taciturnitas *ad crimen obiectum facit quidem indicium ad torturam, ſed ad condemnandum non ſufficit 194. n. 202. & 203.*

Tafern vnd Weinſchencken *249. 311.*

Tantum præſcriptum, *quantum poſſeſſũ 246. 59.*

Tarditas *in denunciando arguit ſuſpicionem contra denunciantem 199. 95.*

Taxatio *& datio in ſolutum præcedente iudicis ordinarij decreto dicitur venditio & æſtimatio dominii tranſlativa 181. n. 18. 19. & 20.*

Tempus mortis *etiam in hæreditate furioſi attenditur conſ. 122. num. 27.*

Temporis immemorialis *lapſus quantum operetur 182. 63.*

Ex temporis diuturnitate *Decretum, iuſſus & conſenſus Principis, aliæque extrinſecæ ſolennitates interveniſſe præſumuntur conſ. 101. nu. 186. & conſil. 106. n. 70. & n. 91. 92. 93.*

Temporis immemorialis *vis & efficacia 134. 109.*

Tempus *habet vim renunciationis 168. 60.*

Tempus *modicum quodnam dicatur? 187. 201.*

Tempus *non currit impedito impedimento iuris d. conſ. 187. n. 218. & 219. Vide tamen num. 220. & ſeqq. & numer. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231.*

Temporalitas *ad excluſionem perpetuam trahi non debet 182. 181.*

Tempus *per ſe non eſt obligationis tollendæ modus ibid. n. 548.*

Temporalia *quoad agendum quando efficiantur perpetua quoad excipiendum? 181. num. 185. & 186.*

Tenuta *ſeu poſſeſſione etiam nulliter data, creditor eandem rem ſibi tamen ante propter debitum vere obligatam, pro debito retinere, & debitor petens revocationem exceptione doli repelli poteſt conſ. 167. n. 3. 4. & 5.*

Tenor inveſtituræ *antiquæ potiſſimum attendendus 142. 3. & conſ. 145. num. 51. iuri feudali derogat d. conſ. 245. n. 40.*

Terminorum motio *& prævaricatio procuratorum ſunt delicta privata 198. 36.*

Terminus ſolutionis *in dubio in gratiam debitoris appoſitus præſumitur 159. 29. limitatur & declaratur num. 30.*

Territorium *quid? conſ. 147. n. 107.*

Territoria *limitata quæ dicantur? 147. 65.*

Territorium *habens intelligitur habere vniverſalem iuriſdictionem n. 70.*

Territorio *cedit quoad Iuriſdictionem, quicquid intra confines eius eſt num. 80. & 81.*

V. Princeps.

Territorio *conceſſo venit iuriſdictio d. conſ. 147. n. 111. & 112.*

Territorio *abdicato vel alienato, quædam Superioritas reſervata intelligitur 249. 71.*

Territoria *& dominia inter lineas Dominorum ſeparatim diviſa, de vna ad aliam hæreditaria ſucceſſione non debent tranſire 145. n. 2. 3. & num. 91. 92. & n. 4. & n. 89. & ſeqq. vbi aſſeruntur præiudicia. Exempla in Domo Bavarica, Saxonica & Brandenburgica d. conſ. 145. n. 7.*

Territorio *imminuto onera imminui debent 162. n. 1.*

Tertius *pro ſuo intereſſe intervenire poteſt 133. 4.*

Tertius *quando liti intervenire poſſit? ibid. nu. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. & nu. 54. 55. 56. 57. 58. 59. & n. 61. 62. alienæ liti intervenire volens ſecundum iuris regulam intervenire debet ibid. n. 63.*

Tertius *ſi feudum vendat pro allodio an feudi revocatio & vendicatio primo, vel ſecundo vaſallo, an vero Domino competat? d. conſ 133. nu. 93. & nu. 95. 96. 97.*

Tertius *ad damni reparationem vt adſtringatur, quænam requirantur? conſ. 135. num. 168. 169. 170. 171. 172. & n. 181.*

Tertius *& ſingularis ſucceſſor feudi non tenetur agnoſcere debita prædeceſſoris 248. 25.*

INDEX.

Teſtamenta *coniugum mutua valent conſ.* 102. *n.* 1.

Teſtamentum *vt irrevocabile fiat, nullo remedio caueri poteſt ibid. n.* 53. 54.

In teſtamentis ſummorum Principum *ſolennitates teſtamentariæ non attenduntur num.* 62. *vide tamen n.* 115. 116. *& n.* 110.

In teſtamento *coram Principe vel apud Acta facto teſtes etiam ſunt adhibendi n.* 84. *Contraria opinio in Camera Imp. approbata n.* 85.

Teſtamentum *ob omiſſas ſolennitates in pœnam teſtatoris non ſuſtinetur n.* 87.

